# CODEX THEODOSIANVS

RECOGNOVIT

P. KRVEGER

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA URBINO

FASCICVLVS I

LIBER I–VI

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MIMXXIII

# SIGNORVM EXPLICATIO

Signa subsidiorum, quibus in Theodosiani Codicis editione inde ab anno 1877 a me praeparatae usus sum, inita cum Theodoro Mommseno edendi societate in communi opere retenta sunt [1]). Ex Mommseni igitur praefatione subsidiorum descriptionem petere licet, donec mea editione ad finem perducta praefatio recensum eorum exhibebit. Ad libros I—VI restituendos partim libri manu exarati integri corporis contribuerunt, partim epitome Wisigothica (Lex Romana uel, ut hodie uulgo appellatur, Breuiarium [*Br.*]).

Maxima Theodosiani integri pars ope librorum Taurinensis signato a II 2 (nobis *T*) saec. V uel VI et Parisiensis (Latin 9643, nobis *R*) saec. VI uel VII restituta est. Taurinensis incendio in bibliotheca a. 1904 orto periit; hodie apographo a me confecto et in commentationibus academiae Berolinensis 1880 publicato repraesentatur. Parisiensis apographum phototypicum prodiit Parisiis 1909. Libri *T*, qui rescriptus erat, primitiua scriptura fragmenta librorum I—VI, *R* inde a VI, 2, 12 libros VI—VIII fere integros seruauit.

Breuiarii optimi codices a me adhibiti sunt hi:

*M* = Monacensis 22501 et Berolinensis Phillippsianus 1761 saeculi VI *uel* VII ex uno eodemque archetypo deriuati. Singulares unius alteriusue libri lectiones non dedi nisi eas, quae in reliquis libris redeunt; quod ubi fit, librum Phillipps. nota *M** a Monacensi distinxi, u. g. p. 131, 14. 135, 19.

*N* = Parisiensis 4404 saec. IX

*G* = Gothanus fol. n. 84 saec. IX

*E* = Eporediensis 35 saec. IX exeuntis

*A* = Ambrosianus C 29 inf. saec. XI: *u. p.* 1—37

*H* = (Hispanus) Legionensis rescriptus ecclesiae cathedralis n. 15, cuius scriptura prisca saec. VI uel VII uidetur esse [2])

*O* = Oxoniensis Bodleianus Seldeni B 16 saec. XII

*L* = Parisiensis 4403 saec. VIII uel IX

Praeter *H* et *O* hos libros omnes contuli. Lectiones a uiris doctis ex isdem libris enotatas, si a meis discrepant, non laudaui nisi eas, de quibus dubitare potui, ne uerae sint: u. g. p. 137, 4. 155, 5.

Plenam librorum *MNGE* uariam lectionem adnotatio continet; item ex codicibus *AOL* earum partium, quae ex integro Theodosiano exscriptae uel emendatae sunt. Libri *H*, cuius auctoritas non tanta est, quantam propter aetatem expectaueris, nonnullae lectiones receptae sunt [3]).

Vbi in libris nostris (ueluti *G* et *E*) uariae lectiones a librariis additae sunt, contextum a uariante litterulis $^t$ et $^v$ distinxi, u. g. $G^t$ $G^v$ $E^t$ $E^v$. Signum ? notis librorum adiectum, si plures notae antecedunt, ad proximam solam referendum est: sic p. 100, 6 in $MGE^a$? sola libri $E^a$ lectio incerta est.

---

1) Cf. Zeitschrift der Savigny-Stiftung R. A. 26, 318  2) Exstat apographum sub titulo: Legis Rommanae Wisigothorum fragmenta ex codice palimpsesto s. Legionis ecclesiae protulit . . . academia Hispana. Matriti 1896. Nonnullas partes relegit Violet (cf. Mommsen praefatio LXXI  3) cf. Mommsen praefatio CXXXIII

Reliquia subsidia signis expressa haec addere sufficit:
Appendix (Breuiarii) I, cf. Collectio librorum iuris Anteiust. III p. 257—259
Appendix II ibidem p. 260. 261
Consultatio ibidem p. 207. 211 seqq.
Burg. = Lex Romana Burgundionum
Cui. = Cuiacii editiones a. 1566. 1586
Sirmond. = Sirmondiana collectio constitutionum (Theod. ed. Mommsen p. 907 seqq.).

Notis librarii intra ipsa constitutionum uerba fere abstinuerunt neque usi sunt nisi solitis q. b. aliisue similibus. Contra in inscriptionibus subscriptionibusque nomina et dignitates officiaque passim notis expressa sunt[1]) occurrunt potissimum hae:

A. AA. AAA. = Augustus Augusti
C. = Caesar
C. uel Com. = comes
c. r. p. = comes rei priuatae
c. s. p. = comes sacri patrimonii
d. n. = dominus noster
p. c. = post consulatum
k. n. = karissime nobis
n. p. = nobilissimus puer
pf. = praefectus
ppo. (rarius pp.) = praefectus praetorio
pu. = praefectus urbi
uc. et uu. cc. = uir clarissimus, uiri clarissimi.

Monendum praeterea est litteris cursiuis ea impressae esse, quae contra subsidiorum auctoritatem edita sunt: isdemque typis contextum earum constitutionum exhibitum esse, quas ex Iustiniano codice suppleui.

---

[1]) *de T cf.* apographum meum p. 8—12

# CORRIGENDA ET ADDENDA

*p.* 4 *ad u.* 9 subdidis $A^{a}$ *pro* subsidio
*p.* 23 *not.* 10 *fin.* (cp. *ex* p. c. ortum)
*p.* 48 *u.* 35 *fin.*: *u.* 28 (*pro* 20)
*p.* 49 *u.* 33 *pro T* (*desinit uc. u.* 33): 32 *om. T scr.*: *T* (*om.* 32)
*p.* 55 *u.* 6 *pro* $^{2}$) *scr.* $^{1}$)
*u.* 10 *pro* $^{1}$) *scr.* $^{2}$)
*p.* 65 *u.* 22 *pro* $^{4}$) *scr.* $^{3}$)
*u.* 37 *pro* 8, 8, 1 *scr.* 8, 8, 3
*p.* 69 *not.* 1 *adde*: *iunge* 1, 35, 2
*p.* 71 *n.* 3 *pro* 4, 8, 9 *scr.* 4, 9, 9
*n.* 6 *pro* 4, 14, 1 *scr.* 4, 15, 1
*p.* 75 *n.* 7 *pro* 4, 22, 6 *scr.* 4, 23, 6
*p.* 90 *u.* 31 *pro* 5, 16, $1^{g}$ *scr.* 5, 16, $1^{l}$
*p.* 91, 34 *pro c.* $1^{a}$ *scr.* 33, $1^{a}$
*p.* 95 *n.* 7 *pro* 1, 24, 3. 9, 38, 6 *scr.* 1, 26, 3. 9, 35, 6
*p.* 96 *dele u.* 26 *et n.* 4
*p.* 98 *u.* 31 *scr.*: 1 E, 2. 3 *supplet Iust.* 11, 11, 2. 3
*p.* 102 *u.* 18. 19 Arris ... decesserit *litteris inclinatis imprimendi erant*
*u.* 35: *pro u.* 18 *scr. u.* 18 *in* T[EODOSIVS AA]A. AD
*p.* 106 *deleta not.* 6 *u.* 40 *scr.*: *Br.* (*NMGE*): 7, $2^{b}$—$2^{d}$ *supplet Iust.* 5, 4, 19—21: 8, $1^{a}$ *supplet Iust.* 5, 9, 1 = 6, 56, 4
*p.* 107 *u.* 39 *pro c.* 1 *seqq. scr. c.* $1^{a}$ *supplet Iust.* 5, 9, 1 = 6, 56, 4
*p.* 117 *u.* 36 concubinam
*u.* 41 *pro* 17 A *scr.* 16 A
*p.* 120 *u.* 28 *pro* poterit *scr.* poterint
*p.* 124 *not.* 7 *scr. Constantinum*
*p.* 126 *u.* 32 ppo. *pro* po.
*p.* 132 *u.* 5 Gregorium *adde not.* $1^{a}$: *fuit ppo.*
*p.* 133 *n.* 13 *adde* a. 396
*p.* 145 *n.* 2: 10, 24, 2 *pro* 10, 25, 2
*not.* 6 *adde*: *iunge* 2, 12, 7
*p.* 148 *not.* 8 *scr.*: *cf. p.* 149 *not.* 2
*p.* 149 *u.* 11 *pro* $^{2}$) *scr.* $^{3}$)
*p.* 151 *u.* 8 *ad* 20, 1: *iunge* 3, 5, 10. 11. 3, 6, 1. 4, 20, 1. 9, 27, 2. 9, 42, 9. 8
*p.* 156 *n.* 4 *adde*: *iunge* 2, 16, 3
*n.* 7 *pro* 5, 16, 18 *scr.* 5, 16, $1^{g}$

# ADDITAMENTA

## I

### RVBRICAE TITVLORVM LIBRI I IN INTEGRVM RESTITVTAE

Libri primi codicis Theodosiani lex Romana (*Br.*) XI titulos in se recepit, quorum in hac editione numeri 1—5. 16. 20—22. 29. 34 sunt. Lacunam, quae inter titulos 5 et 16 hiat, index rubricarum Theodosiano in *A* praemissus expleuit[1]), idque supplementum confirmatur serie titulorum codicis Iustiniani 1, 29—33. 35—37, qui Theodosianis respondent[2]). Aliud supplementum suppeditat liber Parisiensis 4413 saeculo X exaratus, qui Breuiarium in epitomen redactum continet: in ultimo enim huius libri folio legitur index rubricarum qui sequitur cum hac praescriptione

de nomina officialium, qui curam gerebant antiquo iure in romam

de officio prefecti urbis, quando uicarius prouocacionem uel reclamacionem sentencie interponebat, ad ipsum primum ueniebat[3])

de officio magistri militum e(*uix* *e) erat super milites

de officio comitis sacre largicionis sacre largicionum recipiebat tributa principe

de officio comitis rei priuate quasi exactores priuatorum

de officio comitis orientis id est non amplius quam quingentis aparitoribus habeantur quas quidem publicis necessitatibus adeo nouimus abunde subpetere et[4]) quasi magistri exactorum

de officio prefecto agustalis habebat officium per agustam et (*uel* tem) ab aug̃(?)

de officio uicarii quicquid reclamare aut referre ad principem noluerint[5]) primum ad uicarium referebant[6])

de officio racionalis summarum et (et *deletum*?) rei priuate id est def****domus principis

de officio prefecti uigilum. Ministrabant erat pro custodia urbis

de officio tribuni uoluptatum quod a temelicis et scenariis abstin(?? ??)|[7])

de officio defensoris senatorum. Ipse elegebat alios senatores singulos uel binos per singulas quasque prouincias[8]);

de curatoribus ciuitatum

de administratiunculis intra urbem qui seruabant pselep(?)|ta. qđ in arbitrio dant̃' (*i. e.* dantur[9]) non in potestate accipientium

de primiceriis id est senior matricolis

de adsessores hoc erant cancellarii.

Auctorem huius indicis ex integro Theodosiano rubricas libri primi a Wisigothis omissas composuisse dubitari nequit: octo priores respondent rubricis eodem ordine in *A* traditis: adiectae sunt explanationes similes eis, quae in nonnullis Breuiarii codicibus ad rubricas adscriptae sunt. Ex Breuiario ipso praeter ultimam nulla rubrica recepta est, earum autem, quas Breuiarium praetermisit, in hoc supplemento nonnullae (12 et 23—26, quas pro parte ex Iustiniano restituere licuit) desiderantur.

His argumentis ductus seriem titulorum ita restitui, ut in pag. 5 legitur.

---

[1]) In ipso corpore Theodosiani, quod indicem sequitur, rubricae a rubricatore inserendae desiderantur. [2]) Iust. 1, 34 non fuit Theodosiani [3]) *cf.* 1, 7, 2. 3 [4]) *cf.* 1, 13, 1 [5]) *requiritur* uoluerint [6]) *cf.* 1, 15, 2—4 [7]) *uel* narsten (??? ??)| *fortasse in margine resecto scriptura continuabatur* [8]) *cf.* 1, 28, 1 [9]) *cf.* 1, 31, 2 § 1 'sit sane in arbitrio dantium'

---

# [*GESTA SENATVS VRBIS ROMAE.*]

1 Domino *nostro* F*lauio* Theodosio Aug(usto) *XVI* et A*n*icio Achillio Glabrion*e* Fausto u. c. consulibus Anicius Achillius Glabrio Faustus u. c. et inlustris, tertio expraefecto urbi, praefectus praetorio et consul ordinarius in domo sua, quae est ad Palmam, Fl(auius) Paulus u. c. et inlust*ris* urbis praefectus, Iunius Pomponius Publianus uir spectabilis uicarius urbis aeternae, proceres amplissimusque ordo senatus dum conuenissent habuissentque inter se aliquamdiu tractatum, ibi ingressis ex praecepto Anastasio et Mar*tino* constitutionariis Anicius Achillius Glabrio Faustus u. c. et inlust*ris*, tertio expraefecto urbi, praefectus praetorio et consul ordinarius dixit: a. 438

2 Aeternorum principum feli*ci*tas eo usque procedit augmento, ut ornamentis pacis instruat, quos bellorum sorte def*e*ndit. Proximo superiore anno cum felicissimam sacrorum omnium coniunctionem pro deuotione comitare*r*, peractis felic*i*ter nuptiis hanc quoque orbi suo sacratissimus princeps dominus noster Theodosius adicere uoluit dignitatem, ut in unum collectis legum praeceptionibus sequenda per orbem *s*edecim librorum compendio, quos sacratissimo suo nomine uoluit consecrari, constitui iuberet. Quam rem aeternus princeps dominus noster Valentinianus deuotione socii, affect*u* filii conprobauit.

Adclamatum est: Noue diserte, nere diserte.

3 Anicius Achillius Glabrio Faustus u. c. et inlust*ris*, tertio expraefecto urbi, p(raefectus) p(raetori)o et consul ordinarius dixit:

Vocatis igitur me et inl(ustri) uiro illius temporis Orientis praefecto singulos codices sua nobis manu diuina tradi iussit per orbem sui cum reuerentia dirigendos, ita ut inter prima uestrae sublimitatis notioni prouisionem suam sacratissimus princeps iuberet offerri. In manu est acceptus codex utriusque principis p*r*aeceptione directus. Constitutionarii praesentes sunt: si placet amplitudini uestrae, has ipsas leges, quibus hoc idem fieri iusserunt, amplitudo uestra relegi sibi iubeat, ut consultissimis aeternorum principum praeceptis consentanea deuotione pareamus.

Adclamatum est: Aequum est, placet, placet.

4 Anicius Achillius Glabrio Faustus u. c. et inlust*ris*, tertio expraefecto urbi, praefectus praetorio et co*nsul* ordinarius legit ex codice Theodosiano libro primo sub titulo de constitutionibus principum et edictis:

---

*A*

1 dom. n. flauio] dno. filio *A* XVI *om.* *A* aonici *A* glabrioni *A* onsulibus *A* 2 illustris *A*ª, illuster *A*ᵇ 3 preturio *A*ᵇ, prturio *A*ª u. c.] uicr. *A* 4 illuster *A* expectabilis *A* uicarius] un*arius(?) *A*ª 6 ibi **** ingressis *A* marcio *A* 7 u. c.] uicarius *A* illuster *A* 9 feliter *A* augmento] *Haenel*, augmentum *A* 10 defenfendit *A* 11 comitarer] *Mo.*, comitare *A*, comitaremur *Tafel* 13 sedecim] sub decim *A* 15 affectum *A* 17 inluster *A* 21 uestra sublimitas *A* 22 acceptos *A* percepcione *A*, praeceptis *Mo.* 27 inlust. *A* 28 praetorio] ppo. *A* consul] collec. *A*

DD. NN. IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM. Ad similitudinem Gregoriani atque Hermogeniani codicis cunctas colligi constitutiones decernimus, quas Constantinus inclitus et post eum diui principes nosque tulimus edictorum uiribus aut sacra generalitate subnixas. Et primum tituli, quae negotiorum sunt certa uocabula, separandi ita sunt, ut, si capitulis diuersis expressis ad plures titulos constitutio una pertineat, quod ubique aptum est, collocetur; dein, quod in utramque dici partem faciet uarietas, lectionum probetur ordine, non solum reputatis consulibus et tempore quaesito imperii, sed ipsius etiam compositione operis ualidiora esse, quae sunt posteriora, monstrante, post haec ut constitutionum ipsa etiam uerba, quae ad rem pertinent, reseruentur, praetermissis illis, quae sanciendae rei non ex ipsa necessitate adiuncta sunt. Sed cum simplicius iustiusque sit praetermissis eis, quas posteriores infirmant, explicari solas, quas ualere conueniet, hunc quidem codicem et priores diligentioribus compositos cognoscamus, quorum scholasticae intentioni tribuitur nosse etiam illa, quae mandata silentio in desuetudinem abierunt, pro sui tantum temporis negotiis ualitura. Ex his autem tribus codicibus, et per singulos titulos cohaerentibus prudentium tractatibus et responsis, eorundem opera, qui tertium ordinabunt, noster erit alius, qui nullum errorem, nullas patietur ambages, qui nostro nomine nuncupatus sequenda omnibus uitandaque monstrabit. Ad tanti consummationem operis et contexendos codices — quorum primus, omni generalium constitutionum diuersitate collecta nullaque extra se, quam iam proferri liceat, praetermissa, inanem uerborum copiam recusabit, alter omni iuris diuersitate exclusa magisterium uitae suscipiet — deligendi uiri sunt singularis fidei, limatioris ingenii, qui, cum primum codicem nostrae scientiae et publicae auctoritati obtulerint, adgredientur alium, donec dignus editione fuerit, pertractandum. Electos uestra amplitudo cognoscat: Antiochum uirum inl(ustrem) exquaestore et praefecto elegimus; Antiochum uirum inl(ustrem) quaestorem sacri palatii; Theodorum uirum spectabilem comitem et magistrum memoriae; Eudicium et Eusebium uiros spectabilis magistros scriniorum; Iohannem uir(um) spectabilem excomite nostri sacrarii; Comazontem atque Eubulum uiros spectabiles exmagistris scriniorum, et Apellem uirum disertissimum scholasticum. Hos a nostra perennitate electos eruditissimum quemque adhibituros esse confidimus, ut communi studio uitae ratione deprehensa iura excludantur fallacia. In futurum autem, si quid promulgari placuerit, ita in coniunctissimi parte alia ualebit imperii, ut non fide dubia nec priuata adsertione nitatur; sed ex qua parte fuerit constitutum, cum sacris transmittatur adfatibus in alterius quoque recipiendum scriniis et cum edictorum sollemnitate uulgandum. Missum enim suscipi et indubitanter optinere conueniet, emendandi uel reuocandi potestate nostrae clementiae reseruata. Declarari autem inuicem oportebit nec admittenda aliter. ET CETERA. DAT. VII K. APRIL. CONSTANTINOPOLI FLORENTIO ET DIONYSIO CONSS.

5 Adclamatum est: Augusti Augustorum, maximi Augustorum. Dictum VIII. a. 429
Deus uos nobis dedit, deus uos nobis seruet. Dictum XXVII.
Romani imperatores et pii felices, multis annis imperetis. Dictum est XXII.
Bono generis humani, bono senatus, bono rei publicae, bono omnium. Dictum XXIIII.
Spes in uobis, salus in nobis. Dictum XXVI.
Vt uiuere delectet Augustos nostros semper. Dictum XXII.
Orbe placato praesentes triumphetis. Dictum XXIIII.
Haec sunt uota senatus, haec sunt uota populi Romani. Dictum est X.
Liberis cariores, parentibus cariores. Dictum XVI.
Extinctores delatorum, extinctores calumniarum. Dictum XXVIII.
Per uos honores, per uos patrimonia, per uos omnia. Dictum XXVIII.
Per uos arma, per uos iura. Dictum XX.
Dispositioni uestrae gratias agimus. Dictum XXIII.
Constitutionum ambiguum remouistis. Dictum XXIII.

*A*

1—35 *uariam lectionem codicis A inuenies infra ad* 1, 1, 5   38 est *del. Mo.*   40 XXVI] XXV *uel* XII $A^{a}$   44 est *del. Mo.*   45 delatores $A^{a}$?



Pii imperatores sic consulunt. Dictum XXVI.
Causis consulitis, quieti consulitis. Dictum XXV.
Plures codices fiant habendi officiis. Dictum X.
In scriniis publicis sub signaculis habeantur. Dictum XX.
Ne interpolentur constituta, plures codices fiant. Dictum XXV.
Ne constituta interpolentur, omnes codices litteris conscribantur. Dictum XVIII.
Huic codici, qui faciendus a constitutionariis, notae iuris non adscribantur. Dictum XII.
Codices in scriniis habendi sumptu publico fiant, rogamus. Dictum XVI.
Fauste, aueas. Dictum XVII.
Bis consulem te. Dictum XV.
Omnia explicas, neminem laedis. Dictum XIII.
Codices conscripti ad prouincias dirigantur. *Dictum* XI.
Tantorum beneficiorum dignus perlator. Dictum X.
Paule, aueas. Dictum XII.
Consulem te. Dictum XI.
Ut in scriniis publicis habeantur, rogamus. Dictum XV.
Ad curam pertineat praefecturae. Dictum XII.
Singuli praefecti signacula sua adhibeant. Dictum XV.
In officiis suis singulos codices habeant. Dictum XII.
Vt ad preces nullae leges promulgentur, rogamus. Dictum XXI.
Aeti, aueas. Dictum XV.
Ter consulem te. Dictum XIII.
Excubiis tuis salui et securi sumus. Dictum XII.
Excubiis tuis, laboribus tuis. Dictum XV.
Fauste, aueas. Dictum XIII.
Bis consulem te. Dictum X.
Desideria senatus ut suggeras, rogamus. Dictum XX.
Conseruator legum, conseruator decretorum. Dictum XVI.
His subreptionibus possessorum ius omne confunditur. Dictum XVII.

6 Anicius Achillius Glabrio Faustus u. c. et inl(ustris), tertio expraefecto urbi, praefectus *praetorio* et consul ord(inarius) d(ixit): Quae lecta sunt sui cum ueneratione, gestis adhaerebunt et ad inter†. Hanc quoque partem inter beneficia aeternorum principum numero, quod per me magnitudini uestrae ea, quae pro legibus suis statuere dignati sunt, intimarunt.

Adclamatum est: Fauste, aueas. Dictum XVI.
Bis te consulem. Dictum X.
Consuli oraculi. Dictum XIII.

7 Anicius Achillius Glabrio Faustus u. c. et inl(us)t(ris), tertio expraefecto urbi, praefectus praetorio et consul ord(inarius) d(ixit): Erit nunc meae diligentiae secundum dominorum praecepta et desideria culminis uestri, ut hic codex fide spectabilis uiri Veroniciani, quem amplitudinis uestrae mecum consensus elegit, nec non et fide Anastasii et Martini constitutionariorum, quos iam dudum huic officio inseruire praeter culpam probamus, per tria corpora transcribatur, ut hoc quem detuli in officio praetoriani apicis remanente paris fidei uiri magnifici praefecti urbi scrinia alterum teneant, tertium uero constitutionarii sua fide et periculo apud se edendum populis retinere iubeantur, ita ut nisi a constitutionariis ex hoc corpore eorundem

*A*

1 imperatores] impus sic *A teste Mo.*   3 officiis] *Clossius,* officii *A*   6 ne] *Clossius,* nec *A*   7 notae] nocte $A^{a}$, noste $A^{b}$   10 consulē̄m $A^{a}$?   11 eplicas *A*   12 conscripte ad $A^{a}$   dictum *om. A*   15 XII $A^{a}$   22 consulente dictum *A*   27 dictum dic (*non* con) xx $A^{a}$   conseruator legum *A*   XVI his] XVIIII? (*Mo.*)   29 susreptionibus *A*   30 urbis *A*   31 praetorio] ppo. *A*   32 et ad inter] et addentur *temptat Mo.*   37 praefectus praetorio] praefecto ppo. *A*   40 martini] marcii *A*   42 transcribantur *A*   remante $A^{a}$   pares *A*   43 urbis *A*   tercia $A^{a}$   apud] in pace apud $A^{a}$   44 ex *bis* $A^{a}$

manu conscripta exempla*ria* non edantur. Si quidem erit meae diligentiae etiam illam tractare partem, ut conscriptus per hos ali*us* codex ad Africam prouinciam pari deuotione dirigatur, ut illic quoque pa*ris* fidei forma seruetur.

Adclamatum est: Fauste aueas. Dictum XVI.
Bis consulem te. Dictum XV.
Omnium uirtutum uiro. Dictum X.

Et alia manu Fl(auius) Laurentius exceptor amplissimi senatus edidi sub d(ie) VIII k. Ian.

DOMINI *NOSTRI* IMPP. *C*AESARE*S* FLAVI*O* ANASTASIO ET HILARIO MARTINO. Quantum consule*n*te uiro inl(ustri) Fausto praefecto praeto*rio* {*nu*minibus nostris subd*ita* senatus amplissimi gesta testantur, uidimus id, quod inuictissimus princ*eps* pater clementiae nostrae in custodiendi Theodosiani codicis obseruatione praecepit, a senatu diligentia maio*r*e munitum, ut hi ad edenda exemplaria haberent tantum licentiam contributam, quos manebat periculum, si quid edita falsitatis habuissent. Et ideo uir inl(ustris) p(raefectus) u(rbi), parens amicusque noster, ad cuius diligentiam pertinet obseruare diligentius, quod pro om*n*ium cautela decreuit senatus, sciet uobis licentiam in edendis exemplaribus contributam, confectionem quoque memorat*i* corporis uestro tantum periculo procurandam, nec habeant uel de editione uel de con*f*ectione commercium, cum ad uos certum sit redundare de falsitate discrimen, interminatione multae precibus comprehensae et sacrilegii poena constring*i* tam cognitionale officium quam eos, qui nostri*s* minime paruerunt constitutis, omni obreptione cessante. DAT. X K. IAN. ROMAE MAXIMO II ET PATERIO VV. *CC.* CONSS. a. 448

*A*

1 exemplaria] exempla tria *A* 2 alios *A* 3 paris] *Mo.*, par *A* 6 urtutum $A^a$ uero *A* 7 fl. (*sic*) laurencio *A* ian.] ianuarii *A* 8 domini ... flauio] dominis imprs. et cesaribus flauiis *A* 9 consulente] *Haenel*, consulē te *A* praetorio] praeto (praestro $A^b$) *A* numinibus] *Mo.*, nominis *A* subdita] *Schroeter*, sub didas *A* (*non* subsidis $A^a$, subditas $A^b$) 10 princes *A* 11 maiorem *A* 14 ominium *A* 16 memoratu *A* habeant] h. alii *manult Mo.* edictione *A* de] ue *uel* ne $A^a$ 18 conspecione *A* 18 constringi] *Mo.*, constringit *A* 19 nostri *A* 20 cc.] cc. a. *A*


[1] LIBER PRIMVS [2]

I De constitutionibus principum et edictis
II De diuersis rescriptis
III De mandatis principum
IIII De responsis prudentium
V De officio praefectorum praetorio
[VI] De officio praefecti urbis
[VII] De officio magistri militum
[VIII] De officio quaestoris
VIIII De officio magistri officiorum
[X] De officio comitis sacrarum largitionum
[XI] De officio comitis rei priuatae
[XII] De officio proconsulis et legati
[XIII] De officio comitis Orientis
[XIIII] De officio praefecti Augustalis
XV De officio uicarii
XVI De officio rectoris prouinciae
[XVII *Ut nulli patriae suae administratio sine speciali permissu principis permittatur*
[XVIII] De officio rationalis summarum et rei priuatae
[XVIIII] De officio praefecti uigilum
[XX *De officio praefecti annonae*]
[XXI] De officio tribuni uoluptatum
[XXII] De officio iudicum ciuilium
[XXIII] De officio iudicum militarium
[XXIIII] De officio iudicum omnium
[XXV *De officio eius, qui uicem alicuius iudicis obtinet*]
[XXVI *De modo multarum, quae a iudicibus infliguntur*]
XXVII De episcopali definitione
[XXVIII] De officio defensoris senatus
[XXVIIII] De defensoribus ciuitatum
[XXX] De curatoribus ciuitatum
[XXXI] De administratiunculis intra urbem
[XXXII *De magistratibus municipalibus*]
[XXXIII] De procuratoribus .....
[XXXIIII] De primiceriis
[XXXV] De adsessoribus domesticis et cancellariis

LIBER SECVNDVS [3]

I De iurisdictione et ubi quis conueniri debeat
II Ne in sua causa quis iudicet
III De omissa actionis impetratione
IIII De denuntiatione uel editione rescripti
V De dominio rei quae poscitur uel consortibus ab eo cui denuntiatum fuerit nominandis
VI De temporum cursu et reparationibus denuntiationum
VII De dilationibus
VIII De feriis
VIIII De pactis et transactionibus
X De postulando
XI De erroribus aduocatorum
XII De cognitoribus et procuratoribus
XIII De actionibus ad potentes translatis
XIIII De his, qui potentiorum nomina in lite praetendunt aut titulos praediis adfigunt
XV De dolo malo
XVI De integri restitutione
XVII De his, qui ueniam aetatis impetrarunt
XVIII De iudiciis


[1]) *Indicis rubricarum, qui olim Theodosiano hoc loco antecessit, partem extremam, scilicet libri XVI, seruauit codex T* (*fol.* 43r). *Ad exemplum huius indicis legi Romanae index epitomae praemissus est, cuius optimi testes codices NA sunt. Numeri titulorum, qui perierunt itemque rubricae restitutae uncinis quadratis includuntur* [2]) *In codice A rubricae VI—XIIII integri Theodosiani sine numeris adiecti sunt, de reliquorum titulorum restitutione agitur in Additamento I* [3]) *Numeri titulorum I—XXXII huius libri sunt Breuiarii: rubricae XVIII A et XXXIIII ex Iust. restitutae sunt*

[XVIII A *De ordine iudiciorum*]
XVIIII De inofficioso testamento
XX De inofficiosis donationibus
XXI De inofficiosis dotibus
XXII De hereditatis petitione
XXIII De rei uindicatione
XXIIII Familiae herciscundae
XXV De communi diuidundo
XXVI De finium regundorum
XXVII Si certum petatur de chirografis
XXVIII De pecuniae sequestratione prohibita
XXVIIII Si certum petetur de suffragiis
XXX De pignoribus
XXXI Quod iussu
XXXII De peculio
XXXIII De usuris
[XXXIIII *Mandati*]

## LIBER TERTIVS[1]

I De contrahenda emptione
[I A *Quae res uenire non possunt et qui uendere uel emere uetantur*]
[I B *Quae res exportari non debeant*]
[I C *De commerciis et mercatoribus*]
[I D *De eunuchis*]
[I E *De ueteris numismatis potestate*]
II De commissoria rescindenda
III De patribus, qui filios distraxerunt
IIII De aediliciis actionibus
[IIII A *De nundinis*]
V De sponsalibus et ante nubtias donationibus
VI Si prouinciae rector uel ad eum pertinentes sponsalia dederint
VII De nubtiis
VIII De secundis nubtiis
VIIII Si secundo nubserit mulier, cui maritus usumfructum reliquerit
X Si nubtiae ex rescripto petantur
XI Si quacumque praeditus potestate nubtias petat inuitae
XII De incestis nubtiis
XIII De dotibus
XIIII De nuptiis gentilium
XV De fideiussoribus *dotium*
XVI De repudiis
XVII De tutoribus et curatoribus creandis
XVIII Qui petant

*Intermedia desiderantur*
XXX De administratione et periculo tutorum et curatorum
XXXI De excusatione tutelae
XXXII De praediis minorum sine decreto non alienandis

## LIBER QVARTVS[2]

I De cretione uel bonorum possessione
II Unde liberi
III De Carboniano edicto
IIII De testamentis et codicillis
V De litigiosis
VI De naturalibus filiis et matribus eorum
[VII *De uindicta libertate et apud consilium manumissione*]
[VIII] De manumissione in ecclesia
[VIIII] De liberali causa
[X] De his, qui non a domino manumissi sunt
[XI] De libertis et eorum liberis
[XII] De longi temporis praescriptione
[XIII] Ad senatus consultum Claudianum
XIIII De uectigalibus et commissis
[XV] De actionibus certo tempore finiendis
[XVI] De quinquennii praescriptione
[XVII] De re iudicata
[XVIII] De sententiis ex periculo recitandis
[XVIIII] De fructibus et litis expensis
XX De usuris rei iudicatae
XXI Qui bonis ex lege Iulia cedere possunt
XXII Quorum bonorum
XXIII Unde ui
XXIIII Utrubi

## LIBER QVINTVS[3]

I De legitimis hereditatibus
[II *De bonus libertorum*]
[III] De decurionum
[IIII *De nauiculariorum et cohortalium*]
[V] De clericorum et monachorum
[VI] De bonis militum
[VII] De postliminio
VIII De ingenuis, qui tempore tyranni seruierunt

[1]) *Numeros titulorum XXXI. XXXII huius libri tradit T, de numero XXX item ex T constat: rubricae I A—I E et IIII A ex Iust. restitutae sunt, reliquae sunt Breuiarii* [2]) *De restitutione rubricarum librorum IIII et V agitur in annalibus Zeitschrift der Savigny-Stiftung R. A.* 41, 1 *sqq.*



VIIII De expositis
X De his, qui sanguinolentos emptos uel nutriendos acceperint.
[XI] De omni agro deserto et quando steriles fertilibus imponuntur
XII De fundis patrimonialibus et saltuensibus et enfyteuticis et eorum conductoribus
XIII De [*fundis rei priuatae et saltibus diuinae domus*]
[XIIII *De mancipiis et colonis patrimonialium et saltuensium et enfyteuticariorum fundorum*]
[XV] De fugitiuis colonis et inquilinis et seruis
[XVI] De inquilinis et colonis
[XVII] Ne colonus iuscio domino suum alienet peculium uel litem inferat ciuilem
[XVIII *De colonis Palaestinis*]
[XVIIII *De colonis Thracensibus*]
[XX *De colonis Illyricianis*]
[XXI *De agricolis et mancipiis dominicis uel fiscalibus siue rei priuatae*]
[XXII *De fundis limitotrophis*]
[XXIII *De diuersis praediis urbanis et rusticis templorum et ciuitatum*]
[XXIIII *De locatione praediorum ciuilium uel fiscalium siue templorum siue rei priuatae uel dominicae*]
[XXV *De palatiis et domibus dominicis*]
[XXVI *De cupressis ex luco Daphnensi uel Perseis per Aegyptum non excidendis uel uendendis*]
[XXVII] De longa consuetudine

## LIBER SEXTVS

[I *De dignitatibus*]
[II *De senatoria dignitate*]
III De praediis senatorum
IIII De praetoribus et quaestoribus
V Vt dignitatum ordo seruetur
VI De consulibus praefectis magistris militum et patriciis
VII De praefectis praetorio siue urbis et magistris militum
VIII De praepositis sacri cubiculi
VIIII De quaestoribus, magistris officiorum, comite sacrarum largitionum et rerum priuatarum
X De primicerio et notariis
XI De magistris scriniorum
XII De comitibus consistorianis
XIII De comitibus et tribunis scholarum
XIIII De comitibus rei militaris
XV De comitibus, qui inlustribus agentibus adsident
XVI De comitibus et archiatris sacri palatii
XVII De comitibus, qui prouincias regunt
XVIII De comitibus uacantibus
XVIIII De consularibus et praesidibus
XX De comitibus ordinis primi artium diuersarum
XXI De professoribus, qui in urbe Constantinopolitana docentes ex lege meruerint comitiuam
XXII De honorariis codicillis
XXIII De decurionibus et silentiariis
XXIIII De domesticis et protectoribus
XXV De praepositis labarum
XXVI De proximis, comitibus dispositionum ceterisque, qui in sacris scriniis militant
XXVII De agentibus in rebus
XXVIII De principibus agentum in rebus
XXVIIII De curiosis
XXX De palatinis sacrarum largitionum et rerum priuatarum
XXXI De stratoribus
XXXII De castrensianis
XXXIII De decanis
XXXIIII De mensoribus
XXXV De priuilegiis eorum, qui in sacro palatio militarunt
XXXVI De castrensi omnium palatinorum peculio
XXXVII De equestri dignitate
XXXVIII De perfectissimatus dignitate

## LIBER SEPTIMVS

I De re militari
II Quid probare debeant ad quamcumque militiam uenientes
III Quis in gradu praeferatur
IIII De erogatione militaris annonae
V De excoctione et translatione annonarum
VI De militari ueste
VII De pascuis
VIII De metatis
VIIII De salgamo hospitibus non praebendo
X Ne quis in palatiis maneat

XI Ne comitibus et tribunis lauacra praestentur
XII De commeatu
XIII De tironibus
XIIII De burgariis
XV De terris limitaneis
XVI De litorum et itinerum custodia
XVII De lusoriis Danuuii
XVIII De desertoribus et occultatoribus eorum
XVIIII De Saturianis et Subafrensibus et occultatoribus eorum
XX De ueteranis
XXI De testimoniali ex tribunis et protectoribus
XXII De filiis militarium apparitorum et ueteranorum
XXIII De oblatione equorum
XXIIII De oblatione uotorum

## LIBER OCTAVVS

I De numerariis actuariis scriniariis et exceptoribus
II De tabulariis logografis et censualibus
III De priuilegiis apparitorum magisteriae potestatis
IIII De cohortalibus principibus corniculariis et primipilaribus
V De cursu publico angariis et parangariis
VI De tractoriis et statiuis
VII De diuersis officiis et apparitoribus et probatoriis eorum
VIII De executoribus et exactionibus
VIIII De lucris officiorum
X De concussionibus aduocatorum siue apparitorum
XI Ne quid publicae laetitiae nuntii ex describtione uel ab inuitis accipiant
XII De donationibus
XIII De reuocandis donationibus
XIIII De ingratis liberis
XV De his quae administrantibus uel publicum officium gerentibus distracta sunt uel donata
XVI De infirmandis poenis caelibatus et orbitatis
XVII De iure liberorum
XVIII De maternis bonis et materni generis et cretione sublata
XVIIII De bonis quae filiisfamilias ex matrimonio adquiruntur

## LIBER NONVS

I De accusationibus et inscribtionibus
II De exhibendis uel transmittendis reis
III De custodia reorum
IIII Si quis imperatori maledixerit
V Ad legem Iuliam maiestatis
VI Ne praeter crimen maiestatis seruus dominum uel patronum libertus uel familiaris accuset
VII Ad legem Iuliam de adulteriis
VIII Si quis eam cuius tutor fuerit corruperit
IX De mulieribus, quae se seruis propriis iunxerunt
X Ad legem Iuliam de ui publica et priuata
XI De priuati carceris custodia
XII De emendatione seruorum
XIII De emendatione propinquorum
XIIII Ad legem Corneliam de sicariis
XV De parricidis
XVI De maleficis et mathematicis et ceteris similibus
XVII De sepulchris uiolatis
XVIII Ad legem Fabiam
XVIIII Ad legem Corneliam de falso
XX Victum ciuiliter agere criminaliter posse
XXI De falsa moneta
XXII Si quis solidi circulum exteriorem inciderit uel adulteratum in uendendo subiecerit
XXIII Si quis pecunias conflauerit uel mercandi causa transtulerit aut uetitas contrectauerit
XXIIII De raptu uirginum uel uiduarum
XXV De raptu uel matrimonio sanctimonialium uirginum uel uiduarum
XXVI Ad legem Iuliam de ambitu
XXVII Ad legem Iuliam repetundarum
XXVIII De crimine peculatus
XXVIIII De his qui latrones uel aliis criminibus reos occultauerint
XXX Quibus equorum usus concessus est aut denegatus
XXXI Ne pastoribus dentur filii nutriendi
XXXII De Nili aggeribus non corrumpendis
XXXIII De his qui plebem audent contra publicam colligere disciplinam
XXXIIII De famosis libellis
XXXV De quaestionibus
XXXVI Vt intra annum criminalis quaestio terminetur



XXXVII De abolitionibus
XXXVIII De indulgentiis criminum
XXXVIIII De calumniatoribus
XXXX De poenis
XXXXI Ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare
XXXXII De bonis proscribtorum seu damnatorum
XXXXIII De sententiam passis et restitutis et liberis eorum
XXXXIIII De his qui ad statuas confugiunt
XXXXV De his qui ad ecclesias confugiunt

## LIBER DECIMVS

I De iure fisci
II De domibus ad rem priuatam pertinentibus distrahendis uel pratoriis iudicum reseruandis
III De locatione fundorum iuris emfyteutici et rei publicae et templorum
IIII De actoribus et procuratoribus et conductoribus rei priuatae
V Qui conductores rei priuatae fideiussores exigi non debent
VI De grege dominico
VII De Caesarianis
VIII De bonis uacantibus
VIIII De incorporatione
X De petitionibus et ultro datis et delatoribus
XI De his qui se deferunt
XII Si uagum petatur mancipium
XIII De petitoribus et desistentibus
XIIII Si petitionis socius sine herede defecerit
XV De aduocatis fisci
XVI De fisci debitoribus
XVII De fide et iure hastae
XVIII De thesauris
XVIIII De metallis et metallariis
XX De murilegulis et gynaeceariis et monetariis et bastagariis
XXI De uestibus holoueris et auratis
XXII De fabricensibus
XXIII De classicis
XXIIII De his, qui cum dispensatore contraxerunt
XXV De priuilegiis domus Augustae
XXVI De conductoribus et hominibus domus Augustae

## LIBER VNDECIMVS

I De annona et tributis
II Tributa in ipsis speciebus inferri
III Sine censu uel reliquis fundum comparari non posse
IIII Ne conlatio per logografos celebretur
V De indictionibus
VI De superindicto
VII De exactionibus
VIII De superexactionibus
VIIII De distrahendis pignoribus, quae tributorum causa tenentur
X Ne operae a conlatoribus exigantur
XI Ne damna prouincialibus infligantur
XII De immunitate concessa
XIII Si per obreptionem fuerit inpetrata
XIIII De conditis in publicis horreis
XV De publica comparatione
XVI De extraordinariis siue sordidis muneribus
XVII De equorum conlatione
XVIII Qui a praebitione tironum et equorum excusentur
XVIIII De conlatione fundorum patrimonialium uel enfyteuticorum et rei priuatae
XX De conlatione donatorum uel releuatarum possessionum
XXI De conlatione aeris
XXII Ne conlationis translatio postuletur
XXIII De protostasia
XXIIII De patrociniis uicorum
XXV De quadrimenstruis breuibus
XXVI De discussoribus
XXVII De alimentis quae inopes parentes de publico petere debent
XXVIII De indulgentiis debitorum
XXVIIII De relationibus
XXX De appellationibus et poenis earum et consultationibus
XXXI De reparationibus appellationum
XXXII De secundo labsu
XXXIII De dilationibus ex consensu
XXXIIII De his qui per metum iudicis non appellauerunt
XXXV Si pendente appellatione mors interuenerit
XXXVI Quorum appellationes non recipiantur
XXXVII Si de momento fuerit appellatum
XXXVIII De possessione ab eo qui bis prouocauerit transferenda
XXXVIIII De fide testium et instrumentorum

LIBER DVODECIMVS


I De decurionibus
II De praebendo salario
III De praediis et mancipiis curialium sine decreto non alienandis
IIII De inponenda lucratiuis describtione
V Quemadmodum munera ciuilia indicantur
VI De susceptoribus praepositis et arcariis
VII De ponderatoribus et auri inlatione
VIII De auri publici prosecutoribus
VIIII De his, quae ex publica conlatione inlata sunt, non usurpandis
X Ne praefectianus exactoris uel curiosi uel horreorum custodis fungatur officio
XI De curatoribus kalendarii et fideiussoribus eorum
XII De legatis et decretis legationum
XIII De auro coronario
XIIII De irenarchis
XV De centurionibus
XVI De mancipibus
XVII De his, qui numero liberorum uel paupertate excusationem meruerint
XVIII Si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit
XVIIII De his, qui condicionem propriam reliquerunt


LIBER DECIMVS TERTIVS


I De lustrali conlatione
II De argenti pretio, quod thesauris infertur
III De medicis et professoribus
IIII De excusationibus artificum
V De nauiculariis
VI De praediis nauiculariorum
VII De nauibus non excusandis
VIII Ne quid oneri publico inponatur
VIIII De naufragiis
X De censu siue adscribtione
XI De censitoribus et peraequatoribus et inspectoribus


LIBER DECIMVS QVARTVS


I De decuriis urbis Romae
II De priuilegiis corporatorum urbis Romae
III De pistoribus et catabolensibus
IIII De suariis pecuariis et susceptoribus uini ceterisque corporatis
V De mancipibus thermarum urbis et subuectione lignorum
VI De calcis coctoribus urbis Romae et Constantinopolitanae
VII De collegiatis
VIII De centonariis et dendroforis
VIIII De studiis liberalibus urbis Romae et Constantinopolitanae
X De habitu, quo uti oportet intra urbem
XI Quibus militantibus ad urbem non liceat accedere
XII De honoratorum uehiculis
XIII De iure Italico urbis Constantinopolitanae
XIIII De campo Martio urbis Romae
XV De canone frumentario urbis Romae
XVI De frumento urbis Constantinopolitanae
XVII De annonis ciuicis et pane gradili
XVIII De mendicantibus non inualidis
XVIIII De pretio panis Ostiensis
XX De pretio piscis
XXI De nautis Tiberinis
XXII De saccariis portus Romae
XXIII De patronis horreorum Portuensium
XXIIII De mensis oleariis
XXV De frumento Carthaginiensi
XXVI De frumento Alexandrino
XXVII De Alexandrinae plebis primatibus


LIBER DECIMVS QVINTVS


I De operibus publicis
II De aquaeductu
III De itinere muniendo
IIII De imaginibus imperialibus
V De spectaculis
VI De maiuma
VII De scaenicis
VIII De lenonibus
VIIII De expensis ludorum
X De equis curulibus
XI De uenatione ferarum
XII De gladiatoribus
XIII De usu sellarum
XIIII De infirmandis his, quae sub tyrannis aut barbaris gesta sunt
XV Quorum usus interdictus est


LIBER DECIMVS SEXTVS


I De fide catholica
II De episcopis ecclesiis et clericis





III De monachis
IIII De his, qui super religione contendunt
V De haereticis
VI Ne sanctum baptisma iteretur
VII De apostatis
VIII De Iudaeis caelicolis et Samaritanis
VIIII Ne Christianum mancipium Iudaeus habeat
X De paganis sacrificiis et templis
XI De religione


---

# DE THEODOSIANI CODICIS AVCTORITATE

[1]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PPO. ORIENTIS. Saepe nostra
clementia dubitauit, quae causa faceret, ut tantis propositis praemiis, quibus artes et studia
nutriuntur, tam pauci rarique extiterint, qui plene iuris ciuilis scientia ditarentur et in tanto
1 lucubrationum tristi pallore uix unus aut alter receperit soliditatem perfectae doctrinae. Quod
ne a quoquam ulterius sedula ambiguitate tractetur, si copia immensa librorum, si actionum
diuersitas difficultasque causarum animis nostris occurrat, si denique moles constitutionum
diualium, quae uelut sub crassa demersae caligine obscuritatis uallo sui notitiam humanis
ingeniis interclusit, uerum egimus negotium temporis nostri et discussis tenebris conpendio
breuitatis lumen legibus dedimus, electis uiris nobilibus exploratae fidei, famosae doctrinae,
quibus delegata causa ciuilis officii, purgata interpretatione, retro principum scita uulgauimus,
ne iurisperitorum ulterius seueritate mentita dissimulata inscientia uelut ab ipsis adytis ex-
pectarentur formidanda responsa, cum liquido pateat, quo pondere donatio deferatur, qua
actione petatur hereditas, quibus uerbis stipulatio colligatur, ut certum uel incertum debitum
sit exigendum. Quae singula prudentium detecta uigiliis in apertum lucemque deducta sunt
2 nominis nostri radiante splendore. Nec paruum pretium sibi hoc suspicentur esse delatum,
quibus diuina sensa pectoris nostri mandauimus. Etenim si recte mentis acie futura prospi-
3 cimus, ad posteros usque deuenient laboris nostri consortio. Quamobrem detersa nube uolu-
minum, in quibus multorum nihil explicantium aetates adtritae sunt, conpendiosam diualium
constitutionum scientiam ex diui Constantini temporibus roboramus, nulli post. kal. Ian. con-
cessa licentia ad forum et cotidianas aduocationes ius principale deferre uel litis instrumenta
conponere, nisi ex his uidelicet libris, qui in nostri nominis uocabulum transierunt et sacris
habentur in scriniis. Quamquam nulli retro principum aeternitas sua detracta est, nullius
latoris occidit nomen: immo lucis gratia mutati claritudine consultorum augusta nobiscum
societate iunguntur. Manet igitur manebitque perpetuo elimata gloria conditorum nec in
4 nostrum titulum demigrabit nisi lux sola breuitatis. Et quamuis nostris auspiciis totius operis
instauratio deberetur, adtamen magis imperatorium magisque credidimus gloriosum, si fugata

---

[1]) *Haec constitutio tam hoc loco legitur in Breuiarii libris AO Basileensi C* III, 1, *in quibus ex Theodosiano integro restituta est, quam in fronte collectionis Nouellarum Theodosii. Praeter libros AO librum Ottobonianum* (*hodie Vatic. lat.* 7277, *qui plenam Nouellarum collectionem continet* (*incipit* 2 tauit quae), *et Nouellarum Breuiarii libros NMGE adhibui, singularia librorum menda fere omisi.*

---

2 fecerit *NE* 3 rarique] *AO*, raroque *Ott. NMGE* plene] *AO*, plenae *G*, pleno *Ott. ME*, plenio *N* scientia] *Ott. AOM*m, sententia *NGE* tanto] *OGE*, tantum *Ott. N*, tam *A* 5 ne a quoquam] *AO*, nec a quamquam *N*, nequaquam *Ott. MGE* 7 sub crassa demersae caligine (-ni *Ott.*) obscuritatis (-tes *Ott.*) uallo *Ott. N*, sub crasso dimersae caliginis et obscuritatis uallo *O*, sub grassa dimersae caligini obscuritatis *A*, sub crassa (subpressa *GE*v), demersae (dimerserit *G*) caliginis (-nes *GE*) obscuritatis (-te *G*) uallo *MGE* humanetatis *Ott.* 10 scita] *Ott. AO*, scientia *NM*, sententiam *G*, statuto *E* inscientia] *AO*, scientia *Ott. NME* scientiam *G* 17 consortia *AO*, consortium *G* nube] nunc *Ott.* 19 nulli] *Ott. NE*, nulli itaque *AO*, nihil *MG* 23 gratia] *Ott. ON*, gratiam *AMGE* 24 perpetuo] in perpetuum *A* perpetuum *O* demigrabit] *AO*, demigrauit *Ott. NMGE* 26 imperatorum *Ott. MG*v*E*

inuidia perennitatis iure memoria remaneret auctorum: nobis ad fructum bonae conscientiae
5 satis abundeque sufficiet reuelatis legibus inuenta maiorum obscuritatis iniuria uindicasse. His adicimus nullam constitutionem in posterum uelut latam in partibus Occidentis alioue in loco ab inuictissimo principe filio nostrae clementiae p(er)p(etuo) Augusto Valentiniano posse proferri uel uim legis aliquam obtinere, nisi hoc idem diuina pragmatica nostris mentibus intimetur.
6 Quod obseruari necesse est in his etiam, quae per Orientem nobis auctoribus promulgantur: falsitatis nota damnandis, quae ex tempore definito Theodosiano non referuntur in codice, exceptis his, quae habentur apud militum sancta principia, uel de titulis publicis
7 expensarum aliarumque rerum gratia, quae in regestis diuersorum officiorum relata sunt. Longum est memorare, quid in huius consummationem negotii contulerit uigiliis suis Antiochus cuncta sublimis ex praefecto et consule, quid Maximinus uir inlustris ex quaestore nostri palatii, eminens omni genere litterarum, quid Martyrius uir inlustris comes et quaestor, nostrae clementiae fidus interpres, quid etiam Sperantius Apollodorus Theodorus uiri spectabiles, comites nostri sacri consistorii, quid Epigenes uir s(pectabilis) comes et mag(ister) memoriae, quid Procopius uir s(pectabilis) comes et magister libellorum, iure omnibus ueteribus comparandi.
8 Quod restat, Florenti p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime), inlustris et magnifica auctoritas tua, cui amicum, cui familiare est placere principibus, edictis prop(ositis) in omnium populorum, in omnium prouinciarum notitiam scita maiestatis Augustae nostrae faciat peruenire. DAT. XV KAL. MART. CONSTANTINOPOLI D. N. THEODOSIO A. XVI CONS. ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

INTERPRETATIO. Haec lex dicit, ut Theodosiani codicis auctoritas omni firmitate subsistat.

---

*Ott.* (*desinit* 3 loco) *AONMGE*

---

2 satis] *AO*, sciat *Ott.*, *om.* *NMGE* abundique *Ott. N* sufficiat *Ott.*, sufficit *E*, sufficeret *G* 3 alioue] alio uel *NMG*, aliorumue *A* 5 intimetur] *E*, intimentur *AO NMG* 10 consummatione *ANE*, memoratione *G* 13 superantius 1, 1, 6 § 3 14 epigenes] *M*, epiginis *N*, epineges *O*, epeneges *A*, ephygenis *G*, epigenus *M**, epigenius *E* 19 xv] *AG*, xvi *ONM**, vi *E* et q. f. n. *E*, *om.* *AONMG*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA URBINO

# THEODOSIANI

## LIBER PRIMVS

## I. DE CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM ET EDICTIS [1]

1 [2] IMP. CONSTANTINVS A. AD LVSITANOS. Si qua posthac edicta siue constitutiones [3] sine die et consule fuerint deprehensae, auctoritate careant. DAT. VII KAL. AVG. SABARIAE PROBIANO ET IVLIANO CONSS. a. 322

INTERPRETATIO. Quaecumque leges sine die et consule fuerint prolatae, non ualeant.

1a [IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. . . . . . . . . . . . . .]

2 [4] IDEM AAA. FLAVIANO PPO. ILLYRICI ET ITALIAE. Perpensas serenitatis nostrae longa deliberatione constitutiones nec ignorare quemquam nec dissimulare permittimus. DAT. VI KAL. IVN. VINCENTIAE TATIANO ET SYMMACHO VV. CC. CONSS. a. 391

INTERPRETATIO. Leges nescire nulli liceat aut quae sunt statuta contemnere.

3 [5] IDEM AAA. AVRELIANO PV. Omnia constituta non praeteritis calumniam faciunt, sed futuris regulam ponunt. DAT. III KAL. MART. CONSTANTINOPOLI DN. THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VC. CONSS. a. 393

INTERPRETATIO. Omnes leges non ea quae anteriore tempore acta sunt damnant, sed in futurum obseruanda constituunt.

4 IDEM AAA. VICTORIO PROCONSVLI ASIAE. Generale praeceptum beneficio speciali anteferendum est. DAT. XI KAL. SEPT. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VC. CONSS. a. 393

INTERPETATIO. Legem, quae omnes communiter tenet, unius persona uel una causa non uacuet.

4a [6] IMPP. THEODOSIANVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM. *Quae ex relationibus uel suggestionibus iudicantium per consultationem in commune florentissimorum sacri nostri pa-*

---

*ad c.* 1—4 *Br.* (*NMG*): *ad c.* 5 *A* (*in gestis senatus p.* 2) *c.* 4a *supplet Iust.* 1, 14, 2

1) *cf. Iust.* 1, 14 2) *Iust.* 1, 23, 4 3) si qua beneficia *Iust.* 4) *Iust.* 1, 18, 12: *iunge* 3, 1, 6 5) *iunge* 1, 28, 4. 6, 3, 1. 6, 4, 26. 12, 1, 130—132. 14, 17, 11? 15, 1, 29. 30 6) *iunge c.* 4b *et* 1, 2, 13

---

1 theodosiani] *sic in exitu librorum T* (*lib.* III) *V* (*lib.* IX—XII. XV), theodosiani constitutionum *T* (*lib.* XVI): *Breuiarii codices uulgo* theodosiani *omittunt* 4 imp. *om.* $G^{a}$ lusitanus $N^{a}$?, lusitanum $N^{b}$, lusianus *G* posthaec *G* 5 robiano *G* 6 et iuliano *om. M* 7 delatae *M* 8 *inscriptio deperditae constitutionis ex sequenti inscriptione* (idem aaa.) *restituta est* 9 idem aaa.] idem a. *M*, impp. ual. (ual. et *G cum Iust.* (*PL*)) theod. et arc. aa. *NG cum Iust.* hilirici *N*, illiricae *MG* perpensus $G^{a}$, perpensa $MG^{b}$ serenitates $N^{a}$ 10 constitutionis *M* d. III k. iul. *Iust.* (*Hal. PL*) 11 tatiano] asiano *G* et symmacho] cho $G^{a}$ uu. cc.] uu. ccs. $M^{2}$, *om. NG*, *incertus* $M^{1}$ 13 aaa.] a. *MG* aurilIano *MG* po. *G* 14 inponunt *NG* III] *N*, IIII *MG* dn.] domino *NM*, domno *G* 15 uc.] *M*, uu. cc. *NG* 18 aaa.] a. *M*, aug. *N post* asiae uicturio *NM* 19 III *om. G* uc.] *G*, uu. cc. *N*, *om. M*

*latii procerum auditorium introducto negotio statuimus uel quibuslibet corporibus aut legatis aut prouinciae uel ciuitati uel curiae donauimus, nec generalia sint, sed leges fiant his dumtaxat negotiis atque personis, pro quibus fuerint promulgata, nec ab aliquo retractentur: notam infamiae subituro eo, qui uel astute ea interpretari uoluerit uel impetrato impugnare rescripto, nec habituro fructum per subreptionem elicita: et iudices, si dissimulauerint uel ulterius litigantem audierint uel aliquid allegandum admiserint uel sub quodam ambiguitatis colore ad nos rettulerint, triginta librarum auri condemnatione plectendi sunt.* DAT. VIII ID. NOV. RAVENNAE THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

$4^b$ [1]) IDEM AA. AD SENATVM. *Leges ut generales ab omnibus aequaliter in posterum obseruentur, quae uel missa ad uenerabilem coetum oratione conduntur uel inserto edicti uocabulo nuncupantur, siue eas nobis spontaneus motus ingesserit siue precatio uel relatio uel lis mota legis occasionem postulauerit. Nam satis est edicti eas nuncupatione censeri uel per omnes populos iudicum programmate diuulgari uel expressius contineri, quod principes censuerunt*
1 *ea, quae in certis negotiis statuta sunt, similium quoque causarum fata componere. Sed et si generalis lex uocata est uel ad omnes iussa est pertinere, uim obtineat edicti: interlocutionibus, quos in uno negotis iudicantes protulimus uel postea proferemus, non in commune praeiudicantibus, nec his, quae specialiter quibusdam concessa sunt ciuitatibus uel prouinciis uel corporibus, ad generalitatis obseruantiam pertinentibus.* DAT. VIII ID. NOV. RAVENNAE THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

5 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM. Ad similitudinem Gregoriani atque Hermogeniani codicis cunctas colligi constitutiones decernimus, quas Constantinus inclitus et post eum diui principes nosque tulimus, edictorum uiribus aut sacra generalitate
1 subnixas. Et primum tituli, quae negotiorum sunt certa uocabula [2]), separandi ita sunt, ut, si capitulis diuersis expressis ad plures titulos constitutio una pertineat, quod ubique aptum est collocetur; dein quod in utramque dici partem faciet uarietas lectionum, probetur ordine, non solum reputatis consulibus et tempore quaesito imperii, sed ipsius etiam compositione operis ualidiora esse quae sunt posteriora monstrante; post haec ut constitutionum ipsa etiam uerba quae ad rem pertinent reseruentur, praetermissis illis quae sanciendae rei non ex ipsa
2 necessitate adiuncta sunt. Sed cum simplicius iustiusque sit praetermissis eis, quas posteriores infirmant explicari solas, quas ualere conueniet, hunc quidem codicem et priores diligentioribus conpositos cognoscamus, quorum scholasticae intentioni tribuitur nosse etiam illa, quae man-
3 data silentio in desuetudinem abierunt, pro sui tantum temporis negotiis ualitura. Ex his autem tribus codicibus et per singulos titulos cohaerentibus prudentium tractatibus et responsis eorundem opera, qui tertium ordinabunt, noster erit alius, qui nullum errorem, nullas patietur ambages, qui nostro nomine nuncupatus sequenda omnibus uitandaque monstrabit.
4 Ad tanti consummationem operis et contexendos codices (quorum primus, omni generalium constitutionum diuersitate collecta, nullaque extra se quam iam proferri liceat, praetermissa inanem uerborum copiam recusabit, alter omni iuris diuersitate exclusa magisterium uitae suscipiet) deligendi uiri sunt singularis fidei, limatioris ingenii: qui cum primum codicem

---

*c.* $4^a$. $4^b$ *supplet Iust.* 1, 14, 2. 3 : *ad c.* 5 *A* (*in gestis senatus* p. 29 *et T inde a. u.* 28 rei non)

1) *iunge c.* $4^a$ *et* 1, 2, 13  2) quae ... uocabula *glossa?*

---

20 impp.] dd. nn. inpr. *A*  21 codinis *A*  22 generalitatem *A*  24 expressu $A^a$?  constucio u. pertinat *A*  25 collecetur $A^a$  probatur *A*  26 consubus *A*  ethiac $A^a$  27 monstrantes *A*  29 simplicius *A*  [i]ustisque $T^a$  30 ualere] uenire $A^a$  nunc *A*  31 compositis *A*  scolasticae (-tiae $A^a$) te intencioni *A*  illa etiam *T*  qua mandata $T^a$, quem a data *A*  32 deconsuetudinem *T*, desuetudine *A*  ambuerunt *A*  33 titulos *om. A*  tractat cibus *A*  et responsis *om.* $T^a$  34 opera qui tertium *om. A*  nostre *A*  nullus $T^a$  35 potietur $T^b$?  ambagis *T*  nuncupatus] $T^b$, nuncupantur $T^a$, nuncupatu *A*  siquenda $T^a$  36 geialium $A^a$  37 collecta] *T*, exclusa *A*  nullaquae *T*  praetermissam *T*  38 recusauit *T*  diuersitatem $T^a$  39 eligendi *A*  singulari (-res $T^a$) fide *T*  limacionis *A*



nostrae scientiae et publicae auctoritati obtulerint, adgredientur alium, donec dignus editione
5 fuerit, pertractandum. Electos uestra amplitudo cognoscat: Antiochum uirum inlustrem ex quaestore et praefecto [1]) elegimus, Antiochum uirum inlustrem quaestorem sacri palatii, Theodorum uirum spectabilem comitem et magistrum memoriae, Eudicium et Eusebium uiros spectabiles magistros scriniorum, Iohannem uirum spectabilem ex comite nostri sacrarii, Comazontem atque Eubulum uiros spectabiles ex magistris scriniorum, et Apellem uirum diser-
6 tissimum scholasticum. Hos a nostra perennitate electos eruditissimum quemque adhibituros
7 esse confidimus, ut communi studio uitae ratione deprehensa iura excludantur fallacia. In futurum autem si quid promulgari placuerit, ita in coniunctissimi parte alia ualebit imperii, ut non fide dubia nec priuata adsertione nitatur: sed ex qua parte fuerit constitutum, cum sacris transmittatur adfatibus, in alterius quoque recipiendum scriniis et cum edictorum sollemnitate uulgandum: missum enim suscipi et indubitanter optinere conueniet, emendandi
8 uel reuocandi potestate nostrae clementiae reseruata. Declarari autem inuicem oportebit, nec admittenda aliter. ET CETERA. DAT. VII KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI FLORENTIO ET DIONYSIO CONSS. a. 429

$5^a$ [2]) IDEM AA. AD VOLVSIANVM PPO. *Digna uox maiestate regnantis legibus alligatum se principem profiteri: adeo de auctoritate iuris nostra pendet auctoritas. Et re uera maius imperio est submittere legibus principem. Et oraculo praesentis edicti, quod nobis licere non patimur, indicamus.* DAT. III ID. IVN. RAVENNAE FLORENTIO ET DIONYSIO CONSS. a. 429

6 IDEM AA. Omnes edictales generalesque constitutiones uel in certis prouinciis seu locis ualere aut proponi iussae, quas diuus Constantinus posterioresque principes ac nos tulimus, indicibus rerum titulis distinguantur, ita ut non solum consulum dierumque supputatione, sed
1 etiam ordine conpositionis apparere possint nouissimae. Ac si qua earum in plura sit diuisa capita, unumquodque eorum diiun[c]tum a ceteris apto subiciatur titulo et circumcisis ex
2 qua[que] constitutione ad uim sanctionis non pertinentibus, solum iu[s] relinquatur. Quod ut breuitate constrictum claritate luc[e]at, adgressuris hoc opus et demendi superuacanea uerba et a[di]ciendi necessaria et demutandi ambigua et emendandi incongrua tribuimus potestatem,
3 scilicet ut his modis unaquaeque inlustrata constitutio e ...... [3]) contextores huius Theodosiani codicis Antiochus amplissimus atque gloriosissimus praefectorius ac consularis; Eubulus inlustris ac magnificus comes et quaestor noster; Maximus [4]) uir inlustris insignibus quaestoriae dignitatis ornatus; Superantius, Martyrius, Alypius, Sebastianus, Apollodorus, Theodorus, Eron spectabiles comites consistoriani; Maximus, Epigenes, Diodorus, Procopius spectabiles comites et magistri sac[ro]rum scriniorum; Erotius uir spectabilis ex uicariis iuris
4 doctor, Neoterius uir spectabilis ex ... Quorum si quis au[t] humano praepeditus casu aut

---

*T et ad c.* 5 *A*: *c.* $5^a$ *supplet Iust.* 1, 14, 4

1) praefectum *Mommsen*  2) *iungenda* 5, 24, 5 (*Iust.* 11, 71, 5)?  3) e[limataque procedat. Erunt igitur]?  4) Maximinus *Wenck, cf. p.* 12, 11

---

1 nostrae] nam e *A*  obtulent *uel* obtulentur $A^a$  adgrediendientur *T*  dignus edictione $T^a$, digno sedicione *A*  2 fuerint $T^aA$  edictos *T*  conplitudo *A*  uirum inl.] ul. $T^a$  anthiocum *A*  3 eligimus *T*  anthiocum *A*  uirum ... palatii] *A*, ulsacp. $T^a$, uirum inlustrem ex quaestore et prefecto $T^b$  4 memoriae] milicie $A^a$  5 expectabiles *A*  expectabilem *A*  comagontem $T^a$, comagonem *uel* comagontem $T^b$  6 euuulum *T*, eubolum *A*  expectabiles *A*  et *om. T*  appellem $T^bA$, appellent $T^a$  7 scolasticum $T^bA$, scolasticus $T^a$  hos a n. perennitate electos erud. (el. erud. *in T resecta sunt*) quemque adhibituros] $T^bA$, *(u.?), q*(u?) t*(m?) qumque adhibiturus $T^a$  8 uitae] u*(a?) e $A^a$  depraehensae $T^a$  excludatur *A*  fallacie $A^a$  9 placuerit] potuerit *A*  10 priuata] pr. nei $A^a$  11 affectibus *A*  12 euulgandum *A*  dubitanter $T^a$  13 nostra *A*  clemente $A^a$  14 amittanda *A*  21 iussa *T*  quas *bis* $T^a$  ac] ad $T^a$  22 consultum $T^a$  23 eorum $T^b$  24 unumquoque $T^a$  26 et dem.] dem. $T^a$  27 a[di]ciendi] $T^b$, a[di]cienda $T^a$  dimutandi *T*  potestatem s̄cl̄u his modis unaq̄. q. īnlustrata constitutio e [....] $T^b$, potestate $T^a$  29 praefecturius ac $T^b$, praefecturis ad $T^a$  consulares *T*  30 inlustris] uir inlustris $T^b$?  uir inlustris] ūī *T*  31 superantius] *T*: sperantius *supra p.* 12, 13  marturius alipius *T*  32 ephigenes $T^b$  33 iuris doctor neuterius ūs ex [....] (*margine resecto*) $T^b$, *om.* $T^a$

aliqua rei publicae detentu[s] sollicitudine ab iniuncto fuerit abstractus negotio, alius in locum eius, si ita fuerit uisum, nostro substitu[e]tur arbitrio, ut absolutionem codicis in omnibus negotii[s] iudiciisque ualituri, nullumque extra se nouellae constitutioni, locum relicturi, nisi quae post editionem huius fuerit promulgata, nullum possit inhibere obstaculum. DAT. XIII KAL. IAN. CONSTANTINOPOLI DD. NN. THEODOSIO XV ET VALENTINIANO IIII AA. CONSS. a. 435

## II DE DIVERSIS RESCRIBTIS

1 IMP. CONSTANTINVS A. IVLIO ANTIOCHO PRAEFECTO VIGILVM. Annotationes nostras sine rescribtione admitti non placet, id[eo]que officium grauitatis tuae obseruet, sicut semper est custoditum, ut rescribta uel epistulas potius nostras quam adnotationes solas existimes audiendas. DAT. III KAL. IAN. TRIV(ERIS)[1]) VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS. a. 314

2 IDEM A. AD POPVLVM. Contra ius rescribta non ualeant, quocumque modo fuerint inpetrata. Quod enim publica iura praescribunt, magis sequi iudices debent. PP. IIII KAL. SEPT. ROMAE CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS. a. 315

INTERPRETATIO. Quaecumque contra leges fuerint a principibus obtenta, non ualeant.

3 IDEM A. SEPTIMIO BASSO PV[2]). Vbi rigorem iuris placare aut lenire specialiter exoramur, id obseruetur, ut rescribta ante edictum propositum impetrata suam habeant firmitatem, nec rescribto posteriore derogetur priori: quae uero postea sunt elicita, nullum robur habeant, nisi consentaea sint legibus publicis: maxime cum[3]) inter aequitatem iusque *interpositam interpretationem nobis solis et oporteat et liceat inspicere.* DAT. III NON. DEC. SABINO ET RVFINO CONSS. a. 316

3a IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM. *Puniri iubemus decem librarum auri multa iudices, qui uetuerunt precum argui falsitatem.* DAT. V KAL. OCT. CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO CONSS. a. 315?

4 IDEM A. CREPEREIO DONATIANO. Rescribta, quibus usi non fuerint qui in fata concedunt, heredes possunt allegare, ut congrue inpetrata successoribus emolumenta adquirant. PP. ID. DEC. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS. a. 319

INTERPRETATIO. Beneficia principum, quae illi qui meruerunt interueniente morte non fuerint consecuti, successoribus eorum exequi liceat, ut beneficia heredes ab auctoribus suis inpetrata percipiant.

5 [4])IDEM A. SEVERO PV. Quotiens rescripto nostro praeiudicium uel[5]) moratoria praescriptio remittitur, aditus supplicandi pandatur: quod autem totius negotii cognitionem tollit et uires principalis negotii exhaurit, sine graui partis alterius dispendio conuelli non potest.

---

*T (desinit in* 18 iusque): *ad* 2 *r.* 2. 4 *Br. (NMG)*: 2, 3a *supplet Iust.* 1, 22, 3

1) *Treuiris Constantinus hoc tempore non fuit* 2) *Bassus pu. fuit a.* 317—319. 3) *seqq.* = *Iust.* 1, 14, 1 4) *Iust.* 1, 19, 2 5) praeiudicium uel *om. Iust.*

---

1 ab iniuncto] adiuncto T[a] fuerint T alius] alius alium T[a] 3 constitutioni] *Mommsen,* constitutionis T 4 aeditione T[a] promulata T[a] 5 XIII *uel* XVI T XV] a. XV T 7 uigilium T[a] annotitiones T 11 idem aa. T *uel* T[a], impr. constantinus a. *Br.* ius] iu N 12 perscribunt] *TN,* praescribunt *MG* debeant N pp.] pp. data G 13 romae] **omam G[a] lic. IIII (III N)] T[a]*NMG,* lic. caes. IIII *uel* lic. caes. T[b] 14 principe G 15 a.] aa. T septimio *om. Iust.* regorem T[a] iuris] iudex T[a] linire T exoratur T[a] 16 sua T[a] 18 consentaneas sint leges T[a] equitate T[a] 22 v. k. Oct. const. a. IIII et lic. conss. *Iust.* (D), k. oct. const. a. III et lic. c. coss. *Iust.* (*Hal.*) 24 a.] a N crepereo *MG* donat.] donat. aug. N ausi non fuerit N facta G concidunt M 25 alligare M ut] aut N (*sic Mo.*) inpetratae N elimenta N[a], eorum G adquirant] N, conquirantur M, exsequi liceat G 26 pp.] data G cilimio N caes.] uu. N, *om. MG* 30 idem *om.* G[a] seueriamo M[a], seuerino M[b] pu.] ppo G *Iust. (SCR)* moratur*am N[a], moraturiam N[b] perscriptio G 31 remittetur G, remitietur N totius] ius G (*sic*) 32 iuris N principales G, principalibus N *uel* N[b] (*sic Mo.*) exauret N[a], exauriet N[b], ex auctoritate G partes N[a]



Nec praescriptionis igitur peremptoriae relaxatio petatur nec contra edictum supplicetur[1]). DAT. X KAL. IVN. NICAEAE PAVLINO ET IVLIANO CONSS. a. 325

INTERPRETATIO. Moratoria praescriptio dicitur, quae causam prolongat, id est, quando indutiae a litigatore petuntur a principe: peremptoria, quae causam principalem tollit, id est, si litigator beneficio principis sine iudicio causam uelit exstingui. Et ideo moratoria praescriptio per rescriptum principis supplicantibus concedi potest, peremptoria concedi non potest et, si concessa fuerit a principe, non ualebit.

5a IDEM A. AD POPVLVM. *Nec damnosa fisco nec iuri contraria postulari oportet.* PP. VIII KAL. OCT. ROMAE CONSTANTINO A. VIII ET CONSTANTIO C. IIII CONSS. a. 329

6 IDEM A. AD BARBARVM POMPEIANVM CONSVLAREM CAMPANIAE. Etsi non cognitio, sed exsecutio mandatur, de ueritate precum inquiri oportet, ut, si fraus interuenit, de omni negotio cognoscatur. DAT. III ID. NOV. AQVIS DALMATIO ET ZENOFILO CONSS. a. 333

INTERPRETATIO. Quidquid non uera, sed falsa petitio a principe obtinuerit, quia fraus interuenit, non ualebit.

7 [2])IDEM [3])A. ET IVLIANVS CAESAR AD TAVRVM PPO. Multabuntur iudices, qui rescripta contempserint aut distulerint. DAT. III NON. IVL. MEDIOLANO CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. CONSS. a. 356

INTERPRETATIO. Feriantur iudices damno, qui data secundum leges principis praecepta contempserint aut conludio quocumque distulerint.

7a IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD VOLVSIANVM PV. *Si quis aduersus praefectorum praetorio*[4]) *sententias duxerit supplicandum uictusque fuerit denuo, nullam habebit licentiam iterum super eadem causa supplicandi.* DAT.[5]) XV K. OCT. ROMAE VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

8 [6])IMPPP. GRATIANVS VALENTIANVS ET THEODOSIVS AAA. FLORO PPO. Vniuersa rescripta, quae in debitorum causis super praestandis dilationibus impetrata sunt, rescindantur, cum sit acerbius perurguendus, qui mansuetudinis nostrae pudore fatigato non quid utilitatibus publicis, sed quid suis fraudibus conueniret, aspexit[7]). DAT. VIII KAL. MART. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO VV. CC. CONSS. a. 382

INTERPRETATIO. Si cuiuslibet rei debitor conuictus propter differendam solutionem a principe indutias impetrauerit, beneficium, quod obtinuerit non ualebit, sed cautionem suam inplere cogatur.

8a IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD SENATVM. *Quamuis consultum senatus perpetuam per se obtineat firmitatem, tamen etiam nostris legibus idem prosequimur adicientes, ut, si quisquam speciali supplicatione eliciendum aliquod rescriptum temptauerit, ut transire ei formam liceat statutorum, tertia patrimonii parte multatus et damnatus ambitus crimine maneat infamis.* DAT. VII KAL. AVG. HERACLEAE RICOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 384

---

*Br. (NMG) et ad c.* 7 *Consultatio* 8, 7: *c.* 5a. 7a *supplet Iust.* 1, 19, 3. 5: *c.* 8a *suppl. Iust.* 1, 16, 1

1) nec praescriptionis ... supplicetur *om. Iust.* 2) *Consultatio* 8, 7 3) *requiritur* imp. Constantius: *fieri tamen potest, ut alia Constantii constitutio a Wisigothis recisa sit* 4) *fuit* praefecti urbi (*Mommsen*) 5) pp. ? 6) *Iust.* 1, 19, 4 7) impretata ... adspexit] promulgantur, non aliter ualeant, nisi fideiussio idonea super solutione debiti praebeatur *Iust.*

---

1 praescriptiones N, rescriptionis (rescipt. G[a]) G peremptoria G petatur *ante* 6 nec praescr. G edictum] ed. sublimium G supplicitus N[a] 2 iul. *Iust.* (*Hal.*) niciae *NM* 10 a. *post* companiae N barbarum *om. Iust.* consularem] pc. M 11 negotium N[a] 12 zenofilo] signifilo G (*cf. ad u.* 14) 14 ualebit] ual. dalmatio et zenoni filio G 15 idem] imp. constantinus *Consult.* a. *om.* N ppo.] ppo. ag. N, ppo. ad locum *Consult, qua formula auctor uti solet in constitutionibus, quarum particulam tantum refert* 16 mediolanu G, mediol. N, *om. M Consult.* constantino *MG Consult.*, const. N VIII] N, VII *M Consult.*, sexto G 17 caes.] A, *om. NMG. Consult.* 24 imppp.] impres. idem N, *om.* G[a] floro ppo. *om.* M[1] 25 causam M rescindntur M[a], recendantur (-tūr *Mo.*) N perurguendis G 26 pudore] pondere G non] num N quod N[b]G 27 quod G cum uenerit aspexerint G anthemio et sagrio G 28 uu. cc. *om. MG*

8b IDEM AAA. AD NICETIVM PRAEF. ANNONAE. *Sacrilegii instar est diuinis super quibuscumque administrationibus uel dignitatibus promulgandis obuiare beneficiis.* DAT. KAL. FEBR. MEDIOLANI ARCADIO A. ET BAVTONE CONSS. a. 385

9 [1]) IDEM AAA. AD PRINCIPIVM PPO. In fraudem annonariae rei ac deuotionis publicae elicitum damnabili obreptione rescriptum manifestum est uires non posse sortiri. Circa omnes igitur par atque aequalis inlationis forma teneatur. DAT. VIII KAL. OCT. AQVILEIAE ARCADIO A. I ET BAVTONE VC. CONSS. a. 385

INTERPRETATIO. Si quis principis beneficio impetrauerit, ut cum reliquis possessoribus tributa non soluat, haec impetratio penitus non ualebit: circa omnes enim possessores leges aequalem inlationis formam seruare praecipiunt.

9a [IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .]

10 [2]) IDEM AA. REMIGIO PF. AVG(VSTALI). Dubium non est contestationem intellegi etiam, si nostrae fuerint tranquillitati preces oblatae, easque aduersus heredem quoque eius in quem
1 porrectae sunt, uel ab herede eius, qui meruerit exerceri. Nam sicut ex causis numerosis etiam haec actio transmittitur ad heredem, quae testatori conpetisse monstratur, et e diuerso definitione iuris consultorum omnium consona responsione firmatur ab herede actionem non incipere, quae non conpetierit testatori. DAT. XIII KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. IIII ET HONORIO A. III CONSS. a. 396

INTERPRETATIO. Si quis principi de negotio suo preces obtulerit, litem contestatus esse cognoscitur. Et si defunctus fuerit is qui preces obtulerit, uel is contra quem obtulit, actio et heredibus defuncti et contra heredes pulsati salua permaneat, quia causa actione contestata, ea, quae conpetebat defuncto, conpetit et heredi. Si uero auctor quolibet ordine repetitionem suam praesens non publicauerit, heres eius, unde auctor actionem non proposuit, agere prohibetur.

11 [3]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. [4]) EVTYCHIANO PPO. Rescripta ad consultationem emissa uel emittenda in futurum his tantum negotiis opitulentur, quibus effusa docebuntur. ET CETERA. DAT. VIII ID. DEC. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

11a [5]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ISIDORO PV. *Vniuersis simul hanc obseruantiam remittimus, ut, a quocumque liberae condicionis constituto uel seruo supplicante impetratum fuerit rescriptum, minime requiratur, per quem preces oblatae sunt.* DAT. II NON. SEPT. CONSTANTINOPOLI VARANE CONS. a. 410

*Br. (NMG: om.* 2, 9. 11): *c.* 8b *supplet Iust.* 1, 23, 5: *c.* 9 *ex codice Pithoeano suppleuit Cuiacii editio* 1566, *eandem ex eodem codice Pithoeus exscripsit ad marginem edit. Sichardianae (hodie Paris. F* 4): *subscriptio et interpretatio extant in codice Leidensi Vossiano* 47: 2, 11. 12 *restitutae sunt ex Appendice* 1, 24. 25 (*E Ottob.* 2225 *Montispessulano* 84 *Paris.* 4419 *et Paris. n. a.* 1631): *c.* 11a *suppl. Iust.* 1, 19, 6

1) = 11, 1, 20: *fortasse iungenda est* 5, 22, 1 (ad Licinium pp. . . . dat. XVIII k.) *uel* 8, 7, 16 (d. XIIII k. Oct.) 2) *pr.* = *Iust.* 1, 20, 1: *iunge* 3, 1, 7 3) *iungenda fortasse* 15, 1, 40 (d. id. Dec.) 4) idem AA. *scr.* 5) *iunge* 8, 17, 2. 3

1 nicetium] *Iust.* (*SC*), nicentium *Iust.* (*R*), uincentium *Iust.* (*P*), uicentium *Iust.* (*L*) 4 idem] impp. ualentinianus theodosius et arcadius *Pithoeus* ad principium] *Pithoeus cum* 11, 1, 20, principio *Cuiacius* 5 illicitum *Pithoeus* obreptione] *Pithoeus cum* 11, 1, 20 (*V*), subreptione *Cuiacius cum Iust.* 10, 16, 7 (= 11, 1, 20) uires non posse sortiri] 11, 1, 20 (*V cum Iust. KtOI*), iure non posse uires sortiri *Cuiacius cum Iust.* (*ObIbHal.*), non posse a possessore teneri *Pithoeus* 6 collationis *Pithoeus* 7 a. I *om. Pithoeus et Leid.* uc. *om.* 11, 1, 20 11 *constitutionem Arcadii et Honorii hoc loco desiderari ex inscriptione c.* 10 *colligitur* 12 idem] impp. arcadius et honorius *Iust.* aa. *om. N.* (*u. i.*) remegio *NG* pf.] *M*, po. *NG* augustali] aug. idem auggg. *N* 13 nostra *Gt* tranquillitate *NGt* prece sublatae *N* in quem . . . 14 eius *om. M*1 15 quae] qua *G* (*sic*) 16 defensione iuris *N*, iuris definitione *G* consolatorum *N* firm*tur *M*1, ***exstimatur *G* ab heredede *N*, ad heredem *Ga* 17 inceperit *N* XIII] *NM*, XII *Iust.* (*Hal. LD*), tertio *G cum* 3, 1, 7 arc.] gosd'* *G* 18 a. (a. ** *Ga*) quarto et (et *del. Gb*) duobus *G* 19 obtulerit *N* 25 honorius] theod. *E Paris. n. a.* 1631, thed. *Par.* 4419 consulationem *Montisp.*, consolationem *Ott. Par.* 4419 26 missa *Par. n. a.* 1631 uel mittenda *Ottob. Montisp.*, *om. Par. n. a.* 1631 in] si *Epor. Par. n. a.* 1631, nisi in *Par.* 4419 27 VIII] VII *Ottob. Montisp.*, prid. *Par. n. a.* 1631 id.] kal. id. *Ottob.*



12 [1]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PPO. POST ALIA. Nulli habetur ambiguum etiam ab heredibus et pro heredibus posse scripta nostri numinis allegari nec excludi temporibus nec aboleri casibus inpetratum. ET CETERA. DAT. XIII KAL. MART. RAVENNA POST CONSVLATVM HONORII VIIII ET THEODOSII V AA. a. 413

13 [2]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM. *Rescripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus praecipimus refutari, nisi forte aliquid est, quod non laedat alium et prosit petenti uel crimen supplicanti indulgeat.* DAT. VIII ID. NOV. RAVENNAE THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

14 [2]) IDEM AA. AD SENATVM. *Et si legibus consentaneum sacrum oraculum mendax precator attulerit, careat penitus impetratis et, si nimia mentientis inuenitur improbitas, etiam seueritati subiaceat iudicantis.* DAT. VIII ID. NOV. RAVENNAE THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

15 IDEM AA. FLORENTIO PP. *Instrumentorum exempla non prosit precibus adiunxisse, sed necesse sit eorum in supplicatione uim exprimi, ut responsuro principi uera precatio rem aperiat cognoscendam, solis, cum necessitas exegerit, uerbis precibus inserendis, quorum de sensu inter partes ita dubitari contigerit, ut etiam merito nostrum expectetur iudicium.* DAT. VI KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI FLORENTIO ET DIONYSIO CONSS. a. 429

## III DE MANDATIS PRINCIPVM [3])

1 [4]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD EVSIGNIVM PROC(ONSVLEM) AFRICAE. Si quis adserat cum mandatis nostris se uenire secretis, omnes sciant nemini quicquam, nisi quod scriptis probauerit, esse credendum, nec ulius dignitate terreri, siue ille tribuni siue notarii siue comitis praeferat potestatem [5]), sed sacras nostras litteras esse quaerendas. DAT. XVI KAL. IVL. VERONAE. ACCEPTA PRID. KAL. AVG. MEROBAVDE ITERVM ET SATVRNINO CONSS. a. 383

INTERPRETATIO. Si quis asserat cum mandatis dominorum se uenire secretis, omnes sciant nemini quicquam, nisi quod scriptis probauerit, esse credendum, nec ullius dignitate terreri, sed in omnibus scriptis principis esse credendum.

## IIII DE RESPONSIS PRVDENTIVM [6])

1 [7]) IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM PV. Perpetuas prudentium contentiones eruere cupientes Vlpiani ac Pauli in Papinianum notas, qui dum ingenii laudem sectantur, non tam

2, 12 *ex Appendice* 1, 25 [*cf.* p. 18] 2, 13. 15 *supplet Iust.* 1, 19, 13, *c.* 14 *Iust.* 1, 22, 5]: *ad* 3 *Br.* 4 *r.* 3 (*NMG*): *ad* 4, 1. 2 *A*

1) *iunge* 2, 19, 6. 8, 17, 4. *Iust.* 6, 23, 19 2) *de iungendis cf. ad* 1, 4, 3 3) *Iust.* 1, 15 4) *Iust.* 1, 15, 1 5) dignitatem *Iust.* 6) *cf. Iust.* 1, 17 7) *iunge* 9, 43, 1

1 habituram ambiguum *Ottob. Par.* 4409 2 nostre *Par.* 4419a nominis *libri* adligari *Montisp.*, alligari *Ottob.* 3 casibus] cui sibi *Par.* 4419 XIII] *E Par. n. a.* 1631 *cum* 8, 17, 4, XVI *Ottob. Par.* 4419 *cum* 2, 19, 6, XII *Iust.* 6, 23, 19 4 post cons.] *Par.* 4419 *Par. n. a.* 1631, pp. *Ottob. Montisp.*, ppo. *E* honoris *Montisp. Par.* 4419, honorio *Ott.* VIIII] VIII *Ottob. Montisp.* V aa.] a. V cons. *uel* aa. cons. *Par.* 4419, aa. conss. *E Par. n. a.* 1631 18 *rubricam om. Ga* 19 aaa.] augg. *N* eusenium *G* proc. afr.] pp. *Iust.* 20 commendatis *N* uenisse *Iust.* 21 praescriptis *G* probauerint *G* credum *Ga* siue . . . 21 terreri *om. M* illi *N* 22 proferat *Iust.* quaerendas] *N Iust.*, credendas *G* (*cf. u.* 26 credendum) 23 dat. . . . 24 conss.] dat. VII kl. mai. constantinop. antonio et syagrio conss. (= *a.* 382) *Vat. reg.* 1128 (*ex c.* 1, 2, 8?) XVI] *N Iust.*, quarto decimo *G* uerona *A*, ueroniae *N*, uerone uerorinae *N teste Mo.*, rome *G*, heracleae *Iust.* (*Hal.*) saturnido *G* 28 prudentum *G* 29 a.] a. g. *A* pu.] ppm. *A* erpetuas *A* 30 papianum *A* ingenti *A* sectatur *A*

corrigere eum quam deprauare maluerunt, aboleri praecipimus. DATA IIII KAL. OCT. *CRISPO II ET CONSTANTINO CONSS.* a. 321

2 IDEM A. AD MAXIMVM PPO. *V*niuersa, quae scriptura Pauli continentur, recepta auctoritate firmanda sunt et omni ueneratione celebranda. Ideoque sententiarum libros plenissima luce et perfectissima elocutione et iustissima iuris ratione succinctos in iudiciis prolatos ualere minime dubitatur. DATA V KAL. OCT.[2]) TREVERIS CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS. a. 327

3 [1]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM VRBIS ROMAE. POST ALIA.
Papiniani Pauli Gai Vlpiani atque Modestini scripta uniuersa firmamus ita, ut Gaium quae
Paulum Vlpianum et ceteros comitetur auctoritas, lectionesque ex omni eius corpere reci-
1 tentur. Eorum quoque scientiam, quorum tractatus atque sententias praedicti omnes suis
operibus miscuerunt, ratam esse censemus, ut Scaeuolae Sabini Iuliani atque Marcelli omni-
umque quos illi celebrarunt, si tamen eorum libri propter antiquitatis incertum codicum col-
2 latione firmentur. Vbi autem diuersae sententiae proferuntur, potior numerus uincat auctorum,
uel si numerus aequalis sit, eius partis praecedat auctoritas, in qua excellentis ingenii uir
3 Papinianus emineat, qui ut singulos uincit, ita cedit duobus. Notas etiam Pauli atque Vl-
4 piani in Papiniani corpus factas, sicut dudum statutum est, praecipimus infirmari. Vbi autem
pares eorum sententiae recitantur, quorum par censetur auctoritas, quos sequi debeat, eligat
5 moderatio iudicantis. Pauli quoque sententias semper ualere praecipimus. ET CETERA. DAT.
VIII ID. NOV. RAVENNA DD. NN. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO ITERVM AA. CONSS. a. 426

INTERPRETATIO. Haec lex ostendit, quorum iuris conditorum sententiae ualeant, hoc
est Papiniani, Pauli, Gai, Vlpiani, Modestini, Scaeuolae, Sabini, Iuliani atque Marcelli: quo-
1 rum si fuerint prolatae diuersae sententiae, ubi maior numerus unum senserit, uincat. Quod
si forsitan aequalis numerus in utraque parte sit, eius partis praecedat auctoritas, in qua
Papinianus cum aequali numero senserit: quia ut singulos Papinianus uincit, ita cedit duobus.
Scaeuola, Sabinus, Iulianus atque Marcellus in suis corporibus non inueniuntur, sed in prae-
2 fatorum opere tenentur inserti. Gregorianum uero et Hermogenianum ideo lex ista praeteriit,
quia suis auctoritatibus confirmantur ex lege priore sub titulo de constitutionibus principum
3 et edictis. Sed ex his omnibus iuris consultoribus, ex Gregoriano, Hermogeniano, Gaio,
Papiniano et Paulo, quae necessaria causis praesentium temporum uidebantur, elegimus.

## V [2]) DE OFFICIO PRAEFECTORVM PRAETORIO [3])

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD CONSTANTIVM *PPO.* *E*dicto omnes prouinciales monemus, ut, si interpellantes proprios praesides contempti fuerint, grauitatem tuam interpellent, ut, si id [3]) culpa uel neglegentia praesidum admissum esse constiterit, ilico ad sci*enti*am nostram referat

*A ad* 4, 1. 2. 5, 1: *Br* (*NMG*) *ad* 4, 3

[1]) *iunge* 1, 1, 4a. 4b (*Iust.* 1, 14, 3. 2. 1, 2, 13. 14 (*Iust.* 1, 19, 7. 1, 22, 5), *cf. etiam ad* 4, 1, 3
[2]) *hunc titulum integrum esse inde colligitur, quod c.* 11–14 *numeros tuetur T et post c.* 14 *in T uersus scriptura uacans finem tituli indicat* [3]) quid? [4]) *cf. Iust* 1, 26

1 corgere *A* praecipemus *A* III] XVIII *uel* XVII *uel* XVI 9, 4, 1 3 crispo ... conss.] et constantino consul. et crispo *A* 3 niuersa *A* 6 treuerunt constantio *A* 7 et *om. N* aa.] aug. *N* 8 papiani *N* quae] atque *G* 9 ceteros] *G*, ceteris *N*, cunctos *M* lectionisque *G* corpore] *NG*, opere *M* 10 scientia *G* 11 opibus *M* censuimus *G*, concessimus *N* scebulae *N* marcellini *N* 12 illic *N* antiquitates *N* incertem $N^a$, insertum $N^b$ conlationem *N* 13 potius *NG* partes $N^a$ secedat *G* 14 scelentis *N* ingeniis $N^a$ 15 papianus *N* secedat *G* inmineat *G*, et eminianus *N* singulus $N^aM$, singulis $G^a$ cedet *N* notas etiam] nota *N* 16 papiani *N* statumtum *N* praecimus *M* 17 pares *om. M* prasentiae $M^1$, praesentiae $M^2$ cessetur $G^a$ quos[ quod *G* debeant *G* 18 iudicantes $N^a$ praecepimus $N^a$ 19 VIII] *N cum iungendis*, VII *MS*, sexto *G* id.] kl. *N* rau. *G*, ran. *N*. *om M* dd. nn. *om. G* XII] XI *N*, aug. septimo *G*, *om. M* II] item *N*, secundo *G* aa. (aug. *N*), conss.] conposita] *G* 24 ita et *G* 30 praef. praetorio] (-rii *G*) praefectoris *index N* 31 imp. const. *bis A* ad constantinum pu. *A* dicto *A* 33 scienciencie $A^a$, sciencienciam $A^b$



grauitas tua, quo possint congrue coerceri. DATA IIII KAL. SEPT.[1]) ANTIOCHIAE PAVLINO ET IVLIANO CONSS. a. 325

2 IDEM A. AD. MAXIMVM PPO. Qui de statutis praesidalibus conqueruntur, cum ea in detrimen*tum* legum prolata arbitrantur, ad tuae auctoritatis iudicium peruenire faciant, ut *fractis* atque conuulsis, quae perperam inpressa [2]) sunt, ne nomen quidem sententiae possint retinere. DATA XII KAL. FEB. CONSTANT*I*O ET MAXIMO CONSS. a. 327

3 [3]) IDEM A. AD BASSVM PPO. Super his, qui a praeside uel a quolibet alio iudice sententiam dictam infirmari deposcunt, sub eo fine sublimitatis tuae succedat examen, ut, si internis negotii usquequaque decursis ex euidenti claruerit sententiam a iure iustitiaque discedere, ea penitus explosa controuersia de aequitate terminum capiat. Quod si consentanea sit legibus iam prompta sententia, eius pronuntiationis inprobus oppugnator, si patrimonio circumfluit, biennio in insulam relegatione plectatur, eiusque bonorum media portio fiscalibus conpendiis addicta cedat: Quod si agrestis uitae sit aut egentis, ad biennii tempus in metallum detrudendus est. Quam legem in annotationibus quoque nostris de iterando post sententiam iudicio custodire debebis. DAT. XV KAL. NOV. BASSO ET ABLAVIO CONSS. a. 331

INTERPRETATIO. Quicumque causa dicta discussoque negotio a quocumque fuerit superatus et hanc ipsam litem postea reparare temptauerit, si pro ipso, qui ante addictus est, fuerit legibus lata sententia, prius iudicium non ualebit. Nam si et apud alium iudicem fuerit superatus, si digna idoneaque persona est, biennio in exili*um* deputetur et mediam facultatum suarum fiscus acquirat. Si uero indigna et pauperior persona est, in metallum biennio deputetur.

4 IMP. CONSTANT*I*VS A. AD LEONTIVM PPO. Moneantur iudices, qui prouocationes uitantes sub praetextu relationis differunt causas ciuiles, coepta negotia terminare, ut, si quis appellandum crediderit, in auditorio sacro aput auctoritatem tuam uel eos qui de appellationibus iudicant negotium audiatur. DAT. III KAL. AVG. CONSTANTIO A. III ET CONSTANTE II CONSS. a. 342

5 IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA.[4]) AD TAVRVM PPO. Inter cetera solita perpetrari plerique diuidere arbitrio suo annonarias species deteguntur, quod nulli omnino fas est praeter sublime fastigium praefecturae. Nullus igitur iudex sine auctoritate tua in speciebus annonariis erogandis habe*a*t facultatem. DAT. XV KAL. AVG. MED(IOLANO) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS. a. 355

6 [5]) [*IDEM*] A. MVSONIANO PPO. Nullum patimur praefectorum in alien*a* dio*e*cesi emolumenta annonaria erogare. DAT. VII ID. IVN.[6]) HAERBILLO DATIANO ET CEREALE CONSS. a. 358

7 [7]) IDEM *A*. MVSONIANO PPO. Citra nostra praecepta nulli annonas cognoscas esse praebendas. DAT. IIII ID. IVN. MED(IOLANO) [8]) INDICTIONE XV. a. 357

*A ad c.* 5. 7: *Br* (*NMG*) *ad c.* 3: *T* (*incipit u.* 22)

[1]) *aut* pp IIII k. Sept. *aut* dat. IIII k. Sept. .... pp. ... scr. [2]) expressa ?
[3]) *hanc constitutionem cohaesisse cum* 1, 16, 6. 7. 2, 1, 1b (*Iust.* 3, 13, 4). 2, 26, 3. 3, 30, 4. 4, 5, 1. 11, 34, 1 (ad uniuersos prouinciales ... dat. k. Aug. pp. k. Sept. Constantinopoli Basso et Ablauio conss.) *recte iudicauit Gothofredus* [4]) *requiritur* idem A [5]) *iunge c.* 6 *et* 7: *ad aliam fortasse eiusdem constitutionis partem spectat* 13, 5, 14 *pr.* [6]) Iul. *Mommsen*
[7]) hanc *ins.*? [8]) *locus et annus ad. c.* 6 *emendandi sunt*

1 setb. $A^b$, octb. $A^a$ 3 detrimento *A* 4 fractis] *Clossius*, factatis *A* 5 perperperam *A* 6 constantino (constantio *teste Clossio p.* 175?) *A* 7 idem[ *A*, imp. constantinus *Br*. ppo.] ppu. *G* qui] quae *G* 8 succedant $G^a$ 9 internis] inter *G* negocia $G^b$, *inc.* $G^a$ sententiam a iure], sententia maiore *M*, sententia a (*** $G^1$) iure *NG* 11 iam prompta] *** prouida iam (in $G^t$) in prompta *G* pronuntiationes *N* oppugnatur $M^a$, adpugnatur *N* circumfluet *G* 13 uita *N* aegentes *N* ad] a *M* in] ad *N* 14 detrudendus] $M^b$, detr****us $M^a$, retrudendus *N*, detrahendus *G*, sententia *N* 15 debis $N^a$, debes $N^b$ XV] *N*, XIII *M*, sexto *G* ablauio] albino *G* 17 antea *NG* 19 exilio *NMG* medietatem *G* 22 constantinus *TA* 24 II] II aa. *T*, *om. A* 25 constantius] constantn. *A* perpetari $T^a$ 27 fastidium $T^a$ 28 habeant *T* XII *A* 30 a.] aa. *T* nullam $T^a$ alienan *T* dihocessi $T^b$, dihocesisi $T^a$ 31 haerbillo] *cf. Nissen Ital. Landeskunde* 2, 392 32 aa. *T*, aug. *A* musiniano praeposito itra *A* praecepta *om. A* IIII] *T*, III *A*, VII *c.* 6 iun.] ianurii *A*

8 IMPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD MARIANVM PV. Ex eorum corpore atque ordine, qui sacris cognitionibus praesunt propriamque adparitionem hanc potissimum sustinent, ut speciali officio eminentiae tuae iudiciis obsecundent, cum interposita in aliis iudiciis prouocatione definiendi negotii suscipiant curam, eos, qui ad proximatum perueniunt uel militiae ordine uel exercitationis merito, deligere debebis, submotis ceteris, quos extra sortem positos et aliunde uenientes secreto ordini non oportet adiungi. DAT. VII ID. MART. VALENTE VI ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 378

9 [1]) IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. TATIANO PPO. Si quos iudices corpore marcentes et neglegentes, desidiae somniis oscitantes, si quos seruilis furti auiditate degeneres uel similium uitiorum labe sublimitas tua reppererit inuolutos, in eos uindictam publicae ultionis exaggeret et amotis uicarios subroget, ut ad [2]) nostrae mansuetudinis scientiam non crimina, sed uindicta referatur. DAT. VI NON. MART. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS. a. 389

10 [3]) IDEM [4]) AAA. ADDEO COM(ITI) ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE. De ordinario iudice semper inlustris est cognitio praefecturae, licet militari uiro ab eo facta fuerit iniuria. DAT. PRID. ID IAN. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

11 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. VINCENTIO PPO. Omnes, qui prouincias regunt, reliqua sui temporis deposita administratione conpellant: possessores uero, quos ad inplendas necessitates nulla potest uerecundia conmouere, conuenti intra annum trina uice, nisi omnes inpleuerint functiones, duplatum debitum per officium magnificentiae tuae inpleant. DAT. III ID. FEB. MED(IOLANO) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

12 [5]) IDEM AA. MESSALAE PPO. Per omnes prouincias dioeceseos tuae per Africam largitionalium titulorum comitum subm[o]tis dispositionibus magnificentiae tuae huius tituli curam necessitatemque permittimus amotis palatinis omn[i]bus. Sciant itaque omnes uicarii uel ordinarii iudices, ad se, si d[is]simulata fuerit exactio, culpam esse referendam. DAT. V ID. OCT. THEODORO VC. CONS.[6]) a. 399

13 [7]) IDEM AA. MESSALAE PPO. Iam dudum e prouinciis arceri iussimus palatinos, cum omnis exactio ad diligentiam magnificentiae tuae et uirorum spectabilium uicariorum nec non et ordinariorum iudicum sollicitudinem debeat pertinere: et nunc eadem confirmantes decer-

*T A(om. c.* 12)

[1]) *Iust.* 1, 26, 3 [2]) Si q. i. uel propter aduersam et longinquam corporis ualetudinem uel propter neglegentiam aut furtum uel simile aliquod uitium sublimitas tua inutiles esse reppererit, his ab administratione remotis et uice eorum aliis subrogatis furibusque poenis legitimis subactis ad *Iust.* [3]) *Iust.* 1, 26, 4: *gemina* 1, 7, 2 [4]) *sic etiam Iust.: requiritur* imppp. Theodosius Arcadius et Honorius 1, 7, 2 [5]) *iunge* 1, 12, 7. 1, 20, 1 (*Iust.* 12, 58, 2) 11, 7, 15. 14, 15, 6 [6]) d. III (*uel* IIII) k. Oct. Altino Theodoro uc. cons. *iungendae* [7]) § 1 = *Iust.* 11, 74, 2: *iunge* 2, 14, 1. 8, 5, 59?, 60. 10, 3, 5. 11, 26, 2

1 imp. ualens et gracianus aa. *A* marinum $T^b$*A*, marium $T^a$ pu.] *T*, ppm. *A* 2 apparacionem *A*, [a]dparionem $T^a$ 3 obsecundet *T* iudicibus *A* 6 non] *sic T* (*in apographo errore omissum*) VIII *A* ualente VI (*sic uel* [*] II *T*) 7 et *om. A* aa. *om. A* 8 imp. *A* titiano *A* si] hi *A* quod $T^a$ 9 torpore $T^b$ et neglegentes *om. A* desideae $T^a$ somnii suscitantes *TA* seruiles ad furti auiditatem *A* detegeneres $T^a$ labe] leuel similium uitiorum leues $T^a$ 10 repperit *T* inuolutus sin eos $T^a$ exaggere certis motis $T^a$ 11 magnitudinis *A* scientia $T^a$ 12 VI] VII *Iust.* (*Hal.*) marcii *A* 14 aaa.] a. *A* comen *A* militum *A* de] e *A* ordinarios iudices $T^a$, ordinariis iudicibus *A* 15 cognocio $A^a$ iuria *A* 16 prid. *om. A* ianuarii constantino. p. thed. aa. III *A* 17 honorius] theod. *A* reliquas *T* 18 inpendas $T^a$ 19 potest] posse $T^a$ conuenit *A* contra $A^a$ uicen $T^a$ 20 magnif. tuae *om. A* inpleunt $T^a$ III] *A*, III *uel* III[I] *T* 21 euticiano *TA* 22 dioceseos $T^b$, diocereor $T^a$ tuae] *sic uel* tuae [—] *T*: tuae [ut] *Vesme propter* 1, 15, 9. 10. 14 25 si *om.* $T^a$ V *uel* VII *uel* VI[*] *T* 26 conss. *T* 27 id. a. ad messalam *A* e] me $T^a$, ex *A* prouincii (*non* prouincū) saceri *A* palatinis cum omni $T^a$ 28 magnificentiae tuae] magnificenciāē *A* expectabilium *A* 29 et *om. A*



nimus, ut, si quis palatinus ex officio uiri inlustris comitis sacrarum largitionum per prouincias repertus fuerit, qui exactionem sibi audeat uindicare, ad audientiam u(iri) i(nlustris) comitis sacri aerarii ferro obrutus dirigatur, uel si est idoneus, curiae uindicetur. Eos sane palatinos, qui a u(iro) i(nlustri) comite rei priuatae cum publicis litteris destinantur ad commonitionem iudicis, quo facilius ex praediis rei nostrae conferantur debitae pensiones, cum summa degere praecipimus disciplina: de quorum nominibus, si temere uersati fuerint, ad sublimitatem tuam referri per ordinarios iudices oportebit, ut in eos seuerissime uindicetur. DAT. V KAL. DEC. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

14 [1]) IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. ANTHEMIO PPO. Si qui posthac uelut indebitis oneribus grauati ad preces crediderint conuolandum, siue de nauiculariis rationibus siue de transuectionibus siue de lustralis auri argentiue conlatione [2]), de omnibus his adque huiusmodi ordinationibus rescribta, quae emitti [3]) contigerit, ad sedem sublimitatis tuae rescribantur. DAT. VII ID. DEC. CONSTANTINOPOLI STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS. a. 405

## VI DE OFFICIO PRAEFECTI VRBIS [4])

1 [5]) IMP. CONSTANTIVS A. AD SENATVM. [C]um appellatio interposita fuerit per Bithyniam [6]) Lydiam Hellespontum, insulas etiam ac Phrygiam salutarem, Europam ac Rhodopam et Haemimontum, praefecturae urbi iudicium sacrum appellator obseruet. DAT. V NON. MAI [7]) TAVRO ET FLORENTIO CONSS. a. 361

2 [8]) IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM PV. Sacrae definitionis ius magnificentiae tuae detulimus, cum ab urbis Romae uicario interposita prouocatio nostrae cognitionis opperiri uidebitur dignitatem. DAT. VI ID. IVN. MED(IOLANO) [9]) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

3 IDEM. AA. SEVERO VIC(ARIO) VRBIS. [S]i quando prouocatio interposita aduersus sententias uicariae potestatis nostrae cognitionis uideatur arbitrium opperiri, nulla itineris fatigatione laedatur, sed uir magnificus *praefectus urbi* rite sollemnibus ordinatis uicem nostram sustinens sacrae disceptationis arbitrium suscepto litis ex*amine* terminabit. DAT. SEXTO KAL. IVL. CONSTANTINOPOLI [10]) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364 (365?)

4 [11]) IDEM AA. AD SYMMACHVM PV. Si quis [12]) sacer ac uenerabilis populus [13]) deferri aliquibus consideratione uetustatis et gratia postularit, id non ante praebeatur, quam tranquillitatis nostrae fuerit consulta sententia. DAT. VI ID. MART. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

*TA (om. c.* 12)

[1]) *Iust.* 1, 26, 5 [2]) siue de lustralis a. a. conlatione *om. Iust.* [3]) de omnibus ... emitti] rescripta quae de omnibus his atque huiusmodi ordinatione emitti *Iust.* [4]) *Iust.* 1, 28 [5]) *Iust.* 7, 62, 23: *iunge* 1, 29, 1. 6, 4, 12. 13. 7, 8, 1. 11, 1, 7. 11, 15, 1. 11, 23, 1. 12, 1, 48. 13, 1, 3. 15, 1, 7 [6]) Paphlagoniam *ins. Iust., cf. c.* 10 [7]) Gyfyrae *ins. iungendae* [8]) *iunge* 9, 40, 5. 11, 1, 8. 14, 3, 3—6. 14, 6, 2. 14, 15, 1. 14, 22, 1. 15, 1, 12 [9]) Naissi *cum iungendis scr.* [10]) *pro* Constantinopl. (*sic. A*) *fuerit fortasse* post consulatum (p. c. *ex* cp. *ortum*) [11]) *iunge* 10, 1, 9 [12]) quid *Mommsen* [13]) *locus mendosus*

1 inlutris *T* inlustri *A* comiti *A* prouinciarum $T^a$ 2 inlustri *A* 3 derigatur *T* uel] *A*, u[—] *T* idoneus] in eos $T^a$ sane] *T*, uero *A* 4 rei priuatae] *T*, rp. *A*, rerum priuatarum *Iust.* destinatur *T* ad co[m]munitione $T^a$, a commonicionē *A* 5 quod $T^a$ praessisiis $T^a$ rei] rem *T* confertur *T uel* $T^a$ pensionis $T^a$ cum summa degere] *A*, consummandae ger[e]re $T^a$, consummande (*uel*—made) ger[e]re $T^b$ 6 de corum $T^a$ 7 oportet *A* in *om.* $T^a$ uindicet $T^a$ V k.] *iungendae*, V [k.] *T*, k. *A* 9 imppp. ... aaa.] idem aug. et theod. a. *A* ppo.] praeposito *A* 10 ad] o $T^a$ stationibus $T^b$ 11 de *om. Iust.* tr[ans]actionibus $T^a$ adque] absque $T^b$ 13 VIII $T^a$ II *om. T* 14 de ... urbis] *A et index Paris.* 4413 (*cf. Additamentum* I) 15 impp. constantinus a. *A* cum] um *A* 16 et haemimontum] sedem imontum *A* 17 praefecturi urbi * (i?) iudicium *A* 19 pu.] *iungendae*, ppm. *A* 20 uicario] uic. $A^b$, *item ni fallor* $A^a$ prouocatio nostrae] *Hugo*, prouocacione nostra *A* 23 idem a. *A* si] i *A* proucacio *A* 24 potestati *A* cognocionis *A* 25 praef. urbi] pum *A* 26 exanime *A* (*non* $A^a$) 28 aa. ad] a. et *A* 29 praebeatus *A* 30 VII 10, 1, 9 aa.] *om. A*

5 [1] IDEM AA. AD VOLVSIANVM PV. (S)tudentibus nobis statum urbis et rationem annonariam aliquando firmare in animo subiit eiusdem annonae curam non omnibus deferre potestatibus. Ac ne praefectura urbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium annonarium redundasset, eidem praefecturae sollicitudinis ac diligentiae necessitatem mandamus, sed non ita, ut lateat officium *annonariae* praefecturae, sed ut ambae potestates, in quantum sibi est negotii, tueantur [2] annonam, sitque societas muneris ita, ut inferior gradus meritum superioris agnoscat atque *ita* superior potestas se exserat, ut sciat ex ipso nomine, quid praefecto debeatur annonae. DAT. II NON.[3] APRIL. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. II [4] CONSS. a. 365

6 IDEM AA. AD PRAETEXTATVM PV. Illustris sinceritas tua quasi in speculis tuebitur, quemadmodum singul*i*, quibus intra urbem Romam publicum munus iniungimus, credito sibi famulentur officio: et si aliquis indignum administratione se gesserit, referre non differat, *ut* ueritate comperta continuo alium idoneum uel tuae celsitudinis testimonio uel nostro dirigamus arbitrio. DAT. XII KAL. OCT. NOVA MANSIONE VALENTINIANO ET VALENTE AA. II [5] CONSS. a. 368

6a [6] IDEM AA. AD AMPELIVM PV. *Quod promulgatis sanctionibus tua sinceritas perscriptum esse non nescit, etiam ex praecepto nostro competenter obseruet, nec quasdam personas de prouincia existimet auocandas nisi tantummodo suos officiales et homines populares huius almae urbis seditioni obnoxios* [5]. a. 371. 372

7 [6] IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD RVFINVM PV. Suis partibus annonae praefectura moderatur, sed ita, ut ex ueterum more praefecto urbis per publicum
1 incedente honoris eius et loci gratia expensio panis habeatur [7]. Eatenus tamen praefecturam
2 annonae cedere uolumus dignitatis fastigio, ut curandi partibus non cedat. Neque tamen apparitores urbanae praefecturae annonario officio *se* inserant, sed apparitorum aemulatione secreta ministerio suo annonae praefectur*a* fungatur, non ut potentiae subiecta, sed ut negotii sui diligens tantumque se a contemptu uindicans, quantum non pergat in contumeliam supe-
3 rioris. Praefectura autem urbis *cunctis quae* intra urbem sunt antecellat potestatibus, tantum ex omni*um* parte delibans, quantum sine iniuria ac detrimento alieni honoris usurpet. DAT. III ID IVL. VALENTE A. *V* ET VALENTINIANO *IVN*. CONSS. a. 376

8 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD BASSVM PV. Apparitoribus tuis stationes, quas habuere antiquitus, statuimus esse reddendas. Igitur pristino more seruato ad omnes prouincias, quas uel diui Constantini constitutio [8] dederat uel Probus uir illustris permissa sibi a patre nostro potestate reddiderat, praecelsa sinceritas tua principes destinabit: qui sane meminerint nihil morae in his quae primipili nomine res poscuntur [9] esse faciendum. DAT. X KAL. DEC. MED(IOLANO) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

9 [9] IDEM AAA. AD SYMMACHVM PV. Disputari de principali iudicio non oportet: sacrilegii
1 enim instar est dubitare, an is dignus sit, quem elegerit imperator. Si quis igitur iudicum

*A*: c. 6[a] *supplet Iust.* 1, 28, 2

[1]) *Iust.* 1, 28, 1: *iunge* 11, 14, 1 [2]) ciuilem *ins. Iust.* [3]) d. VI id. 11, 14, 1 [4]) II *delet Clossius*: diuo Iouiano et Varroniano conss. (*a.* 364) *ortum ex* post cons. d. I. et V. [5]) *Seeck duce Ammiano* 28, 1 *iungit* 9, 16, 10 dat. VIII id. Dec. Gratiano A. II et Probo conss. (*a.* 371) [6]) § 2 *usque ad* 126, 11 *fungatur* = *Iust.* 12, 58, 1: § 3 = *Iust.* 1, 28, 3 [7]) nomine exposcuntur (*Osann*)? [8]) *non extat* [9]) *pr.* = *Iust.* 9, 29, 2

1 aa.] aug. *A* pu.] *Iust.*, ppm. *A* annonariam rationem *Iust.* 2 subiit] *Iust.*, *om. A* coram *A* 3 ac] hac *A* annonariae] *Iust.*, *om. A* 5 negotii est *Iust.* 6 meritum *bis A* 7 ita] *Iust.*, *om. A* 8 debiatur *A*[a] 10 aa.] a. *A* pu.] *Iust.*, ppum. *A* 11 singulis *A* 12 administracionis gesserit *A* referre] restirre *A*[a] ut] *Clossius, om. A* 14 nouo *A* 19 impp. *A* pu.] pampeium *A*, pp. *Iust.* 23 apparitoribus *A* se] *Iust.*, *om. A* insenant *A*[a] 24 praefectura (-re *A*) fungatur] *A Iust.* (*Hafniensis*), praefecture fungantur *Iust.* (*KOI*) 26 cunctis quae] *Iust.*, qui cunctis *A* 27 omnium] *Iust.*, omnibus *A* 28 III id.] *A*, VI k. *Iust.* (*Hal.*) a. (*om. Iust.*) V et ual. iun.] *Iust.* (*Hal.*), a. III et ual II *A* 29 impp. *A* pu.] pmm. praefectum urbis *A* 30 suis *A*[a] pristino] (*sic nan* pristini) *A* 31 coestituto *A* 35 aaa.] a. *A* pm.] praepositum *A*



fuerit repertus, qui supercilium suum principali aestimet iudicio praeferendum, quinque libras auri eius officium, nisi formam nostrae sanctionis suggesserit, decem ipse fisci uiribus inferre cogatur. DATA V KAL. IAN. MED(IOLANO) [1] POST CONSVLATVM RICOMERIS ET CLEARCHI *VV. CC.* a. 384. 385

10 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS [2] AAA. NEOTERIO PPO. Sacrum iudicium praefecti urbis aeternae paucis [3] dabat reddebatque regionibus: et ideo huic B*ithy*niam atque P*a*phlagoniam nec non Phrygiam salutarem credidimus deputandas, ut appellationes suas ad illud mittant examen illudque expect*e*nt iudicium in sacrae cognitionis euentu. DAT. VLPIANIS AD IVLIANVM. ACCEPTA II ID. AVG. CRAGO. a. 385?

11 [4] IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. CONSVLIBVS PRAETORIBVS TRIBVNIS PLEBIS SENATVI SV*O* SALVTEM DICVNT. POST ALIA: Nihil sibi intra urbem agendum praesumat executio militaris: ac si quid erit forte praeceptum, in no*ti*tiam prius urbanae ueniat praefecturae, quae
1 aut compleat congrua iuri mandata aut contra ius imposita depellat. Itaque decernimus, ut, si quis in priuato negotio aduersus senatorem aut aliquem sacratissimae urbis corporatum, seu qui in urbe larem locauerit, siue trans [5] urbem siue per prouincias, executionem poposcerit militarem, litis, etiam si bona sit, careat euentu: et si quis cuiuslibet honoris aut militiae intra urbem sacratissimam uel in prouinciis etiam in actu publico apparitionem habuerit militarem, et senatorem uel corporatum urbis aeternae seu in urbe seu in prouinciis leui saltem conuentione pulsauerit aut iudex non uindicauerit, in perpetuum honore priuetur, ita ut saluis de urbano foro p*rae*scriptionibus negotia uniuersa dicantur [6] et contra omnem exhibitionis iniuriam non modo senatorem, sed quem*uis* Romanis corporibus insertum leges tueantur.
2 Quod si in his tuendis uir inlustris praefectus urbi neglegentia aut trepidatione defue-
3 rit, careat dignitate, quam nescit tueri. Eos autem, qui armato officio deputati desiderii temeritatem secuti sunt, adflictos supplicio corporali praefecti uigilibus obsequio praefecturae urbanae sententia deputabit, ita ut perpetua eius officii apparitione deu*in*cti mutandae militiae ademptam sibi intellegant potestatem, supplicio maiore retinendi, si quolibet genere ad id quod prohibetur inrepserint. DAT. VIII ID. AVG. RAVENNA*E* ASCLEPIODOTO ET MARI*NI*ANO CONSS. a. 423

12 [7] IMP. THEODOSIVS A. CONSTANTIO PV. Primicerius adiutorum tuae sedis officii per biennium, quod in eodem gradu ex consuetudine priscae ordinationis emeruit, curam insuper personarum usurpatione omni atque ambitione cessante suscipiat: hoc etiam adiecto, ut, si quis ex memorato ordine uel condicionis humanae fine praeuentus uel alia quacumque ratione militiae gradum propriae amisisse monstrabitur, solitae ambitionis iniuria uacante locu*m* is, qui iuxta matriculae ueritatem sequetur, obtineat. DAT. XIII K. IVN. CONSTANTINOPOLI VICTORE VC. CONSS. a. 424

*A*

[1]) acc. . . . *ins.*? [2]) *requiritur* Idem [3]) ius *ins. Osann* [4]) *iunge* 2, 1, 12. 4, 10, 2. 9, 1, 19. 9, 6, 4 [5]) intra *Mommsen* [6]) iudicentur *Mommsen* [7]) *Iust.* 1, 28, 5

1 su*m *A*[a] principilia estimet *A* libras eius auri *A*[a] 3 ian.] *Iust.*, mai. *A* c. r. et clearciuũ. a. consul *A*, ricomere et clearcho coss. *Iust.* (*Hal.*) 5 ppo.] pampeio *A* 6 brthrniam atque pamflagoniam n. n. frigiam *A* 8 expectant *A* cognocionis *A*[a] 9 accepta iiid. a. crago *A* 10 consulibus] c̄ s̄ *A* 11 suos *A* 12 in nocenciam *A* ueniat *uel* ueniit *A*[b], ueneit *A*[a] 15 ulbe *A*[a] 18 ulbis *A*[a] saltem] *A*[b], s*lta *A*[a]? 20 perscriptionibus *A* 21 quemius *A* 25 deuicti *A* 27 rauennam *A* mariano *A* 28 impp. todosius (*non* ted.) *A* pu.] ppm. *A* 29 gradum *A* 32 uacantem locūs is qui iusta *A* 33 sequitur *Iust.*

## VII DE OFFICIO MAGISTRI MILITVM [1]

1 IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. HERMOGENI PPO. De cetero quotiens aliqua necessitas depoposcerit transferri de loco milites ad alium locum, communicato tractatu cum magistro equitum ac peditum id fieri oportebit, ut ad ea loca, quae publica utilitas depoposcerit, transferantur. DAT. V KAL. IVN. SIRMIO EVSEBIO ET HYPATIO CONSS. a. 359

1a IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD EVSIGNIVM PP. *Viri illustres comites et magistri peditum et equitum in prouinciales nullam penitus habeant potestatem nec amplissima praefectura in militares uiros.* a. 386? 387?

2 [2] IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. ADDEO COM(ITI) ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE. Corrector quidem prouinciae Augustamnicae ob inlatam duci contumeliam, ut cum officio suo condemnaretur, meruit: a sede autem sublimitatis tuae usurpari iudicii pars ista non debuit, quia semper de ordinario iudice inlustris est cognitio praefecturae. DATA II ID. IAN. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

3 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. STILICHONI MAGISTRO MILITVM. Sicut clarissimis uiris comitibus et ducibus diuersarum prouinciarum et limitum, ita et uiro spectabili comiti per Africam principes et numerarii ex officio magisteriae potestatis mittantur, sub ea tamen condicione, ut emenso unius anni spatio singuli qui designati sunt intra Africam officio functi et actuum suorum et fidei quem exhibuerint rei publicae reddendam sibi non ambigant rationem. DAT. ID. SEPT. MED(IOLANO) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

4 [3] IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AD HYPATIVM MAGISTRVM MILITVM PER ORIENTEM. Apparitores officii tuae praestantiae [4] ad aliud iudicium trahi ex auctoritate sacrorum rescriptorum [5] minime oportebit, etiamsi quis id a nostra clementia uel exposita *uel* suppressa ueritate meruerit [6]. Sciat igitur illustris magnificentia tua, sub te, siue ciuiliter siue criminaliter appetuntur, eos litigare debere. DAT. ID. DEC. CONSTANTINOPOLI CONSTANTIO ET CONSTANTE *VV. CC.* CONSS. a. 414

## VIII DE OFFICIO QVAESTORIS [7]

1 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. FLORENTIO MAGISTRO MILITVM. Viro illustri quaestore Eustathio suggerente cognouimus per innouationem quorundam a minore laterculo praeposituras fuisse sublatas: quod iam in alteram consuetudinem deriuatam ex integro reuocare noluimus. Quadraginta uero praeposituras minori laterculo pro infra scripta instructione [8] eius restitui praecipimus, ut de scrinio memoriae de cetero emittantur (obseruaturo sublimitatis tuae officio, ut nihil de memorato numero sibi usurpet), quo pro parte habeat inconcussum, quod contra rationem fuerat immutatum. DAT. ID. OCT. CONSTANTINOPOLI HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. SCRIPTA EODEM EXEMPLO SAPRICIO MAGISTRO MILITVM, HELIONI MAGISTRO OFFICIORVM ET EVSTATHIO QVAESTORI. a. 415

*A*: 7, 1a *supplet Iust.* 1, 29, 1

1) *Iust.* 1, 29 2) *iunge* 1, 5, 10 3) *Iust.* 1, 29, 2 4) Apparitores statutos officii tui *Iust.* 5) ex auct. s. r. *om. Iust.* 6) etiamsi ... meruerit *om. Iust.* 7) *Iust.* 1, 30 8) *instructio non extat*

1 de o. m. mil.] *index A et index Paris.* 4413 (*cf. Additamentum I*), *om. A* 2 impp. constantin. a. *A* 11 usurparii *A*[a] 12 cognocio *A* 12 II] prid. 1, 5, 10 14 aa. *om. A* stili coni *A* 20 aa.] a. *A* | ippacium *A* 21 alium *A* 22 uel ex supressa seueritate *A* 24 appetantur *Iust.* constantinopoli] constantino. p. *A*[b], constintino. p. *A*[a] 25 uu. cc.] IIII. c. *A* 26 de off. quaestoris (questorum *index A*)] *A et index Paris.* 4413 (*cf. Additamentum I*), *om. A* 28 eustacio *A* 32 quo] *Wenck*, quod *A* 34 aa. *om A* 35 eustacio *A*



2 [1] IMP. THEODOSIVS A. SALLVSTIO VIRO ILLVSTRI COMITI ET QVAESTORI. [L]aterculi curam totius [2] scias ad tuae sublimitatis sollicitudinem pertinere, ita ut tuo arbitratu ex scrinio memoriae totius minoris laterculi dignitates, hoc est praeposituarae omnes, tribunatus et praefecturae [3] iuxta consuetudinem priscam clementiae meae auctoritate deinceps emittantur. DAT. VII KAL. *MAI.* CONSTANTINOPOLI VICTORE VC. CONS. a. 424

3 [4] IDEM A. HELIONI COMITI ET MAGISTRO OFFICIORVM. Omnes minoris laterculi dignitates, quae sub cura quidem *ac* sollicitudine uiri inlustris quaestoris esse antea uidebantur, postea uero uel uniuersae uel mediae ad magistrorum militum potestatem dispositionemque transierant, placuit nunc clementiae meae uetusti temporis more renouato ad prisca deinceps iura reuocare. DAT. III KAL. MAI. CONSTANTINOPOLI VICTORE VC. CONS. a. 424

## VIIII DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORVM [5]

1 [6] IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. AD AGENTES IN REBVS. Uniuersi, qui indignis natalibus et conuersatione deterrima ad scholam agentium in rebus adspirauerunt uel translati sunt, cognoscente *uiro clarissimo* comite et magistro officiorum uestro consortio secernantur,
1 ut ita uos priuilegiis dudum indultis frui possitis. Ad [7] ducenam etiam et centenam et biarchiam nemo suffragio, sed per laborem [8] unusquisque perueniat usus omnium testimonio [9]: principatum uero adipiscatur matricula decurrente, ita ut ad curas agendas et cursum illi
2 exeant, quos ordo militiae uocat et labor. Adiutor praeterea, in quo totius scholae status et magistri securitas constituta est, omni schola testimonium praebente [10] idoneus probitate morum ac bonis artibus praeditus nostris per magistrum obtutibus offeratur, ut nostro ordinetur *arbitrio*, data omnibus contradicendi licentia, si hanc legem quisquam uiolare temptet [11]. DAT. ET PP. [11] ROMAE IN FORO TRAIANI K. NOV. EVSEBIO ET HYPATIO CONSS. a. 359

2 [12] IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD PRINCIPIVM MAGISTRVM OFFICIORVM. Nefas est a minoribus maiora uel posci uel sperari: ideoque nemo a nobis postulet agentum in rebus aliquem militiae sociari, nisi quem tua acceptio probari debere
1 significat, ita ut petitorem constet loco esse potiorem. Ordinem uero militiae *atque* [13] stipendia nemo praevertat, etiam si nostri numinis per obreptionem detulerit indultum: ac si [14] formam istiusmodi docebitur obtulisse, in locum, ex quo indecenter emerserat, reuertatur, ut is gradu ceteros antecedat, quem stipendia longiora uel labor prolixior fecerit anteire. PP. HADRVMETI VII ID. MART. POST CONSVLATVM ARCADII A. I ET BAVTONIS VC. a. 386 [15]

*A*

1) *Iust.* 1. 30, 1 2) Totius minoris laterculi curam *Iust.* 3) castrorum *ins. Iust.* 4) *Iust.* 1, 30, 2 5) *Iust.* 1, 31 6) *Iust.* 1, 31, 1 : *iungendae* 6, 29, 3—5? 7) priuilegiis ... 20 ad] dudum scholae uestrae indultis integris reseruatis *Iust.* 8) suffragio nisi (nisus *Mommsen*) labore *Iust.* 9) usus o. test. *om. Iust.* 10) omni s. t. praebente *om. Iust.* 11) *aut* dat. ... pp. *scr. aut* dat. et *del* (*u. i.*) 12) *Iust.* 1, 31, 2 13) Nefas ... atque] Nemo agentum in rebus ordinem militiae atque *Iust.* 14) quis *ins. Iust.* 15) *ex consulatus denominatione constitutionem a.* 385 *datam esse colligitur*

1 impp. *A* aterculi *A* 2 ex crinio *A* 4 mittantur *Iust.* 5 VII] VI *Iust.* mai.] *Iust.*, noub. *A* constantino. p̄. uictorae (uictoriae *A*[a]?) *A* 6 minores *A* 7 ac] *Iust.*, *om. A* 8 uero *om. A*[a] (*suppl. m.* 2) 10 uictore uc. cons.] supra scriptis conss. *Iust.* (Hal.) 12 impp. *A* et iul. c. *om. Iust.* agentium] agen*****m *A*[a] 14 uiro clarissimo] *scripsi*, uicarum *A* comem *A* 16 nomo *A* 18 miliciue *A*[a] 19 constuta *A* 20 actibus praedictus *A* arbitrio] *Iust.*, officio arbitrio *A* 21 data et ppo. rome in f. tr. k. noub. *A*, pp. romae in f. tr. *Iust.* (*Russard*), pp. prid. k. dec. 6, 29, 3, dat. prid. k. nou. 6, 29, 5 23 impp. *A* 24 mnoribus *A*[a] *post* militiae *uacuum spatium in A propter membranae uitium* 25 deberi *A* 26 militiae atque] *Iust.*, militiaeque *A* 27 nominis *A* 30 hadrimeti *Iust.*, adrumetu (*non*—tis) *A* marcii *A* cansulatum *A* uc.] uc. čsul. *A*

3 [1]) IMPPP. ARCADIVS *H*ONORIVS ET THEODO*S*IVS AAA. AEMILIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Magnificentia tua matriculam scholae agentum in rebus ex nostra auctoritate tractabit atque perficiet, ut sedula inspectione laboriosi segnibus, praesentes absentibus ac sibi perpetuo uacantibus praeferantur: ii quoque, quos sua uirtus cum nostra munificentia gradibus honorauit siue[2]) dignos effecit, praemiorum sibi delatorum competenti firmitate potiantur, quo secreta ignobili turba multorum industrius quisque et labore non minus quam genere nobilis obsequiis nostris inhaereat. DAT.[3]) KAL. AVG. ANC*Y*RAE STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS. a. 405

## X DE OFFICIO COMITIS SACRARVM LARGITIONVM [4])

1 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS *AAA.* AD SYAGRIVM *PPO.* Palatinos strenuos regionibus singulis attributos iubemus eam in cunctis adhibere sollertiam, ut non modo abire e prouincia non sin*a*tur, qui canonem propriae administrationis exactum certissim*is* nequeat probare documentis, uerum etiam mansuetudinis nostrae instructa cognit*io* eum grauiore uindicta censeat corrigendum. DAT. III NON. IVL. VIMINACIO SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS. a. 381

1a IDEM AAA. LOLLIANO. *Omnem summam auri uel argenti reliquarumque specierum, quae sacris largitionibus ex more penduntur, statim ut exactio fuerit celebrata, ad thesauros uniuscuiusque prouinciae uel ad proximos referri sub obsignatione tabularii ceterorumque, quos sollicitos esse debere praecedentia iussa decreuerant, et thesaurorum praepositis consignari praecipimus, ut exinde ad sacrum comitatum integer omnium titulorum numerus dirigatur.* DAT. XII KAL. AVG. MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383

2 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. TRIFOLIO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. [*P*]alatini monitores frequentissimi ad profligandos largitionales titulos iudicibus ordinariis semper adsistant: deinde si alicuius remissior super hoc fuerit cura detecta, tamdiu unusquisque iudex a palatinis intra prouinciam *a* se administratam peracto iam honore teneatur, quamdiu per eum id quod debitum fuerit exigatur. DAT. VII ID. *APRIL.* CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. ET *B*AVTONE *CONSS.* a. 385

3 [5]) IDEM AAA. AD FLORIANVM[6]) COM. SACRARVM LARGITIO*NVM.* In om*n*ibus causis ita cognitioni iurgiorum operam dabis, ut *extra* ordinem ac sine temporibus recognoscens mature, cum ratio tulerit, ac rursus seuerius[7]), si iustitia persuaserit, definitiuam scias promendam esse sententiam. DAT. V KAL. DEC.[8]) ARCADIO A. I. *ET BAVTONE CONSS.* a. 385

4 [9]) IDEM AAA. SEVERINO COM. SACRARVM LARGIT*IONVM.* Comperimus inconsulto praefecto
urbis ac penitus ignorante raptos ad supplicium mercatores, corporalibus affectos iniuriis,
1 grauis insuper multae acerbitate nudatos. Cum igitur omnia corporatorum genera, quae in
Constantinopolitana urbe[10]) uersantur, uniuersos quoque ciues atque populares praefecturae ur-

*A*: 10, 1[a] *supplet Iust.* 10, 23, 1

[1]) *iunge* 6, 34, 1 [2]) honorauit siue] honoribusue *Mommsen* [3]) x *ins.* 6, 34, 1 [4]) *Iust.* 1, 32 [5]) *iunge* 11, 30, 46. 11, 36, 30: *cf.* 10, 1, 13 [6]) Florentium 11, 30, 49, Florentinum 11, 36, 30 [7]) dat. VII k. Dec. Aquileia 11, 30, 36. 11, 36, 30 [8]) serius (*Vesme*)? [9]) § 1 *usque ad* 28, 1 recognoscas = Iust. 1, 28, 4 [10]) ciuitate *Iust.*

1 impp. *A* hon.] et hon. *A* theodor. *A* 3 sedulai *A*[a] 4 quos *om.* *A*[a] 5 segreta *A* 6 ignobili] *Clossius*, ignorabili *A* 7 ancrre *A* 8 *rubricam tradunt A et index Paris. 4413* (*cf. Additamentum I*) sacre largicionis *Paris.* 9 impp. *A* aaa.] a. *A* ppo.] popetum *A* 10 singulis] *A*[a]?, singulos *A*[b] (*man.* 1) 11 sinantur *A* certissims neque neque adprobare *A* 12 instruta (instricta *Mo.*) cognito *A* 21 impp.] mpr. *A* 22 alatini *A* profligendos *A* 23 demissior *A* 24 a *om.* *A* 25 april.] april. id. a. *A* 26 trautone *A* conss.] consīd' ad florianum. consol'. (*repetita inscriptione c.* 3) *A* 27 idem] dem *A* (*cf. ad u.* 26) largitinominibus causis *A* iurgionum *A* 28 dab' *A* extra] extra opera *A* 30 et b. conss. *om.* *A* 31 largiter *A* 32 mercator** *A*[a]



banae regi moderamine recognoscas: si cuiuspiam fortasse persona*m* fisci flagitabit examen *uel* in aliquem horum similis posthac redundabit inuidia, is non per officium palatinum, sed per appar*i*tionem sedis urbanae cognoscendo negotio praeparatu*s* ad eum cognitorem, *cui* urbs tota subiacet, deducetur, *ut* ab eo possit audiri aut, si necessitas suaserit, ad iudicium tuum te petente transmitti. DAT. XVII KAL. MAI. MEDIOL(ANO) TATIANO ET SYMMACHO CONSS. a. 391

5 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS *A*A. ANTHEMIO *COMITI* SACRARVM LARGITIONVM. [*Q*]uia per neglegentiam iudicantis quidam se perperam queruntur esse deiectos, cunctos, qui in hac iniuria continentur, locis debitis praecipimus reddi debere: illos uero, qui sine commeatu aut sine officii publici necessitate per prouincias deuagantur, tuo examini praesentatos arbitrio celsitudinis tuae condemnatione percelli, deinde militia sententiae tuae, prout uisum tibi fuerit, auctoritate priuari: hos uero, qui hanc secuti militiam cohortalina officia desoluerunt[1]), *a* perperam quaesita militia prohiberi. DAT. VII KAL. SEPT. CONSTANTINOPOLI STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

6 [2]) IDEM *A*A. HADRIANO PPO. In exactionibus largitionalium titulorum iuxta ueterem consuetudinem palatinorum iudicibus incumbat instantia: ad hoc enim tantum uidentur emitti, ut rectoribus uigilante*r* immineant. ET CETERA. DATA III KAL. MART. MED(IOLANO) VI*N*CENTIO ET FRAVITO CONSS. a. 401

7 [3]) IDEM AA. LIMENIO COM. SACRARVM LAR*GI*TIONVM. Obseruandum esse censemus, ut
bini in singulis in*d*ictionibus per singulas prouincias palatini dirigantur, ita ut singularum
librarum auri adiutores per[4]) singulos multa constringat, si legis nostrae definitiones *neglex-*
1 erint uel minus idoneos destinauerint. Quibus haec cura debet esse praecipu*a*, ut, periculo
proprio notariis destinatis, super neglegenti*a* iudicum, si ita res exegerit, conquerantur, ne
2 eorum sit inpunita desidia. Iudices quoque de eorum nominibus referre conuenit, quos com-
2 modis propriis magis quam utilitatibus publicis studere praeuiderint. Breues etiam quadrimenstruos ad officium palatinum nouerint dirigendos, aurumque exactum ad sacras largitiones sine ulla dilatione mittatur[5]). DATA III KAL. MART. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS. a. 401

8 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD VOLVSIANVM PPO. Non amplius quam
semel intra eandem prouinciam quicquam publici muneris palatinus exerceat, sed adiutoris
suggestio gestis expressa teneatur, quae et nomen palatini et ei qui dirigendus[6]) in eandem
1 prouinciam nihil ante commissum euidenter expromat. Quod si aut huiusmodi sollemnitate
neglecta aut repetito actu ad prouinciam missus fuerit palatinus, adiutorem officii et primicerium atque secundicerium triginta librarum auri poena percellat, nec uti licebit his fortasse praestigiis, quod eidem, non eadem tamen, possint gerenda committi: eundem *e*nim palatinum
2 intra eandem prouinciam quicquam publici muneris iterum procurare non licet. Palatini uero scient sibi cum prouincialibus nihil esse commune: iudicibus sane oportebit insistere et, si inter eos breues, quos ad prouinciam deferent, et eos, qui *a* prouinciarum tabulariis proferuntur, fuerit aliqua diuersitas, adscitis sibi in consilium ex prouincia quinque honoratis inter palatinum ac tabularium prouinciae moderator cognoscat et discussa breuium fide accelerari

*A*

[1]) deseruerunt (*Wenck*)? [2]) *iunge Iust.* 10, 16, 11 [3]) § 1—3 = *Iust.* 1, 32, 1 [4]) per *del.* (*Vesme*) [5]) esse mittendum *Iust.* [6]) est *ins. Mommsen*

1 recognoscas] *A*, se (*se om. R*) cognoscant *Iust.* (*CR*), cognoscas *Iust* (*M*) persona *A* uel] ut *A* flagitab' (= flagitabis?) *A*, *cf.* 26. 28 3 appariacionem *A* praeparatur *A* cui] aut *A* 4 ut] aut *A* 5 maii *A* 6 imp. *A* aa.] a. *A* comiti *om.* *A* quia] uia *A* 7 deiectos] de*****iectos (deiectosiectos?) *A*[a] 8 deberi *A* 11 a] ad *A* 14 aa.] a *A* 16 uigilant. *A* uicencio. *A* 18 liminio *A* larcionum *A* 20 constringuat *A* neglexerint] *Clossius*, exigerint *A* 21 praecipua] *Iust.*, praecipue *A* 22 neglegenciam *A* conquiratur *A* ne] *Iust.*, nec *A* 26 mart.] mai. *Iust.* (*Hal.*) uicencio *A* 28 impp.] mp. *A* aa.] a. *A* 30 subiestio *A* (*non A*[b] 32 reptito *A* 34 eonim *A* 36 ad] in *A*[a] 37 a] ad *A* 39 agnoscat *A* haaccelerari *A*

4 exactionem iubebit aut censurae legum ueterum subiacebit. Nouerint sane prouinciarum moderatores nullam prorsus exactionis partem ad palatinum officium pertinere nec umquam his adminicula praebenda: sed nec susceptori quidem aut tabulario prouinciae palatinus incumbet neque a susceptore summam inlatorum *neque* nominatorios breues a tabulario postu-
5 labit, cum haec omnis sollicitudo sit iudicis. Comitibus quoque titulorum, si quando eos ad prouinciam mitti ratio necessitatis exegerit, nulla adminicula de palatino dari iubemus officio, sed sola eis prouincialis apparitio parebit: poena uiginti librarum auri comitem titulorum et officium feriente palatinum, si quis palatinorum cuilibet comiti titulorum fuerit adiunctus. DAT. III KAL. MART. RAVENN(A) FELICE ET TAVRO CONSS. a. 428

## XI DE OFFICIO COMITIS REI PRIVATAE[1]

1a IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD HONORATVM CONSVLAREM BYZACII. *Si quid negotiorum fuerit actitatum, in quibus aliquid commodi fiscalis appareat, ad officium rei priuatae tua grauitas acta transmittat, ut instructione percepta, quid sibimet iuris auxilio debeatur, agnoscat.* DAT. VI KAL. IAN. VALENTINIANO ET VALENTE AA. II CONSS. a. 368

1 [2] IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MINERVIO COM. REI PRIVATAE. Manentibus fideiussorum atque subsignationum meritis, *et* possessoribus in eadem qu*a* nunc habentur conductione durantibus ad palatinorum curam et ad rationalium officia omnium rerum nostrarum et totius perpetuarii [3] iuris exacti*o* reuertatur, nihilque omnino de exactione reddita, hoc est
1 perpetuarii iuris uel [4] sacratissimae domus ad ordinarios iudices pertineat. Meminerint autem officia ordinariorum iudicum non leue fortunis suis imminere dispendium, nisi omnia reliqua praeteriti temporis curauerint exigenda, quae penes conductores ipsorum desidia aut conniventia resederunt. DAT. X KAL. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTI*CO* CONSS. a. 397

2 IDEM AA. FIRMINO COM. S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Diuae memoriae Valentiniano iunior*i* subreptum est, ut ordinariorum iudicum officiis actores seu conductores dominicos conueniendi licentia negaretur: et *id*circo ad rationales priuatae rei exigendorum fiscalium debitorum ex
1 illo tempore cura translata est. Ad hanc tamen inutilem praecepti nouitatem etiam illud adiectum est, ut, si *quid* in rei priuatae nostrae praediis sceleris esset admissum, quod pro sua atrocitate ulcisci potestas nisi ferro accincta non posset, exhibendorum reorum, nisi qui per dominicos deducerentur et defenderentur actores, ordinari*o* iudici copia non pateret. Quod ne deinceps fiat, hac sanctione prohibemus. DAT. VIIII KAL. IV*N*. MED(IOLANO) HONORIO *A*. *VII* ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

3 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. VRSACIO COM. RERVM PRIVATARVM. *Si quis iudicum uir illustris uel praefectus urbi cognitionem comitiuae priuatarum debitam sibimet uindicandam censuerit uel tuitionem contra eiusdem sedis statuta praestiterit, ad quinquaginta librarum auri illationem poenae nomine eius officium teneatur, quam decet in articulo exigi*

*A* : 11, $1_a$ *supplet Iust.* 1, 33, 1: 11, 3 *supplet Iust.* 1, 33, 3

[1]) *Iust.* 1, 33 [2]) 7 ad . . . 18 reuertatur = *Iust.* 1, 33, 2 [3]) hoc est emphyteuticarii *ins. Iust.* [4]) uel *delet Mommsen* [5]) *ex principio hausta est Iust.* 11, 74, 1: *iunge* 11 19, 4: *cohaeret etiam cum* 1, 16, 13 (*Iust.* 10, 19, 6) 2, 1, 11

3 susceptori *A* 4 a] aut $A_a$ summa *A* neque *bis A* 6 dari] dori (*uix* duri) $A_a$ 7 eis] $A^a$, eius $A^b$ 10 *rubricam tradunt index A et index Paris.* 4413 (*cf. Additamentum I*) *et Iust.* 1. 33, *om. A* 15 imp. *A* rei priuatae] ******* $A_a$, rerum priuatarum *Iust.* 16 et] *Clossius*, et ex *A* quam *A* 17 et ad] et *Iust.* 18 iuriis $A^a$ exactio *Iust.*, exaccione reddita hoc est (redd. h. e. *del* $A^b$) *A ex u.* 18 20 officio *A* sui *A* 21 exigenda] in exigenda peccata $A^a$, in exigenda $A^b$ coibencia *A* 22 x *om. Iust.* (*Hal.*) ian.] mr. (me. *Mo.*) ian. $A^a$ atti *A* 23 *inscriptionem in uacuo spatio om. A.*, *supplet Iust.* iunioris *A* 25 icirco *A* 27 si quid] sicut *A* 29 ordinarios *A* 30 prohibemur *A* iun.] 11, 19, 4. 2, 1, 11 *Iust.* 10, 19, 6, iuli *A* a. IIII] XIIII *A* euticiano *A*



*mansuetudinis nostrae aerario sociandam.* DAT. VI ID. AVG. RAVENNAE CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS. a. 414

## [XII] DE OFFICIO PROCONSVLIS ET LEGATI[1]

1 [2] IMP. CONSTANTINVS A. AELIANO PROCONSVLI AFRICAE. Omnes ciuiles causas et praecipue eas, quae fama celebriores sunt, negotia etiam criminalia publice audire debebis, tertia uel ut tardissime quarta uel certe quinta die acta confic*ie*nd*a* iussurus. Quae omnia legati quoque coercitione commoniti obseruabunt. DAT. III KAL. NOV. TREV(IRIS)[3] CONSTANTINO *A. IIII* ET LICINIO IIII CONSS. a. 314. 315

2 [4] IDEM A. AD *PRO*CVLVM. Et publicae disciplinae interest et proconsulari conuenit dignitati, ut publicarum exactionum ceterarumque rerum curam et notitiam ad tuam redigas potest*a*tem, ita ut non officialium instructione et uoce fraudulenta contentus sis, sed ipsorum iudicum curam responsionemque condiscas praefecti annonae et rationalium, si fidelis est ea instructio: ita enim [5] prouincialibus contra iniquas exactiones poterit subueniri. DAT. VII KAL. IAN.[6] CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS. a. 319

3 [7] IDEM A. A*ELIA*NO PROCONSVLI AFRICAE. Legati non solum ciuiles, sed et criminales causas audiant, ita ut, si sententiam in reos ferendam peruiderint, ad proconsules eos transmittere non morentur: ab omnibus enim iudicibus hoc obseruari oportet, ut supputato tempore competenti, quo necessari*a* causae criminalis instructio poterit adhiberi, maturam uel nocens poenam uel absolutionem innocens consequatur. DAT. K. OCT. CONSTANTINO A. ET CONSTANT*INO* CONSS. a. 313 (320?)

4 [8] IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. FLAC*C*IANO PROCONSVL*I* AFRICAE. Officio, quod tuis meritis obsecundat, non curialem quemquam nec plebeia stirpe progenitum [9] uolumus adgregari: ac si qui erunt inter apparitores huiusmodi, restitui eos debitis muniis mox iubemus. Veteranorum filios militare permittimus, ut, lic*et* diuersa condicione, paternam tamen teneant sub cingulo uiliore fortunam. DAT. NON. OCTOB. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. *III* ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

5 [10] IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS A*A*. SIMPLICIO PROCONSVLI ASIAE. Officium Hell*e*sponti consularis aeternae recordationis patrem serenitatis nostrae adiit et expositis suis incommodis, quibus a uicarianis apparitoribus urgebatur, orauit sub tuae sublimitatis agere potestate. Cuius allegationes humanae procliuius pium principem commouerunt [11]. DAT. VIII KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. IIII ET HONORIO A. III CONSS. a. 396

6 [12] IDEM A*A*. VICTORIO PROCONSVLI AFRICAE ET DOMINATORI VICARIO AFRICAE. Apparitioni tuae et legatorum quadringentos de his dumtaxat, quos rei publicae membra non querentur sibi esse detractos, censuimus deputandos, ita ut, si modum hunc quisquam uitio temeritatis

*A* 11, 3 *supplet Iust.* 1, 33, 3

[1]) *Iust.* 1, 35 [2]) *iunge* 8, 10, 1. 9, 34, 2. 10, 15, 1. 11, 1, 2. 11, 7, 1 [3]) dat. VI id. Nou. Treu. acc. XV k. Mart. Carthagine 8, 10, 1 pp. V k. Mart. 9, 34, 2 [4]) *iungenda est* 4, 16, 1, *fortasse etiam* 4, 21, 1 [5]) ita enim, si fidelis est ea instructio *Mommsen* [6]) VIII k. mai. 4, 21, 1 [7]) *usque ad u.* 17 morentur = *Iust.* 1, 35, 1 [8]) *usque ad u.* 18 adgregari = *Iust.* 12, 55, 1 [9]) nec ex ceteris corporibus *Iust.* [10]) *Iust.* 1, 35, 2 [11]) quod et nos obtinere censemus *addit Iust.* [12]) *usque ad u.* 34 deputandos = *Iust.* 12, 55, 2

3 de . . . legati] *index A cum Iust.* 1, 35, *in spacio uacuo om. A* 6 confectendi *A* 8 a. IIII] aa. XIII *A* 9 proproculum *A*? 11 potestem *A* 15 alieno *A* et] etiam *Iust.* 16 prouiderint *Iust.* 17 suppututo $A^a$? 18 necessariae c. criminal' *A*, necessaria c. criminali *Wenck* 20 et const.] et constantancio *A* 21 imp. *A* aaa.] a. *A* flactiano proconsule *A*, ad flauianum proconsulem *Iust.*: flacciano *restituit de Rossi* 23 munii *A* 24 liceat *A* 26 IIII *A* 27 imp. *A* aa.] a. *A* helliponti *A* 30 prodiuius *A* 31 a. III *om. A* 32 aa.] a. *A* 33 de his . . . 34 deputandos] censuimus deput. de his dumt., quos sibi esse detr. rei publ. membra non queruntur *Iust.*

excesserit, quinis libris auri per singulos neglegentia iudicum, denis autem officium sine dilatione
1 multetur. Quisquis igitur uel ex curiis uel ex ceteris corporibus in officio repertus fuerit,
2 origini suae reddatur. Quod si praeter statutum numerum aliqui fuerint, quos ab omni nexu liberos uel curiae uel collegia forte non uindicent, arbitrii *tui* officiique publicas necessitates instruant, ita ut idem circa statutum numerum officii tui permaneat annonarum numerus, qui hucusque seruatus est. DAT. XII K. IVN. MED(IOLANO) HONORIO A. IIII ET *EVTYCHIANO* CONSS. a. 398

7 [1]) IDEM AA. MESSALAE PPO. ET PRAEFECTO ANNONAE [2]). POST ALIA: Antiquam exigendi consuetudinem in omni annonario ac superindicto canone seruandam esse censemus, ut submotis omnibus exactoribus, qui de diuersis officiis extra morem nunc usque directi sunt, officium proconsulare postulet, quod exigere consueuit, nec alienis se partibus inpudenter inserat. ET CETERA. DAT. III KAL. OCTOB. ALTINO THEODORO VC. CONSS. a. 399

8 [3]) IDEM AA. POMPEIANO PROCONSVLI AFRICAE [4]). [*Pr*]auam licentiam iudicum his cancellis seueritatis includimus, ut, si quis proconsulum uicem propriae potestatis in legatum suum uelut ingratus nostro beneficio repraesentauerit, triginta librarum auri inlatione multetur: eademque condemnatione legatus ferietur. Primates quoque officii par poena contineat, nis*i* *et* deferentibus inlicita et ambientibus obuiauerint. DAT. PRIDIE KAL. IAN. MED(IOLANO) STILICHONE ET A*V*RELIANO CONSS. a. 400

## [XIII] DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS [5])

1 [6]) IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PPO. ORIENTIS. In officio comitis Orientis non amplius quam DC apparitores habeantur, quos quidem publicis necessitatibus adeo nouimus abunde suppetere, ut per eos patrimonialium per Orientem possessionum maturetur exactio. DAT. III KAL. IVN. HERACLEAE ARCADIO III ET HONORIO II A*A*. CONSS. a. 394

## [XIIII] DE OFFICIO PRAEFECTI AVGVSTALIS [7])

1 [8]) IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. FLORENTIO PRAEF(ECTO) AV-G(VSTALI). Per Thebaidam atque Augustamnicam prouincias officium tuum et officia iudicum conpetenti*um* omnia tributa exigere suscipere, postremo conpellere iubemus, ita ut, si qui militares possessores in memoratis prouinciis fuerint, *hi* tantum per militare officium exigantur. Iam si qui de prouincialibus nostris ad inferenda quae debent audaces extiterint, ad nostram

*A*

[1]) *inde a. u.* 10 officium = *Iust.* 12, 55, 3: *de iungendis cf. ad* 1, 5, 12 [2]) *uerba* et praef. annonae, *quae recte omittunt Iust. et leges iungendae, ex initio constitutionis integrae, quae fortasse praestat Iust.* 12, 58, 2, *compilatorum errore conficta esse suspicatur Vesme* [3]) *iunge* 8, 10, 3. 9, 26, 2. 11, 1, 28. 12, 6, 27: *cf. etiam* 12, 1, 166. 13, 1, 18 [4]) Pompeiano suo salutem 12, 6, 27 [5]) *Iust.* 1, 36 [6]) *usque ad* 22 suppetere = *Iust.* 12, 56, 1: *iunge* 8, 4, 18. 12, 1, 139 [7]) *Iust.* 1, 37 [8]) *Iust.* 1, 37, 1 *mutata*

1 quinis] *Bardili,* qui in his *A* 5 tui] *Wenck,* sui *A* 6 eutychiano] euxenio *A* 8 ppo.] ppto. (= praeposito?) *A* 9 canonis *A* 10 offium *A* 12 III k.] IIII k. 11, 7, 15. 14, 15, 6, VI (*uel* VI*) id. 1, 5, 12 altini 11, 7, 15 13 auam *A* 14 proconsulem $A^a$ 16 eademque** cond. $A^a$ legatur *A* feriatur *Mommsen* 17 et] *Vesme,* in *A* 18 reliano *A* 19 de o. c. orientis] *index A et index Paris.* 4413 (*cf. Additamentum I*), mp. teod. archad. ***** aa. rufino $A^a$, *quibus erasis uacuum spatium reliquit* $A^b$ 20 imp. *A* aaa. ruf.] a. aruf. *A* ppo.] p. *A* *ad rubricam tituli* id est non amplius quam quingentis aparitoribus habeantur quas quidem . . . 22 subpetere et quasi magistri exactorem *adscripsit index Paris.* 4413 (*cf. Additamentum I*) 23 iun.] *iungendae,* ian. *A* heraclie *A* aa.] a. *A* 24 *rubricam tradunt A et index Paris.* 4413 (*cf. Additamentum I*) agust *Paris.* 25 augustal' (= -lis?) *A* 26 augustamniciam *A* 27 conpetencium cum omnia *A* 28 hi] hi in *A* 29 inferanda $A^a$



clementiam referes, ut, ubi nos iusserimus, per castrenses milites exigantur. DAT. XIII K. 30 MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

2 [1]) IMPPP. *THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS* AAA. RVFINO PPO. *Praefectus* Augustalis ordinariorum sub se iudicum examinandi flagitia ac super his referendi, non amouendi uel puniendi habeat potestatem. DATA PRIDIE NON. DEC. [2]) CONSTANTINOPOLI OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 394/5

## XV DE OFFICIO VICARII [3])

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD SILVIVM PAVLVM MAG. [4]) ITALIAE. POST ALIA: *N*e tua grauitas occupationibus aliis districta huiusmodi rescriptorum cumulis oneretur, placuit has solas causas grauitati tuae iniungere, in quibus persona potentior inferiorem aut minorem iudicem premere potest aut tale negotium emergit, quod in praesidali iudicio terminari fas non est, *uel* quo*d* per eosdem praesides diu tractatum apud te deb*e*at terminari. DAT. V K. MART. NICOM(EDIAE) PAVLINO ET IVLIANO CONSS. a. 325

2 IMP. CONSTANTI*VS* A. [5]) AD CAESONIANVM VIC(ARIVM) AFRICAE. Relationes iudicum qui prouincias regunt nec non et rational*ium* ceterorumque, qui aliquid scientiae nostrae relatum cupiunt, susceptas tua sublimitas nobis celeriter intimare debebit. DAT. IIII KAL. OCT. PHILIPPO ET SALIA CONSS. [6]) a. 348

3 IDEM A. ILICO [7]) CONSVL(ARI) N*V*MIDIAE. Cum aliquid rectores prouinciarum ad nos referre uoluerint, id prius ad uicarium referatur, cui scriptum est, ut suggestiones uel relationes prosecutorum [8]) ad comitatum meum transmittendas suscipiat et quod faciendum uiderit expleat: quippe hoc praeter alia cursus quoque publicus magna re*leu*atione firmabitur. DAT. III. NON. DEC. SIRMIO CONSTANTIO A. VI et CONSTANTE CAES. II CONSS. a. 353

4 IMP. *IVLIANVS A.* AD MAMERTINVM PPO. Rectores prouinciarum sublimitas tua conueniat, ut cunctis de rebus, *de* quibus ad nos et ad uestram scientiam crediderint referendum, uicarios esse participandos sciant. ACCEPTA VIII ID. IVN. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

5 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD DRACONTIVM VICARIVM AFRICAE. Officium uicariae per Africam praefecturae intra eum numerum colligatur, ut trecentos minime possit excedere, sicuti ceterorum uicariorum esse p*rae*cepimus. DAT. VIII KAL. FEB. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE A*A*. CONSS. a. 365

6 IDEM AA. [9]) AD CRESCENTEM VICARIVM AFRICAE. *S*i quando ex allectis uel susceptoribus aut tabulariis quispiam ratiocinio siue fraud*e* perhibetur obnoxius, non officialis ad exhibi-
1 tionem eius dirigatur, sed rectori prouinciae rei indago mandetur. Ubi primum tamen sinceritas tua prouinciam introierit, requirat attente, quam ordinarius iudex iniunctis rebus dili-

*A*

[1]) *Iust.* 1, 37, 2 [2]) [pp. . . .] *inserit Seeck Regesten* 87, 24 (*Rufinus periit* V *k. Dec. u.* 395) [3]) *Iust.* 1, 38 [4]) uicarium *Clossius* [5]) *cum Constantis constitutio sit,* impp. Constantius et Constans AA. *expectes* [6]) *cf. Seeck Regesten* 95 [7]) Italico *scr., cf. C. I. L.* 7012. 7013 [8]) per prosecutores *Wenck* [9]) *requiritur* Idem AA. et Gratianus A.

1 exequantur $A^a$ 3 impp. . . . honorius] *Iust.*, imp. ualentinian. (ualentian. *Mo.*) teod. et archad. *A* praefectus *om. et* augustalis *ad inscriptionem trahit A* 4 ac] et *Iust.* 7 XV de off. uic.] *Paris.* 4412 *et Vatic. reg.* 1023 *tam hoc loco quam in indice, item numero omisso index A et index Paris.* 4413 (*u. Additamentum I*) uicario *Vat. hoc loco* 8 constñitin. *uel* constim̃tin. $A^a$ ne] de *A* 12 uel quod] *Mommsen,* ut quos *A* debeant *A* 14 constantini. *A* 15 racionales *A* 18 idem] dem *A* nimidie *A* 19 prius] *sic* (*non* primus) *A* 20 prosecuturum $A^b$, prosecutores $A^a$ 21 reuelacione *A* 22 caes. II] cesaris *A* 23 iulianus] ppo. constantinus *A*: *Constantius mortuus est a.* 361, *Mamertinus a Iuliano ppo. factus est* (*Gratiarum actio c.* 1 *extr.*) 24 de quibus] quibus *A* uicar. *A* 26 imp. *A* 27 trescentos *A* 28 percepimus *A* 29 aa.] a. *A* 30 si] di *A* 31 fraudi *A* 32 prouncie $A^a$ 33 introiere *A*

gentiam efficaciamque detulerit: qui eorum titulorum, de quibus instructus est, non ad plenum uel discussionem egisse uel satisfactionem deprehenditur curasse, fas erit eum pro neglectu utilitatis publicae dignam commo*ni*tionis subire censuram. DAT. IIII K. MART. TREVER*IS* MODESTO ET ARINTHEO CONSS. a. 372

7 [1]) *IMPPP.* VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. ANTONIO PPO. In ciuilibus causis uicarios comitibus militum conuenit anteferri, in militaribus comites uicariis anteponi, quotiensque soci*e*tas in iudicando contigerit, priore loco uicarius ponderetur, comes adiunctus acced*a*t: si quidem, *cum* praefecturae meritum ceteris dignitatibus antestet, uicaria dignitas ipso nomine eius se trahere indicet portionem et sacrae cognitionis habeat potestatem et iudicationis nostrae soleat repraesentare reuerentiam. DAT. VIII ID. IAN. GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS. a. 377

8 [2]) IDEM *AAA.* AD HESPERIVM PPO. Relationes uicariorum, si quando usus attulerit, ad nostram mansuetudinem deferantur. Nam etsi plura sunt, quibus etiam inlustris censura tua inconsultis quoque nobis potest *dare* responsum, scimus tamen aliquanta esse, quae nisi auctoritas principalis oraculi soluere non potest: et relationes [3]) iudicum libenter aud*i*mus, ne administratorum decrescere uideatur auctoritas, si eorum consulta ueluti profanorum preces *a* nostris adytis repellamus. DATA XII K. FEB. GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS. [4]) a. 377

9 IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS *AAA.* [5]) AD ALYPIVM. Omnes largitionales titulos laudabilitatis tuae officium more pristino curabit inplere speciali cura et periculo, *ut* utique post hanc praeceptionem culpam *cum* rationalis officio communicare non possit, a quo etiam [6]) curam alienam esse cognoscat. DAT. K. IVN. [7]) TREV(IRIS). ACCEP*TA* NON. IVL. VALENTE VI ET VALENTINIANO II *AA.* CONSS. a. 378

10 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS *AAA.* AD SYAGRIVM. Vic(ario) Africae aditus prouinciae proconsularis inhibendus est tantumque ei consilii gratia in Thebestina ciui-
1 tate accessus pateat; canoni autem cogendo annonae praefectus immineat. Vestes largitionales sinceritatis tuae cogat officium, cui negotio etiam rationalis insistat, ita tamen, ut prin-
2 cipe loco apparitores tuos maneat et coactionis instantia *et* deceptionis inuidia. Vectigalia sane apud Karthaginem constituta uicariae praefecturae apparitio procuret. PP. Karthagine. DAT. VII KAL. SEPT. AVXONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

11 IDEM *AAA.* IVSTIANO VICARIO PONTICAE. *C*ornicularios officii, quod meritis tuis paret, institut*am* antiquitus ordinationem militiae repetisse cognouimus, ut peracto corniculario [8]) agent*um* in rebus numero conectantur. Sed diualia statuta obsistunt, quibus comperimus uirorum quoque illustrium praefectorum praetori*o* cornicularios, comitis quin etiam Orientis camelorum gregibus praecepto sic temporis [9]) praefici: quo uicariorum omnium cornicularii s uariae erogationis in urbe Constantinopolitana constat impositam functionem. DAT. II NON. APRIL. THESSAL(ONICAE) GRATIAN*O V ET* THEODOSIO *I AA. CONSS.* a. 380

*A*

[1]) = *Iust.* 1, 38, 1 [2]) = *Iust.* 1, 38, 2 [3]) nam etsi ... et relationes] relationes enim *reliquis omissis Iust.* [4]) post cons. Gratiani A. et Merobaudis *Seeck Regesten* 72 [5]) *requiritur* Idem AAA. [6]) eam? [7]) Ian. *Seeck* [8]) corniculo *Vesme* [9]) *Mommsen temptat* sic [dato eo spatio] temporis

3 commonitionis] *Clossius*, commotionis *A* 4 treuerunt *A* 5 imppp.] idem a. *A* 6 uicarios *A*[a] 7 sociatas *A* 8 accedet *A*? (accedat *Clossius p.* 175) cum] cum ad *A*, *om. Iust.* 9 cognitionis] *A*[c] *Iust.*, cognicioñis *A*[a]?, cognicioneis *A*[b] 12 aaa.] a. *A* ppom. *A* 14 dare] d. nobis *A* 15 libenter ***enter *A*[a] audiuimus *A* 17 a] an *A* repellamur *A* 18 imp. *A* aaa.] a. *A* 19 ut *om. A* 20 cum] aĩ *A* racionales *A*[a] 21 accepit nonas iulii *A* 22 II aa.] a. II *A* 23 imp. *A* aaa.] a. *A* syagrium] siagrium * (m?) *A*[a]: *fuit mag. officiorum, cf.* 7, 12, 2 uic. afr. *ad inscriptionem trahit A* 24 theuestinam ciuitatem] *Mommsen*, thebistina (teb. *A*[a]) ciuitate *A* 25 ascessus *A*[a] 27 quoaccionis *A* et] hec *A* 30 aaa.] a. *A* tornicularius *A* 31 instituta *A*[b], institutus *uel* institut̃ *A*[a] 32 agentem *A* 33 praetorios *A* 34 uicarioaum *A*[a] 35 constantinopolinatana *A* 36 gratiano ... conss.] gratianũ. teod. *A*



12 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. OMNIBVS VICARIIS. Singuli uicarii per dioeceses sibi creditas ter centenos tantum nouerint militare debere, ita ut, quicumque maiorum nexu curiis debentur, municip*um* functionibus *redd*antur et nemo priuilegii alicuius praetextu aut annositatis se defendat obstaculo. DAT. VI K. NOV. HONORIO NP. ET EVODIO VC. CONSS. a. 386

13 [1]) IDEM *AAA.* HAVE *T*ATIANE K. N. Officium dioeceseos Asianae, cuius octo prouinciarum ambitus per spatia latiora tenduntur, ducentorum [2]) niti apparitione praecipimus. DAT. IIII KAL. MAI. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS. a. 389

14 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVSEBIO PP*O*. Cauendum est, ne qua ob canonem Africae fiat frumenti deceptio. Vicarium itaque uirum spectabilem per Africam uolumus in proconsulari prouincia exaction*is* et transmission*is* necessitates arripere. DAT. [3]) XIIII K. IAN. ROM(AE) OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

15 IDEM AA. AD VI*N*CENTIVM PPO. Virum spectabilem uicarium septem prouinciarum reliqua praeteriti temporis exigere iubemus; recentia uero debita ordinarios iudices maturare decernimus, quibus tamen uicarium conuenit imminere. DAT. XIIII K. IVL. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

16 IDEM AA. VIGILIO VICARIO HISPANIARVM. Nullum penitus honoratorum publica salutatione sine chlamydis indumento uicariam potestatem adire oport*et*. Officium itaque decem librarum auri multa tenebitur, si quis nostra *s*tatuta uiolare temptauerit. DAT. IIII IDVS SEPT. MED(IOLANO) VINCENTIO ET F*R*AVITO CONSS. a. 401

17 IDEM AA. MESSALAE PP*O*. Virum spectabilem uicarium Africae, quem totius conlationis ac transmissionis cura constringit, iudicibus uolumus imminere, ut, quantum singulis quibusque mensibus conlatum sit quidue transmissum, maiore cautione disquirat, in eos procul dubio uindicaturus, quorum fuerit *in*dicata desidia. ET CETERA. DAT. III KAL. OCT. ALTINO [4]) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS. a. 401

## [XVI] (*Br.* VI) DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE [5])

1 IMP. CONSTANTINVS *A.* RVFINO OCTAVIANO CORRECTOR*I* LVCANIAE ET BRITTIORVM. Quicumque extraordinarium iudic*i*um praefectorum uel uicariorum elicuerit uel qui iam consecutus est, eius [6]) aduersarios et personas caus*ae* necessari*as* minime ad officium praefectorum uel uicarii pergere aut transire patiaris: sed de om*ni* causa in tuo iudicio praesentibus partibus atque personis ita his [7]) temporibus ipse cognosce, quae ex eo die computabis, ex quo causa in tuo iudicio coeperit inchoari, ut tunc demum, si ei qui extraordinari*um* iudicium postulauerit tua sententia displicebit, iuxta ordinem legum interposita eam prouocati*o* suspendat

*A: 15, 17 extat etiam in Paris.* 4412 *Vatic. reg.* 1025, 16 *r. in Br.* (*NMG*)

[1]) *iunge* 8, 11, 5 [2]) *expectes numerum ordinario* (*CCC*) *ampliorem* [3]) pp. *Mommsen* [4]) *Messala ppo. Italiae fuit a.* 399. 400: *Altini Honorius IIII K. Oct.* 399 *fuit* [5]) *Iust.* 1, 40 de off. praesidis [6]) eius] eum eiusque *Mommsen* [7]) ita his] statutis?

1 imp. *A* 3 necu̅ *A*[a] *teste Vesmio* municipium *A* reddantur] *Clossius*, debentur *A*, dentur *Mommsen* 4 euuodio uic. *A* 6 idem a. abecuciane (—no *A*[a]) kñ. uc̄. *A* 9 imp. *A* aa.] a. *A* ppo.] ppom. *A* 11 exacciones et transmissiones *A* 12 romo librio *A* 13 uencium *A*[a], uincium *A*[b] 14 tempori* exigere debemus *A*[a] 15 stilicon̄ et aurelianū *A*[a] 17 aa.] a. *A* 18 oporte *A* 19 nostra in statuta *A* 20 flauito *A* 21 idem ... ppo.] interpretatio *Paris. Vat.* uirium *Vat.*[a] africae] *A*, *om. Paris. Vat.* consolacionis *Paris.*[a] 22 ac] ad *V* constrin****t (constringeret?) *Paris.*[a] quibusque] *A*, quibus *Paris. Vat.* 23 culatum *Paris.* sit *om. A* dilbio *Paris.*[a] 24 indicata] *Mommsen*, dicata *A*, deuota *Paris. Vat.* desidea *Paris.*, desidie *Vat.* cetera] chychara *Paris.*, *om. Vat.* *subscriptionem om. Vat.* 25 freuito *A* (*Mo.*) 27 a.] a. ad *A* correctoribus *A* briciorum *A* 28 iudicum *A* 29 causa necessarios *A* 30 omni] homini *A* 32 extraordinariorum *A* 33 prouocatio] *Vesme*, prouocacionis *A*

atque ad suum iudicem transitum faciat. DAT. III NON. AVG. TREV(IRIS) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.[1] a. 315

2 IDEM A. AD BASSVM. Decreta prouincialium non prius ad comitatum perferri oportet, quam singuli quique iudicantes ea inspexerint atque probauerint suaque adstructione[2] signauerint. Si quid fiat contrarium, competens ultio exseretur. PP. VIII KAL. OCT. CARALI GALLICANO ET BASSO CONSS. a. 317

3 [3] IDEM A. AD FELICEM PRAESIDEM CORSICAE. Cum sex menses transcurrerint, breues
omnium negotiorum ab officio tuo descripti commeent ad scrinia eminentissimae praefecturae,
ut his recensitis et ad scrinia nostra perlatis pandatur, quis iudicum et in quibus discingendis
causis fidelem operam praestiterit, quo uel dignus praemium mereatur uel neglegens coercitionem incurrat: adeundi tuum iudicium de neglegentia uel auaritia tui officii data prouin-
1 cialibus facultate. De eo sane, qui pretio deprauatus aut gratia perperam iudicauerit, ei uin-
dicta quem laeserit non solum existimationis dispendiis, sed etiam litis discrimine praebeatur.
DAT. VIIII K. NOV. SIRMIO CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS. a. 319

4 [4] IDEM A. AD MAXIMVM. Praesides prouinciarum oportet, si quis potiorum extiterit insolentior et ipsi uindicare non possunt aut examinare aut pronuntiare nequeunt, de eius nomine ad nos aut certe ad grauitatis tuae[5] scientiam referre: quo prouideatur, qualiter publicae disciplinae et laesis tenuioribus consulatur. ET CETERA. DAT. IIII K. IAN. TREV(IRIS)[6] IANVARINO ET IVSTO CONSS. a. 328

5 IDEM A. SECVNDO PPO. ORIENTIS[7]. Ordinarii iudicis prouinciarum rectoris[8] seu[9] ui-
1 caria potestas ut speculatrix debet praue gesta corrigere. Sed officiales uestrae celsitudinis et
uicariae potestatis placet ab exactionibus amoueri et per prouincialia officia atque rectores
cunctos exigi titulos. Nam si exactio minime impleatur, ante tribunal nostrum exhibitus
capitis fortunarumque omnium periculum sustinebit. DAT. XIIII KAL. MAI. CONSTANTINOPOLI
CONSTANTINO A. VIII ET CONSTANTIO IIII CONSS.[7] a. 329

6 [10] IDEM A. AD[11] PROVINCIALES. Praesides publicas notiones exerceant frequentatis per
examina tribunalibus, nec ciuiles controuersias audituri secretariis sese abscondant, ut iurga-
turus conueniendi eos nisi pretio facultatem impetrare non possit: et cum negotiis omnibus
quae ad se delata fuerint exhibuerint audientiam, et frequens praeconis, ut adsolet fieri, incla-
matio nullum qui postulare uoluerit deprehenderit, expletis omnibus actibus publicis priua-
1 tisque sese recipiant. [10] Iustissimos autem et uigilantissimos iudices publicis adclamationibus
conlaudandi damus omnibus potestatem, ut honoris eis auctiores proferamus processus, e con-
trario iniustis et maleficiis querellarum uocibus accusandis, ut censurae nostrae uigor eos

*A*

1) III et Licinio III (313) *Seeck Regesten* 55: *in* Treu. *mendum latet* 2) adscriptione *Clossius* 3) § 1 = *Iust.* 7, 49, 2: *iunge* 2, 6, 2 4) *Iust.* 1, 40, 2: *iunge* 7, 20, 5 5) ad praetorianae praefecturae *Iust.* 6) *a.* 328 *Constantinus non uidetur Treuiris fuisse: fuitne* Ian. accepta ... Treu., *ut data sit a.* 327? 7) *Secundus sub Iuliano ppo. Or. fuit: constitutionem a.* 365 *datam esse suspicatur Seeck Regesten* 37 8) prou. rectoris *glossa?* 9) seu] seu tua seu *Mommsen* 10) § 1 = *Iust.* 1, 40, 3: *iunge c.* 7 *et* 2, 1, 1[b]. 2, 5, 1[a] 2, 26, 3. 3, 30, 4. 4, 5, 1. 11, 30, 16. 17. 11, 34, 1 11) uniuersos *ins. iungendae*

2 IIII conss.] conss. *A*[a] 4 adstruccione *A*[b], atst**cione *A*[a]: adscriptione *Clossius* 5 exseretur] *Vesme*, execretur *A* caralis *A* 9 recensetis *A* 10 prestitit *A* 11 adeundis *A* auaria *A* 12 deprauatis *A*[a] iudicauerint *A* 13 leserint *A* 14 VIII *Iust.* sirmii *A*[a] V et lic.] *Iust. cum* 2, 6, 2, IIII et lic. IIII caes. *A* 15 a. ad] aa. *A* praesidem prou. *A*, *qui haec ad inscriptionem trahit* potiorum] *A Iust.* (*M*[a]), potentiorum *Iust.* (*PCR*) 16 uindicari *A* 18 tenuioribus] *Iust.*, minoribus *A* ianuarii *A* 19 ianuario *A* (*non* ianuari *A*[a]) et *om. A* 20 a.] aa. *A* iudices pr. rectores seu uicarii *A* 22 placeat *A* 24 constantinopoli] constantino ppo. *A* 26 notiones] *Wenck*, naciones *A* 27 audituri] *Tex et Hall*, auditoriis *A* abcondant *A* iurgaturum *A*[b] (*A*[a] *teste Mo.*) 29 praeconiis *A* 32 honoris] *Iust.*, honorem *A*, honorum *Hugo* e] et *A*, et e (*uel* et ex) *Iust.* 33 iniustis et maleficis q. u. accusandis] *A Iust.* (*M*), iniustos et maleficos q. u. accusandi *Iust.* (*PCR*)



absumat. Nam si uerae uoces sunt nec ad libidinem per clientelas effusae, diligenter inuestigabimus: praefectis praetorio et comitibus, qui per prouincias constituti sunt, prouincialium nostrorum uoces ad nostram scientiam referentibus. PP. K. NOV.[1] CONSTANTINOPOLI BASSO ET ABLABIO CONSS. a. 331

7 [2] IDEM A. AD[3] PROVINCIALES. Cessent iam nunc rapaces officialium manus, cessent
inquam: nam nisi moniti cessauerint, gladiis praecidentur. Non sit uenale iudicis uelum,
non ingressus redempti, non infame licitationibus secretarium, non uisio ipsa praesidis cum
pretio: aeque aures iudicantis pauperrimis ac diuitibus reserentur. Absit ab inducendo
eius qui officii princeps dicitur depraedatio. Nullas litigatoribus adiutores eorundem officii
principum concussiones adhibeant; centurionum aliorumque officialium parua magnaque
poscentium intolerandi impetus oblidantur, eorumque, qui iurgantibus acta restituunt, inexpleta
1 auiditas temperetur. Semper inuigilet industria praesidalis, ne quicquam a praedictis ge-
neribus hominum de litigatore sumatur: qui si de ciuilibus causis quidquam putauerint
esse poscendum, aderit armata censura, quae nefariorum capita ceruicesque detruncet,
data copia uniuersis qui concussi fuerint, ut praesidum instruant notionem. Qui si dissi-
mulauerint, super eodem conquerendi uocem omnibus aperimus apud comites prouinciarum
aut apud praefectos praetorio, si magis fuerint in uicino, ut his referentibus edocti super
talibus latrociniis supplicia proferamus. DAT. K. NOV.[4] CONSTANTINOPOLI BASSO ET ABLABIO
CONSS. a. 331

INTERPRETATIO. Officiales omnium iudicum uenales esse non audeant nec pretium de introitu occurrentium aut litigantium uel egressu requirant. Et interpellantes tam diuites quam pauperes sine ullo praemio audiantur. Quod si rapaces esse uoluerint, gladio puniantur aut certe de eorum rapacitate dominicis auribus referatur.

7a IDEM A. AD PERICLEM PRAESIDEM. *In officiales praefectorum cursum publicum laniantes uel praua contra utilitatem publicam molientes uindicandi tibi dedimus potestatem, ita ut praefectos de eorum culpa facias certiores.* DAT.[5] X KAL. NOV. NICOPOLI CONSTANTIO ET ALBINO CONSS. a. 335

7b [6] [IMP. IVLIANVS A. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .]

8 [7] IDEM A. SECVNDO PPO. Quaedam sunt negotia, in quibus superfluum est moderatorem exspectari prouinciae: ideoque pedaneos iudices, hoc est qui negotia humiliora disceptent, constituendi damus praesidibus potestatem. DAT. V KAL. AVG.[8] ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

8a IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD APRONIANVM PV. *Potioris gradus iudicibus ab inferioribus competens reuerentia tribuatur. Sed ubi publica tractatur utilitas, etsi minor*

*Br.* (*NMG*) *ad c.* 7: *c.* 8 *ex nonnullis libris mss., imprimis ex libro P. Danielis restituit Gothofredus: c.* 7[a] *supplet Iust.* 1, 40, 4, *c.* 8[a] *Iust.* 1, 40, 5

1) d. k. Aug. pp. k. Sept. 11, 30, 16. 17. 11, 34, 1, d. k. Aug. 2, 5, 1[a] (*Iust.* 3, 19, 2) 2, 26, 3. 3, 5, 1[a]. 3, 30, 4. 4, 5, 1 2) *cf. p.* 36 *n.* 10 3) uniuersos *ins. iungendae* 4) *cf. n.* 1 5) pp. *uel* acc. *scr.* 6) *ex inscriptione c.* 8 *colligitur unam pluresue Iuliani constitutiones hoc loco intercidisse* 7) *Iust.* 3, 3, 5: *genuinum c.* 8 *inscriptione et subscriptione omissis seruarunt Inscriptiones editae in suppl. C. I. L. III n.* 459. 14189 8) *mensis dubius: Iulianus secundum* 7, 4, 8 *nondum Antiochiam uenit*

1 effuge d. inuestigauimus *A* 5 idem] *A*, imp. constantinus *Br.* 6 nisi muniti] *N*, nisi moniti non *M*, si moniti non *G* uenalis *M* iudices *N* uerbum *G* 7 infamet *G* licitationis *M*, litigationibus *G* 8 aures] auctoris *M*[a], auctores *M*[b] iudicantes *N* ab] ad *N* 9 officio *NG*[a] *uel G*[1] nullas] *M*, nullus *N*, nulla *G*[a], ulla *G*[b] litigatoris *M* corundem *N* officium *G* 10 concutiones *M*, concussionibus *N* intolerandi *om. G*[1] (*sic*) 11 oblidantur] oblidandus (obligandus *G*[b]) est *G* que *om. G* 12 auditas *N* praesidialis *N* ne quicquam] *G*, nec quisquam *NM* 13 si] se *N* 14 adheret *N* detuncit *G*[1] 15 notitionem *N* (*Mo.*) 16 eandem conquirendi *G* apud comitis] *M*, apud ** com. cunctos *G*, quae cunctis apud com. *N* 17 praefectos] *M*, praefectum *NG* uicino] uino *G*[a] fuerit *G*[b] edoctus *G*[a] 18 subplici *G*[a] referamus *G* albino *G* 29 a.] aa. *Gothofredus* 30 expectari] *Gothofredus et Iust.* (*Bamb.*), expectare *Iust.* (*CRM*) distituendi *Gothofredus*

*iudex ueritatem inuestigauerit, nulla maiori inrogatur iniuria. Sane qui insignia dignitatis ad hoc exercet, ut indignis iniuriis existimet adficiendos eos, qui officia cum potestate moderantur, non declinabit nostrae indignationis aculeos.* DAT. V KAL. IVN. ANCYRO DIVO IOVIANO [1]) ET VARRONIANO CONSS. a. 364

9 [2]) IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. HAVE ARTEMI CARISSIME NOBIS. Iudex sibi hanc praecipuam curam in audiendis ac discingendis litibus inpositam esse non ambigat, ita ut non in secessu domus de statu hominum uel patrimoniorum sententiam ferat, sed apertis secretarii foribus intro uocatis omnibus aut pro tribunali locatus et ciuiles et criminales controuersias audiat, ne congruae ultionis animaduersione cohibeatur. Absit autem, ut iudex popularitati et spectaculorum editionibus mancipatus plus ludicris curae tribuat quam seriis actibus. DAT. KAL.[3]) OCTOB. AQVILEIA DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

INTERPRETATIO. Iudex hanc sibi praecipuam curam inpendendam esse cognoscat, ut litigantium causas iugiter adhibita aequitate discutiat, sciturus non se in secretis domus aut in quibuscumque angulis finitiuam sententiam prolaturum: sed apertis domus suae ianuis intromissisque turbis, ut neminem lateat, quid secundum legum uel ueritatis ordinem fuerit iudicatum.

9a IDEM AA. ARTEMIO PRAESIDI. *Cum ad quamlibet urbem mansionemue accesseris, protinus horrea inspicere te uolumus, ut deuotissimis militibus efflorataе et incorruptae species*
1 *praebeantur. Nam si per incuriam officii grauitatis tuae sartorum tectorum neglecta procuratione aliqua pluuiis infecta perierint, iam ad damnum tuum referentur.* DAT. VIII KAL. SEPT. ARELATE DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

10 [4]) IDEM AA. AD VALERIANVM VICARIVM HISPANIARVM. Libellos iudicibus, postquam se receperint, uetamus offerri, ne super alienis causis uel statu pronuntient, quando ab officii conspectu atque ab oculis publicis recesserint. PRAELATA [5]) VI ID. SEPTEMB. VERONAE [6]) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

INTERPRETATIO. Iudices, postquam se de consessu publico in domo sua receperint, libellos a litigatoribus non accipiant nec sine officio suo de causis alienis uel de statu aliquid cognoscant.

11 (12) IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD VIVENTIVM PPO. Vnusquisque iudex in his locis sedem constituat, in quibus oportet omnibus praesto esse rectorem, non
1 deuerticula deliciosa sectetur. Addimus sane, ut eius, qui prouinciae praesidentem propria possessione susceperit, ager, quem diuersorium habuerit praedictus in transitu, fisci uiribus uindicetur. Ita enim iudices mansiones instruere et instaurare nitentur. DAT. KAL. APRIL. TRIV(ERIS) VALENTINIANO NP. ET VICTORE CONSS. a. 369

---

*Br.* (*NMG*) *ad c.* 9. 10. 12: *c.* 9a *supplet Iust.* 10, 26, 2, *c.* 11 *Appendix* 1, 26 (*E Ottob.* 2225 *Montisp.* 84 *Paris.* 4419 *Paris. n. a.* 1631)

[1]) *fuit* imp. Iouianus A. *et infra* dat. V non. Ian. Iouiano (*Seeck*) [2]) *cf. p.* 37 *not.* 6
[3]) XIII k. 6, 36, 6, III k. 8, 5, 21 [4]) *iunge* 9, 3, 4 [5]) litteris uc. uicarii *ins.* 9, 3, 4
[6]) *Veronae hoc tempore Valentinianus non fuit:* Geronae *Seeck*

---

5 habe *NM*, habeat *G*a, *om. G*b artimi *M* caris (carus *N*a) seme *N* sibi iudex *G* 6 ac] aut *N* descingendis *M*, distinguendis *N*, discernendis *G* 7 secretariis *N* 8 controuertia *M* 9 audeat *N* ne] nec *N* animaduertione *M*, animae aduersione *N*, animaduersio *G* iudex popul *in litura M*b popularitate *G* 10 exspectaculorum *G* edictionibus *N* lucris *M*a*G* seriei *G* actionibus *N* 11 aquileia] *N*, aquil. *MG* iuuiniano *N*, iuliano *G* barroniano *N*, ursino *G* 12 curam] *M*, curam in audiendis litibus *NG* 18 efflorataе] *Iust.* (*O cum Graecis*), deflorate *Iust.* (*KIX*) 22 aa.] a. *M*, aug. *N* uicarium] *L cum* 9, 3, 4, ūc. *N*, uu. cc. *G*, agentem uicarium *M* hisp.] hisp. augg. *N* libellus *N*, lilibellos *G* 23 causus *G* officio *N* 24 publici *N* praelata] dat. *G* VI] VII *G*, *om. N* sept.] semper *G*1 25 aa. *om. G* 26 donmm suam *N* 29 impp. ualent. et ualens aa. *E Par.* 4419 *Par. n. a.* 1631 30 in his] nihil *Ott. Mont.* 31 deuerticula] diuersi cura *Par. n. a.* 1631 deliciosa] *Paris.* 4406 (*ex E descriptus*), religiosa *E cum reliquis* eius qui] *Ott. Mont.*, quis qui *E Par.* 4419, quisque *E*, quis in *Par. n. a.* 1631 prouintia *Par. n. a.* 1631 praesidentae *Par.* 4419, praesidem tempore *Ott. Mont.*



12 (11) IDEM AAA. AD PROBVM PPO. Prouinciis praesidentes per omnium uillas sensim atque usitatim uicosque cunctos discurrant et ultro rimentur a singulis, quid unusquisque conpulsor insolenter egisset aut cupide. Is enim, de quo aliqua ad nos querella peruenerit, ad ultimam poenam rapietur. DAT. K. APR. TRIV(ERIS) VALENTINIANO NOB. PVERO ET VICTORE VC. CONSS. a. 369

INTERPRETATIO. Iudices prouinciarum operam dare debebunt, ut per singulos agros et loca sollicita inquisitione discurrant et per se, qualiter in solutione publici debiti cum possessoribus agatur, agnoscant. Cuius rei curam si inplere neglexerint, querellam ciuium non dubitent in se seuerissime uindicandam.

13 IMPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD ANTONIVM PPO. Ne quis domum iudicis ordinarii postmeridiano tempore ex occasione secreti ingredi familiariter affectet eiusdem dumtaxat prouinciae, siue notus iudici siue etiam ignotus, gestet tamen [1]) honoris auctoritatem praeferens. DAT. V KAL. AVG. MOGONTIACO GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS. a. 377

INTERPRETATIO. Ne quis notus aut ignotus, eius tamen prouinciae homo meridianis horis aut secretis iudicem uideat.

13a IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. CYNEGIO PP. *Ciuitas Rhodiorum iniuriam suam non tam decenter quam sero conquesta est. Vnde inuiolabili obseruatione sancimus, ut, quoniam tempore hiemis nauigatio saepe periculosa est, semper incerta, in illis quinque urbibus, quae potiores esse ceteris adseruntur, uicissim hiemandum sibi iudices recognoscant. Quod si cuiquam tale existat ingenium, ut praecepta nostra contemnat, quinquaginta ab eo argenti librae, centum ab eius officio, si aliter factum fuerit, fisci uiribus inferantur.* DAT. V ID. DEC. CONSTANTINOPOLI ARCADIO ET BAVTONE CONSS. a. 385

13b IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. CYNEGIO PP. *Qui ordinariam gesserit dignitatem, quidquid ex uenturae delegationis titulis profligauerit, cum dispendio pudoris atque fortunae de propriis facultatibus intra prouinciam positus inferre debebit.* DAT. VII KAL. IVN. CONSTANTINOPOLI HONORIO NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

13c IDEM AAA. CYNEGIO PP. *Ne quis iudicum in prouincia sua praefectianum uel palatinum uel militem uel ex his etiam omnibus, qui antea in huiusmodi officiis fuerunt commorati, intercessorem (id est exsecutorem) cuiusquam litigatoris petitione in quolibet seu priuato seu publico negotio putet esse tribuendum. Nam peccantem circa consulta caelestia cum suo officio non solum detrimentum famae, sed etiam patrimoniorum damna comitentur.* DAT. NON. AVG. CONSTANTINOPOLI HONORIO NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

13d IDEM AAA. POLEMIO PP. ILLYRICI. *Nullus prouinciae moderator augustissimam urbem sine iussione adire audeat. Nam si quem patuerit contra decreti nostri praecepta uenisse, is congrua condemnatione plectetur.* DAT. X KAL. IAN.[2]) MEDIOLANI POST CONSVLATVM TIMASII ET PROMOTI. a. 390

13e [3]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. THEODORO PPO. *In fiscalibus debitis, hoc est annonariis ceterisque titulis, qui ad arcam eminentissimae pertinent praefecturae, nec non et in iis debitis, quae rationalis usurpat officium, rectores prouinciarum constringantur et eos necessitas maneat exigendi, a quibus expectatur auctoritas.* DAT. VIII KAL. IVN. MEDIOLANI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

---

*Br.* (*NMG*) *ad* 16, 12: 16, 13 *ex libro Pithoeano deperdito restituit Cuiacius, inscriptio subscriptio et interpretatio extant in libro Leidensi Vossiano* 4, *interpretatio sola in Fuldensi D I:* 16, 13a—13d. 13f *supplet Iust.* 1, 40, 6—10. 12: 16, 13e *supplet Iust.* 10, 19, 6

[1]) gestet tamen] extet tametsi *Gothofredus*, gesti tamen *Mommsen: cf.* 1, 20, 1
[2]) Iul. *Seeck* [3]) *iunge* 2, 1, 11

---

1 idem aaa.] idem a. et gratianus aa. (aa. *om. G*) *MG*, impp. ualentinianus ualens et gratianus augg. *N* ullas *N* 2 usitatem *N* discurrunt *N*a conpulsus *G* 3 egisse *N* aut] autem *G* 4 k.] x kl. *N* triu. *M*, triuer. *N*, treueris *G* nob. p.] II pp. *N*, septimo *G* et uictore *om. G* 13 morontiaco *Pith.*, morociano *Leid.* gratiano *om. Pith. Leid.*

13f IDEM AA. LIMENIO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. *Nullum palatinis tibi obsecundantibus cum prouincialibus uolumus esse commercium: sed iudices scire debebunt hoc sibi praecipue esse commissum, ut ipsi a prouincialibus exigant et consueta deposcant, palatinum uero possessor non horreat, qui non sibi, sed iudicibus atque officiis praeceptus est iminere.* DAT. VI KAL. APRIL. a. 401 [1])

13g IDEM AA. CLEARCHO PPO. ILLYRICI. *Per Illyricum, in quo plurima et maxima necessitatum publicarum emolumenta officiis constat praesidalibus expediri, centeni numero singulis iudicibus obsecundent: nec ultra hunc modum uel ad militiam ullus adspiret uel coniuentia*
1 *iudicum perseueret. Adhibendi autem sunt ad huiusmodi ministeriorum obsequia non illi, qui uano militiae nomine immania lucra sectentur, sed qui necessitatem officii sollicitudinibus debitis exsequantur.*

13h [2]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HADRIANO PPO. *Iudices, quos circa profliganda aerarii nostri compendia neglegentes ac desides fuisse constiterit, omnia, quae in administratione positi perceperunt, emolumenta reddere compellantur.* DAT. III K. MART. MEDIOL(ANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS. a. 401

14 [3]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. THEODORO PPO. Moderatores prouinciar*um* curam gerere iubemus, ne quid potentium procuratores perperam inliciteque committant. DAT. VII K. DECEMB. RAV(ENNA) BASSO ET PHILIPPO CONSS. a. 408

INTERPRETATIO. Iudices prouinciarum summam sollicitudinem habere debent, ne actores potentum aliquid circa inferiores personas inlicite iniusteque committant.

15 IDEM AA. MONAXIO PP. *Omnes per prouincias apparitores pro inueterata auctoritate iuxta motum iudicis nudatos uerberibus, si ita res tulerit, subiacere praecipimus, ut et facilis executio rerum publicarum sit et officiorum insolentia comprimatur et iudicum seueritati competens reddatur auctoritas.* DAT. VI KAL. IAN. HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

## [XVII] VT NVLLI PATRIAE SVAE ADMINISTRATIO SINE SPECIALI PERMISSV PRINCIPIS PERMITTATVR

1 IMPPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAAA. EVTROPIO PPO.[4]) *Ne quis sine sacrilegii crimine desiderandum intellegat gerendae ac suscipiendae administrationis officium intra eam prouinciam, in qua prouincialis et ciuis habetur, nisi hoc cuidam ultronea liberalitate per diuinos adfatus imperator indulgeat.* DAT. XVI KAL. AVG. ARCADIO A. ET BAVTONE CONSS. a. 385?

## [XVIII] DE OFFICIO RATIONALIS SVMMARVM ET REI PRIVATAE

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

16, 13f *supplet Iust.* 1, 40, 10, 16, 13g *Iust.* 12, 57, 9, 16, 13h *Iust.* 10, 16, 11: 16, 14 *tradit Br.* (*NMG*) 1, 6, 5: 16, 15 *supplet Iust.* 1, 40, 12: 17, 1 *suppleui ex Iust.* 9, 29, 3 *addita rubrica Iust.* 1, 41: *rubricas titulorum* 18—21 *tradit index Parisinus* 4413 (*u. Additamentum I*)

[1]) *cf.* 1, 10, 7 [2]) *iunge* 1, 10, 6 [3]) *Iust.* 1, 40, 11 [4]) *Eutropius ppo. occurrit a.* 380. 381.

10 immania] *Iust.* (*O*), inania *Iust.* (*KX*) 16 aa.] aug. *N* theodoto *G* ppo.] pp. ppo. *N*, ppo. praetorio (praetario *G*[1]) *G* prouinciarum] *Iust.*, prouinciae *NMG* 17 procutores *G*[a] inliciteque] *M*, inlicite *NG*, incesteque *uel* iniusteque *libri in Iust.* VII] *NM*, VI *Iust.*, *om. G* facta *G Iust.* (*PL*)



## [XVIIII] DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM[1])

1 IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. NEBRIDIO PV. *Praefecti uigilum huius urbis nihil de capitalibus causis sua auctoritate statuere debent, sed si quid huiusmodi euenerit, culmini tuae potestatis referre, ut de memoratis causis celsiore sententia iudicetur.* a. 387 [2])

## [XX] DE OFFICIO PRAEFECTI ANNONAE[3])

1 [4]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE PPO. *Praefectus annonae canonem, qui ad officium suum pertinet, per compulsores suos exigat, et cum officio suo retineatur obnoxius, qui ad implendum canonem deuotionis suae exactionem non ostenderit.* a. 399?

## [XXI] DE OFFICIO TRIBVNI VOLVPTATVM

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## [XXII] (*Br.* VI) DE OFFICIO IVDICVM CIVILIVM[5])

1 [6]) IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. CVRTIO PPO. Honorati, qui lites habere noscuntur, his horis, quibus causarum merita uel fata penduntur, residendi cum iudice
1 non habeant facultatem nec meridianis horis a litigatoribus iudices uideantur. Quina itaque pondo auri tam iudici quam eius officio atque honoratis parem multam adscribendam esse cognoscas, si quis contra praeceptum huiusmodi uenire temptauerit. DAT. III NON. FEBRVAR. ROM(AE) BASSO ET PHILIPPO CONSS. a. 408

INTERPRETATIO. Honorati prouinciarum, id est ex curiae corpore, si et ipsi in lite sunt constituti, tempore, quo causae a iudicibus uentilantur, cum iudice non resideant, et litigatores meridianis horis iudicem non salutent. Si aliud praesumpserint, multam supra scriptae legis exsoluant.

2 [7]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PPO. *Si quis pro publicis functionibus, quae flagitantur, aliquo se defendere temptet munimine, adeat iudicem et promat, quae duxerit adserenda: quem si iudex, quod non arbitramur, minus audire maluerit, ipse quidem administrator triginta librarum auri, apparitio uero eius quinquaginta feriatur dispendio.* DAT. XIIII KAL. AVG. CONSTANTINOPOLI HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

## [XXIII] (*Br.* VII) DE OFFICIO IVDICVM MILITARIVM[8])

1 [9]) IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. COMITIBVS ET MAGISTRIS VTRIVSQVE MILITIAE. Numquam omnino negotiis priuatorum uel tuitio militis uel executio tribuatur. DAT. PRIDIE ID. FEB. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VC. CONSS. a. 393

INTERPRETATIO. Nulli penitus in ciuilibus causis militaris uel tuitio uel executio deputetur.

*rubricas* 19—21 *tradit Paris.* 4413: 19, 1 *supplet Iust.* 1, 43, 1: 20, 1 *restitui ex Iust.* 12, 58, 2: 22, 1. 23, 1 *extant in Br.* (*NMG*): 22, 2 *supplet Iust.* 1, 45, 2

[1]) *Iust.* 1, 43 [2]) *cf. Seeck Regesten* 123 [3]) *Iust.* 1, 44 [4]) *de iungendis cf. ad* 1, 5, 12 [5]) *Iust.* 1, 45 [6]) *usque ad* 6 facultatem = *Iust.* 1, 45, 1 [7]) *iunge* 12, 8, 1. 13, 5, 33 [8]) *Iust.* 1, 48 [9]) *Iust.* 1, 46, 1

4 referri *Iust.* 11 ciuilium iudicum *Iust.* 12 cortio *N*, cursio *G* 13 horis] honoribus *G* penduntur] *NMG Iust.* (*libri meliores*), panduntur *Iust.* (*deteriores*) 14 quina] quinque *G* 15 pondera *G* atque] *M*, et *NG* 16 cognoscant *NG*[1], cognoscat *G*[2] III] IIII *G* 17 rom.] rauennae *Iust.* (*Hal.*), *om. G* 19 causae] *M*, c. aliorum *N*, c. illorum *G* 28 magistris] magistratibus *G* 29 negotiis] in neg. *Iust.* milites *N*, militaris *G Iust.* 30 id.] kl. *G* III] IIII *G* uc.] *M*, uu. cc. *N*, *om. G*

2 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MONAXIO PPO. *Praecipimus, ne quando curiales uel priuatae condicionis homines ad militare exhibeantur iudicium uel contra se agentum*
1 *actiones excipiant uel litigare in eo cogantur. Interminationem autem quinquaginta librarum auri aduersus comitianum officium proponi decernimus, si quid contra haec aliquando temptauerit.* DAT. VI KAL. SEPT. EVDOXIOPOLI THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS. a. 416

3 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. EVSTATHIO PP.[1]) ET NESTORIO PP. ILLYRICI. *Nullus eorum, qui sacramentis inhaerere desierit, uel uolens permittatur uel inuitus militare cogatur obseruare iudicium: sententiis, quae non his obseruatis latae fuerint, nullam firmitatem habentibus, nisi forte reperiatur ibi tempore militiae coepta cognitio: tunc enim uelut necdum cingulo deposito sub militari iudice rem tractari finirique praecipimus, nisi principali beneficio specialiter indulto quidam ex his sese defendant.* a. 421—422

4 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MACEDONIO MAGISTRO MILITVM. *Nemo post depositum cingulum priuatae uitae redditus ob negotium, quod militiae causa est ei exortum praestandi ratiocinii gratia eius numeri, in quo militauit uel quem ipse gessit, a quocumque pulsatus fori praescriptionibus utatur. Vnumquemque enim super huiuscemodi causis, id est publicis, quas dum militaret exercuit, super ratiociniis militaribus, per quae suos contubernales adflixisse adseritur, in militari oportet iudicio respondere, in quo et instructio sufficiens et nota testimonia et uerissima possunt documenta praestari.* DAT. PRID. K. IVN. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

## [XXIIII] (*Br.* VIII) DE OFFICIO IVDICVM OMNIVM[2])

1 [3])IMP. CONSTANTINVS A. AD DOMITIVM CELSVM VICARIVM. Nemo iudex officialem ad eam domum, in qua mater familias agit, cum aliquo praecepto aestimet esse mittendum, ut eandem in publicum protrahat, cum certum sit debita eius, quae intra domum considerato sexu semet contineat, domus eius uel cuiuscumque rei habita distractione publicis necessitatibus posse seruari. Quod si quis in publicum matrem familias posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra ullam indulgentiam capitali poena uel exquisitis potius exitii suppliciis[4]) plectetur. DAT. III ID. IANVAR. TREV(IRIS) SABINO ET RVFINO CONSS. a. 316

INTERPRETATIO. Nullus iudicum matronam in domo sua residentem per quemcumque apparitorem ad publicum aestimet protrahendam, sed circa eam pro sexus reuerentia conuentio honesta seruetur: cum, si quid eam debere constiterit, constrictis eius auctoribus possit exsolui. Nam si quis contra fecerit, summo supplicio se adficiendum esse cognoscat.

2 IDEM A. ANDRONICO. Si contra pupillos, uiduas uel[5]) morbo fatigatos et debiles inpetratum fuerit lenitatis nostrae iudicium, memorati a nullo nostrorum iudicum conpellantur comitatui nostro sui copiam facere. Quin immo intra prouinciam, in qua litigator et testes uel instrumenta sunt, experiantur iurgandi fortunam, atque omni cautela seruetur, ne terminos
1 prouinciarum suarum cogantur excedere. Quod si pupilli uel uiduae aliique fortunae iniuria

23, 2 *supplet Iust.* 1, 46, 2: 23, 3 *Iust.* 12, 46, 4: 23, 4 *Iust.* 1, 46, 3: *ad* 24 *r.* 1 *Br.* (*NMG*)

[1]) Orientis *suppl.* [2]) *Iust.* 1, 48 [3]) *Iust.* 1, 48, 1 [4]) uel exquisitis p. e. supplicis *om. Iust.* [5]) diutino *ins. Iust.*

21 iud. omnium] diuersorum iud. *Iust.* 22 celsu *N* (*Mo.*), uel celsum *M* uicarium] *G Iust.*, uu. cc. *M*, uc. cons. *N* officialem] ex officialibus *G* 23 aget *N* 24 consideratu *N* 25 habet *N* publico *G* 27 citra ullam] *dett. cum Iust.*, citra illam *M*, citra *N*, ullam citra *G* indiligentiam *N* 28 exitii suppliciis] *dett.*, exitiis *NM*, exitiis suppliciisque *G* plectatur *NG* III] IIII *G* triu. *M*, treueris *G* sabiniano *M* rufo *G* 33 a. ad andronicum *Iust.*, andronico aug. *N* uel] et *N* 34 iuditio $G^2$ (*non* $G^b$) memoratae *N* 35 prouintia *N* litigatur *NG* testes] t. sunt *G* 36 seruaturus (-ros $N^b$) ne *N*, seruentur nec *G* 37 aliaeque *NG* iniuriam *NG*



miserabiles iudicium nostrae serenitatis orauerint, praesertim cum alicuius potentiam perhorrescunt, cogantur eorum aduersarii examini nostro sui copiam facere. DAT. XV KAL. IVL. CONSTANTINOPOLI OPTATO ET PAVLINO CONSS. a. 334

INTERPRETATIO. Si quicumque aduersus pupillos, uiduas et aegrotos nostra praecepta meruerint, eos de locis suis commouendi uel extra prouinciam suam usquam penitus protrahendi licentiam submouemus ut ibi causam suam dicant, ubi instructiores esse et testimonia possint facilius inuenire. Sane si ipsi, quorum fatigationi consulimus, nos crediderint expetendos, huic uoluntati eorum ueniendi aditum non negamus, ita ut aduersarii eorum sub praesentia principis adesse per rectorem prouinciae conpellantur.

2a [1])IDEM A.[2]) ALBINO. *Et in maioribus et in minoribus negotiis appellandi facultas est. Nec enim iudicem oportet iniuriam sibi fieri existimare eo, quod litigator ad prouocationis auxilium conuolauit.* DAT. VII ID. APRIL. MARCELLINO ET PROBINO CONSS. a. 341

3 [3])IMP. IVLIANVS[4]) A. AD MAMERTINVM. Conuentis rectoribus a sublimitate tua edi non minus criminalia acta quam ciuilia iubemus, his uidelicet, quorum salus ad discrimen uocatur. DATA XI KAL. DEC. ANTIOCHIAE[5]) IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS. a. 363

4 IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. PARS ACTORVM IN CONSISTORIO GRATIANI A. GRATIANVS A. DIXIT. Det operam iudex, ut praetorium suum ipse conponat. Ceterum neque comiti neque rectori prouinciae plus aliquid praestabitur, quam nos concessimus in annonis seu cellariis. ET CETERA. ACTVM IN CONSISTORIO MEROBAVDE II ET SATVRNINO VV. CC. CONSS. a. 383

INTERPRETATIO. Iudicem praetorium suum de proprio debere conponere et nihil a prouincialibus amplius petere, quam ei in annonis uel cellariis a principe fuerit deputatum.

5 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD PRINCIPIVM PP. *Singuli quique iudices sciant celsioribus uiris et his, quorum nonnumquam iudicio prouehuntur, honorificentiam esse debitam praestandam, nec in subscriptionibus suis fratres audeant nominare, apparitione multanda, cuius haec cura est.* DAT. ID. FEBR. RICOMERE ET CLEARCHO CONSS.[6]) a. 384

## [XXV] DE OFFICIO EIVS, QVI VICEM ALICVIVS IVDICIS OBTINET

1 MANDATA IMPP. THEODOSII ET VALENTINIANI AA. MISSA AD ANTIOCHVM PPO. PER REFERENDARIVM, QVAE SIC HABENT. *Suggerente magnificentia uestra docta imperialis aeternitas debere eos, qui praeceptione principali seu uestrae sedis amplissimae tueri locum rectorum prouinciarum noscuntur, auctoritatem habere tutores seu curatores petentibus dare, decretum etiam interponere ad alienandas minorum similiumque eis personarum seu curialium facul-*

*ad* 24, 4. 25 *r.* 1 *Br.* (*NMG*): 24, 2a *supplet Iust.* 7, 62, 20: 24, 5 *supplet Iust.* 1, 48, 2: 25 *r.* 1 *supplet Iust.* 1, 50 *r.* 2

[1]) *iunge* 11, 36, 5 [2]) impp. Constantius et Constans AA. 11, 36, 5 [3]) *argumentum constitutionis ad uerbum fere redit in* 9, 1, 6 [4]) *cf. not.* 5 [5]) *c.* 3 *non potest XI k. Dec. Antiochiae data esse: Iulianus enim II k. Iulias a.* 363 *periit, Iouianus autem, cuius constitutiones uulgo Iuliano in Th. adscribuntur, ante diem prid. id. Nou. eiusdem anni Antiochiam reliquerat* (*Seeck Regesten* 214) [6]) post cons. Ricomeris et Clearchi *Seeck Regesten* 72

1 perhorrescunt] *M Iust.*, perhorrescant *NG* 2 cogentur *M* datā *N* XV *om. Iust.* 4 si quicumque ... meruerint] *NM*, quicumque ... meruerit *G* 13 *c.* 3 *Haenelius recte huic titulo restituit propter rubricam mutilam in Appendice praemissam* de officium com (*sic uacuo spatio relicto*) omnium martinum *Mont.* a sublimitate tua edi] *Gothofredus*, a sublimitate tuae *Ott. Mont. Par. n. a.* 1651, ad sublimitatae tua edi *Par.* 4419, ad sublimitatem tuondi (tuendi *Par.* 4406) *E Par.* 4406 non minus] nomminus *Ott. Mont.*, nominis *Par.* 4419 15 iuliano ... conss.] et aureliano *Par. n. a.* 1651 salutio *Par.* 4419 17 dixit *om. G* ut] et *G* 18 neque] nullus *G* comes *N* prestabit *G* seu] siue *G* 20 uu. cc. *om. NM* 25 suis] *Iust.* (*R*), sunt *Iust.* (*C*), *om. Iust.* (*PL*)

*tates: emancipationes quoque legibus celebrare et omnia quae ad iurisdictionem rectoris prouinciae pertinent actitare, praecipere dignata est pro dispositione uestrae celsitudinis praefatas huiusmodi sollicitudines peragendi habere licentiam.* DAT. PRID. ID. OCT. CONSTANTINOPOLI HIERIO ET ARDABVRE CONSS. a. 427

## [XXVI] DE MODO MVLTARVM QVAE AB IVDICIBVS INFLIGVNTVR

1 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO PP. *Illustres uiros praefectos praetorio usque ad quinquaginta librarum auri multas, cum peccatum grauissimum erit, sinimus peruenire.* DAT. VIII ID. IAN. GRATIANO V ET THEODOSIO AA. CONSS. a. 380

2 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD PRAETEXTATVM PP. *Multarum seuera compendia aerario nostro protinus esse quaerenda nullus ignoret, nisi ipse iudex id, quod ad poenam admissi facinoris exculpitur, uel publicis operibus uel cursui publico uel aliis necessariis causis specialiter deputauerit.* DAT. V ID. SEPT. AQVILEIAE RICOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 384

3 [1]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE PP. *Eos qui ordinario prouincias iure moderantur, erga eorum personas, quos culpa reddit obnoxios, ultra duarum unciarum auri*
1 *multam condemnare non patimur. Proconsularem uero potestatem, si multandi necessitas imminebit, senarum unciarum auri summa cohibebit: in qua forma etiam comes Orientis*
2 *atque praefectus Augustalis erit. Ceteri uero spectabiles iudices et qui uice uestra administrationis gubernacula susceperunt, ultra tres auri uncias sibi intellegant licentiam denegandam.*
3 *Id quoque obseruandum a moderatore esse censemus, ut in unius correptione personae, si ad id continuatio peccati impulerit, trinae tantum in annum condemnationis sub praestituta*
4 *summa seueritas exseratur. Quod si quis praedictum modum excesserit, huius auctor admissi condemnato ad dupli restitutionem, fisco uero nostro ad inferendam eam quantitatem, quam*
5 *multae nomine inflixerit, retinebitur. Nec tamen ad huiusmodi legis moderationem pertinere se credant, qui in peculatibus aut manubiis, id est depraedationibus concussionibus furtis atque aliis flagitiis, quae coerceri seuerius conuenit, fuerint deprehensi, scilicet ut scripta per*
6 *iudices memoratos, in cuiuslibet fuerit dirigenda dispendium, sententia proferatur. Nec putent factu facile esse, ut aut praecipiti persuasione condemnent, quem culpa non ingrauat, aut erubescenda uarietate iudicii pro arbitrio proprio immutandum esse quod lex iusserit, nisi paupertas condemnati hoc persuaserit.* DAT. XII KAL. SEPT. THEODORO CONS. a. 399

## XXVII DE EPISCOPALI DEFINITIONE[2])

1 IMP. CONSTANTINVS A. Iudex pro sua sollicitudine obseruare debebit, ut, si ad episcopale iudicium prouocetur, silentium accommodet et, si quis ad legem Christianam negotium transferre uoluerit et illud iudicium obseruare, audiatur, etiamsi negotium apud iudicem sit inchoatum, et pro sanctis habeatur, quidquid ab his [3]) fuerit iudicatum: ita tamen, ne usur-

26 *r.* 1—3 *supplet Iust.* 1, 54 *r.* 4—6: 27 *r.* 1. 3 *Sirmondianae collectioni subiunctae sunt, utraque cum hac praescriptione* lex de theodosiano sub titulo XXVII de episcopali definitione *in Berolinensi Phillipps* 1745 (*quae in hoc codice resecta sunt uel euanuerunt, explet Paris.* 1452 *illius apographum*)

[1]) *de iungendis cf. ad* 3, 1, 8 [2]) *cf. Iust.* 1, 4 [3]) episcopo?

4 ardaburio *Iust.* (*Hal.*) 19 uestrae *Iust.* 21 correctione *Iust.* 29 facile *Iust.* (*Hal.*), factum *Iust.* (*pLCR*) 33 imp. ... 34 christianam] *Paris.; in Berol. mutilato non extant nisi* 33 ut si — modetur — christi***m ad episcopale iudicium] *Paris.*², ereasa ad aepost *Paris.*¹ 35 audiatur] *Berol.*, [audi]etur *Paris.* 36 sanctis] *Paris., euanuit in Berol.*



petur in eo, ut [1]) unus ex litigantibus pergat ad supra dictum auditorium et [2]) arbitrium suum enuntiet. Iudex enim praesentis causae integre habere debet arbitrium, ut omnibus accepto latis pronuntiet. DAT. VIIII KAL. IVLIAS CONSTANTINOPOLI [3]) A. ET CRISPO CAES. CONSS. a. 318?

2 [4]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PPO. *Si qui ex consensu apud sacrae legis antistitem litigare uoluerunt, non uetabuntur, sed experientur illius (in ciuili dumtaxat negotio) arbitri more residentis sponte iudicium. Quod his obesse non poterit nec debebit, quos ad praedicti cognitoris examen conuentos potius afuisse quam sponte uenisse constiterit.* DAT. VI KAL. AVG. MNYZO HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

3 [5]) IMPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. THEODORO PPO. Episcopale iudicium sit ratum omnibus, qui *se* audiri a sacerdotibus adquieuerint [6]). Cum enim possint priuati inter consentientes etiam iudice nesciente audire, his licere id patimur, quos necessario ueneramur [7]) eamque illorum iudicationi adhibendam esse reuerentiam, quam uestris deferri necesse est potestatibus, a quibus non licet prouocare. Per publicum quoque officium [8]), ne sit cassa [9]) cognitio, [definitioni exsecutio tribuatur. DAT. ID. DEC. BASSO ET PHILIPPO CONSS.] a. 408

## [XXVIII DE DEFENSORIBVS SENATVS]

1 [10]) [*I*]MP. CONSTANT*I*VS A. AD SENATVM. Mandanda defensio sit his, quorum fides probabil*is* aestimatur, ut in singulis quibusque prouin[*c*]iis obsistant, ne quid contra morem atque iustitiam aut conpe[*t*]entem pensionum modum a senatoribus postuletur; praeser[*t*]im cum ea tantum solui oporteat, quae uel in delegatione manu nostrae mansuetudinis adnota*n*t*u*r uel *a* praefectura pro rerum necessitatibus postulantur. DAT. V NON. MAI. [11]) TAVRO ET FLORENTIO CONSS. a. 361

2 [*IM*]PP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD CLEARCHVM VIC(ARIVM) ASIAE. Habeant senatores [*p*]otestatem deligendi ex corpore suo singulos uel binos per singulas quasque prouincias, [*q*]ui omnium patrimonia optentu sui ac munitione defendant, de[*p*]ensae quoque capitationis releuatione. Nam commodum principale [*d*]iualis Iuliani, quod ad solos decuriones per gratiam iudicum per[*u*]enisse dicitur, non ad curiales tantum, sed ad cunctarum lassas [*g*]entium utilitates iubemus communi lege transire. DAT. PRID. NON. MAI. [12]) NIC(OMEDIAE) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

3 [*IMP*]PP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD VINDAONIVM MAGNVM PV. Quoti[*e*]*n*s fiscalium functionum dispositio tractatur, absente senatus [*d*]efensore nihil sibi prae-

*ad* 27, 1. 3 *Berol. Phillips* 1745: 27, 2 *supplet Iust.* 1, 4, 7: *ad* 28 *T* (*uncinis inclusa in T perierunt*): *ad* 28 *r. Br.* (*NMG*), *u. infra*

[1]) si *ins.*? [2]) ei? [3]) Constantinopoli] *fuerit* ipso, *mutatum deinde in* Constantino (*Seeck*) [4]) *unam pluresue constitutiones ante c.* 3 *intercidisse colligitur ex explanatione rubricae c.* 3 *praemissa* (*u. i.*): hoc ualidior, quia omnibus posterior est [5]) *Iust.* 1, 4, 8: *de iungendis cf. ad* 9, 40, 16 [6]) elegerint *Iust.* [7]) cum ... ueneramur *om. Iust.* [8]) per iudicum quoque officia *Iust.* [9]) episcopalis *ins. Iust.* [10]) *de iungendis cf. a.* 1 1, 6, 1 [11]) Gyfyrae *ins. leges iungendae* [12]) Mart.?

2 renuntiet] *sic codex* 9 *c.* 3 *haec praemittitur rubrica:* item lex alia (alias *Berol. teste Mo.*) de theodosiano sub titulo XXVII de episcopali definitione et hoc ualidior, quia omnibus posterior imppp. *euanuerunt in Berol., item* odoro ppo. 10 se] *edd., om. liber* 11 audiri *liber* 14 *in* cognitio *desinit liber:* definitioni *sqq. supplet Iust.* 15 de o. d. senatorum *index Paris.* 4413 (*u. Additamentum* I): *in T Vesme haec legere sibi uisus est* de def-or-us 16 constantinus *T* probabiles *T* 18 pensionum *uel* pensionem *T* 19 delatione $T^a$ adnotatus *T* (*uel* $T^a$?) 20 a] ad *T* (*uel* $T^a$) 22 *ad* habeant *seqq. pertinet explanatio rubricae indicis Paris.* 4413: ipse eligebat alios senatores singulos uel binos per singulas quasque prouincias 24 opteotu sui $T^b$, opte et usui $T^a$ defendant] defetiudant $T^a$: *supra* ti *adscripta est* n, tiu *an deletae sint, dubium est* depensae] *Vesme*, de*ense $T^a$, dexensae $T^b$ 25 principalem [d]iualis *T* 29 Vindalonius (*Graece* Ουινδαθνηος) *appellatur in fastis Constantinop.* (*Chronica min.* I 242)

sumant uel curiales uel iudices ordi[*n*]are, ne quid contra commodum coetus amplissimi iustitiae [*r*]atione despecta temerariae usurpationis decernat audacia: [*c*]um etiam hanc licentiam defensoribus dederimus, ut, si forte in [*c*]ontumeliam senatus diualis fuerit forma neglecta, referre fes[*ti*]nent. DAT. IIII KAL. IVN. ANTIO*CHIAE* VALENTE V ET VALENTINIANO AA. CONSS. a. 376

4 [1])[*IMP*]PP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. AVRELIANO PV. Defensores senatorum [*p*]er prouincias constitutos suscepti officii tenere conuenit [*li*]bertatem. Qua de re si quando ab ordinario cognitore priuile[*gi*]a amplissimi ordinis deteruntur ac renitendi sibi copia de[*n*]egatur, ad nos referre non dubitent, ne singulorum diffiden[*ti*]a cunctorum crescat iniuria. DAT. III KAL. MART. CONSTANTINOPOLI *T*HEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VC. CONSS. a. 393

## [XXVIIII] (*Br.* VIIII) DE [DEFENSORIBVS CIVITATVM][2])

1 [*IMP*]P. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD PROBVM PPO. Admodum utiliter edimus [3]), [*ut*] plebs omnis Inlyrici officiis patronorum contra potentium [*d*]efendatur iniurias. Super singulas quasque praedictae dioeceseos ciuitates aliquos idoneis moribus, quorumque uita ante acta lau[*d*]atur, tua sinceritas ad hoc eligere curet officium, qui aut prouin[*ci*]is praefuerunt aut forensium stipendiorum egere militiam [*a*]ut inter agentes in rebus palatinosque meruerunt. Decurion*ibus* ista non credat: his etiam, qui officio tui culminis uel ordinar[*iis*] quibuscumque rectoribus aliquando paruer*int*, non committat hoc mun[*us*]: referatur uero ad scientiam nostram, qui in quo oppido fuerint ordinati. DAT. V K. MAI. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

2 [4])IDEM AA. SENECAE [5]). Si quis de tenuioribus ac minuscularii s[6]) interpell[an]dum te esse crediderit, in minoribus causis [7]) acta [8]) conficias, scil[i]cet ut, si quando quis uel debitum iustum uel seruum, qui pe[r] fugam fuerit elapsus, uel quod ultra delegationem dederi[t] postulauerit uel quodlibet horum [9]) tua disceptatione rest[itu]as: ceteras uero, quae dignae forensi magnitudine uideb[un]tur, ordinario insinuato rectori. ET CETERA. DAT. V KAL. IVL. TYR[—] VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365?

3 [10])IDEM AA. AD PROB*VM* PPO. Cum multa pro plebe a nobis studiose sta[*tu*]ta sint, nihil prouidisse nos credidimus, nisi defensor[*es*] idoneos dederimus. Igitur non ex decurionum corpore, [*sed*] ex alio, uidelicet ex administratoribus, qui uel consulares f[*ue*]rint administratione uel praesides, aut ex palatinis uel ag[en]tibus in rebus uel his, qui principatus culminis uestri uicarior[um]que gesserunt, uel ex scholasticis huic officio deputentur. DAT. [III] NON. NOV. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 368? 370? 373?

4 IMPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PPO. Qui ex schola a[*gen*]tum in rebus sedis [11]) culminis uestri munere principatus n[*os*]tro quodammodo nomine [12]) paruerint, inter ceteros hon[*ora*]tos iussione nostra diuersarum urbium plebibus constit[*uan*]tur patroni, ita ut, si quos ex his auctoritas tua putauerit el[*igen*]dos, eadem his tutela mandetur:

*T*

1) *de iungendis cf. ad* 1, 1, 3  2) *Iust.* 1, 55  3) edicimus *Haenel*  4) *Iust.* 1, 55, 1: *iunge* 8, 15, 4  5) defensori *addit Iust.*  6) rebus *ins. Iust.*  7) id est usque ad L solidorum summam *ins. Iust.*  8) iudicialia *ins. Iust.*  9) huiusmodi *Iust.*  10) *Iust.* 1, 55, 2 *mutata*  11) sedi *Mommsen*  12) numini *Mommsen*

3 [c]ontumelia *T*  4 antiochiae] antio *T*  6 defensoris *T*?  8 de[n]egatus $T^a$  9 ne] nec $T^a$  11 de def. ciu.] *NMG ante c.* 6: *fere incertus T*  13 ut] *Vesme*, ** *T*  inlyrici *T*  iniuria *T*  14 dioceseos *T*  17 decurionibus] *Vesme*, decuriones *T*  18 paruerit *T*  comitat $T^a$  uero ad] uera $T^a$, uerad $T^b$  21 seneces $T^a$, senecaes $T^b$  tenioriba ac $T^a$  25 XV k. ian. *Iust.* (*Hal.*)  26 tyr[—] *T*, terici *Iust.* (*Hal.*), *om.* 8, 15, 4  27 probum ppo.] *Iust.*, proppo. *T*  28 curionum $T^a$  31 colasticis $T^a$  III] *Iust.*, [—] *T*  chola $T^a$  35 honoratos] *Vesme*, hon[—]tus *T*  36 eligendos] *Vesme*, el[—]dos *T*  edem $T^a$



ab his aut[*e*]m [1]) eos repraese[*ntet*] inmunes. DAT. VIII ID. NOV. TREV(IRIS) VALENTINIANO ET VALENTE II AA. CONSS. a. 368?

5 [2])IDEM AAA. AD SENATVM. Utili ratione pros*pec*tum est, ut innocens [*et*] quieta rusticitas peculiaris patrocinii [3]) beneficio fruatu[*r*] [4]), ne forensis iurgii fraudibus fatigata, etiam cum ultionem po[*s*]ceret, uexaretur, dum aut auarior instruitur aduocatus aut obse[—] [5]) liminis maioribus princeps praemiis exoratur, dum acta ab exceptoribus distrahuntur, *d*um commodi nomine ampli[*us*] ab eo qui uicerit intercessor exposcit, quam redditurus es[*t*] ille qui fuerit superatus. Hoc fieri dignitas non patitur se[*na*]toris, sed exortas contentiones cita definitione conpe[*scit*]: nam erepta perperam amota dilatione restituit. Ordin[*aria*] sine dubio rectoris habeatur auctoritas, quae meliore i[*n*] bonos condicione retinetur: nam ille patitur humani cru[*o*]ris horrorem, hic innoxiam sibi uindicat potestatem. DAT. IIII *ID. AVG. HIERAPOLI VALENTINIANO ET VALENTE AA. IIII CONSS.* a. 370. 373?

5a IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIANVS AAA. THEODORO DEFENSORI CIVITATIS. *In defensoribus uniuersarum prouinciarum erit administrationis haec forma et tempus quinquennii spatii metiendum: scilicet ut imprimis parentis uicem plebi exhibeas, descriptionibus rusticos urbanosque non patiaris adfligi, officialium insolentiae, iudicum procacitati salua reuerentia pudoris occurras, ingrediendi, cum uoles, ad iudicem liberam habeas facultatem, superexigendi damna uel spolia plus petentium ab his, quos liberorum loco tueri debes, excludas nec patiaris quicquam ultra delegationem solitam ab his exigi, quos certum est nisi tali remedio non posse reparari.* DAT. XI [6]) NON. IAN. CONSTANTINOPOLI ARCADIO ET BAVTONE CONSS. a. 385

6 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. EVSIGNIO PPO. Hi potissimum constituantur defensores, quos decretis elegerint ciuitates. Quod si quis ad locum defensionis ambitione peruenerit, confestim eum sinceritas tua reiectum quinque libras auri fisci utilitatibus cogat inferre. DAT. [7]) VIII K. FEB. POST CONSVLATVM HONORII NP. ET EVODII VC. a. 386. 387

INTERPRETATIO. Hi instituantur ciuitatum defensores, quos consensus ciuium et subscriptio uniuersorum elegisse cognoscitur. Quod si quis defensorum ad hanc rem cupiditate propria, non interueniente decreto peruenisse probabitur, pro hac praesumptione quinque libras auri fisco inferre cogatur.

7 [8])IDEM AAA. POTAMIO PRAEFECTO AVGVSTALI. Defensores nihil sibi insolenter, nihil indebitum uindicantes nominis sui tantum fungantur officio; nullas infligant multas, nullas [9]) exerceant quaestiones: plebem tantum [10]) uel decuriones ab omni inproborum insolentia et temeritate tueantur, ut id tantum, quod esse dicuntur, esse non desinant. DAT. III NON. MART. [11]) CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. II ET RVFINO VC. CONSS. a. 392

*T* (*desinit in* 11 dat. IIII): *c.* 5 *supplet Iust.* 1, 55, 4: *ad c.* 6. 7 *Br.* (*NMG*)

1) ab aliis autem honoribus *uel similia requiruntur*  2) *usque ad* 4 fruatur = *Iust.* 1, 55, 3  3) id est defensoris locorum *ins. Iust.*  4) ut apud eum in pecuniariis causis litigandi habeat facultatem *addit Iust.*  5) obsessor *Mommsen*  6) *numerus corruptus*  7) *ex consulatus denominatione constitutionem datam esse anno* 387 *colligitur, VIII k. Feb. autem a.* 386 *fortasse cum litteris praefecti ad nescio quem prouinciae praesidem peruenisse*  8) *Iust.* 1, 55, 5  9) nullas] seueriores non *Iust.*, *cf. p.* 46 *not.* 7  10) tantum *om. Iust.*  11) Mai. *Gothofredus*

3 prospectum] *Iust.*, prosecutum *T*  quitas $T^a$  5 obse* (s *uel* g) [—] *T*  6 dum comm.] *Mommsen*, et dum comm. *T*  8 definitionem $T^a$  9 conpescit] *Vesne*, conpe— *T*  amotam $T^a$  ordinaria] *Vesme*, ordin— *T*  10 in] *Vesme*, i* *uel* i— *T*  11 id. ... 12 conss. *ex Iust. restituta sunt*  12 IIII aa.] *ita scripsi propter locum, quo constitutio data est:* utrisque II *Hal. in Iust.*, *quae uereor ne propter antecedentis constitutionis diem suppleuerit, praesertim cum formula* utrisque *ab Iustiniano Codice aliena sit*  22 euxinio *G* hii *NG*  23 quos] quis $G^a$  ciuitatis *MG*, ciuitatum *N*  24 eum *om. G*  reiectum *om. G*  25 cogatur $NG^a$  np.] nobp *M*, nobpo *N*, aug. *G*  et *om. G*  euuodi *N*, pratebi *G*  uc.] *G*, uu. cc. *N*, uc. conss. *M*  30 aaa.] a. *M*, augg. *N*  33 ut] *NG Iust.*, et *M*  desi**ant $N^a$  34 III] IIII *G*  const. arc.] co͞ntuo pachadio *N*, contemp. arc. *G*  a.] II aug. *N*, II *G*  uc.] uu. cc. *N*, *om. MG*

INTERPRETATIO. Defensores secundum suum nomen curiam uel plebem sibi commissam cum omni iustitia et aequitate defendant; nullum de innocentibus aut condemnare aut uerberare praesumant.

8 [1]) IDEM AAA. TATIANO PPO. Per omnes regiones, in quibus fera et periculi sui nescia latronum feruet insania, probatissimi quique et districtissimi defensores adsint disciplinae et cotidianis actibus praesint, qui non sinant crimina inpunitate coalescere. Remoueantur patrocinia, quae fauorem reis et auxilium scelerosis inpertiendo maturari scelera fecerunt. DAT. V ID. APR. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. II ET RVFINO VC. CONSS. a. 392

INTERPRETATIO. Per omnes prouincias tales pro studio disciplinae iudices ordinentur, ut cum omni sollicitudine in reos et latrones, remotis potentum patrociniis, districtionem debitam exercere non differant, ne per neglegentiam suam aut uenalitatem crimina, quae debent puniri, proficiant.

9 [2]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. CAECILIANO PPO. *Defensores ita praecipimus ordinari, ut sacris orthodoxae religionis imbuti mysteriis reuerentissimorum episcoporum nec non clericorum et honoratorum ac possessorum et curialium decreto constituantur: de quorum ordinatione referendum est ad illustrissimam praetorianam potestatem, ut litteris eiusdem*
1 *magnificae sedis eorum solidetur auctoritas. Quod si quid a qualibet persona contra publicam disciplinam in laesionem possessorum fieri cognouerint defensores, referendi habeant potestatem ad illustres et magnificos uiros praefectos praetorio et illustres uiros magistros equitum et peditum, magistros etiam officiorum et comites tam sacrarum largitionum quam rerum priuatarum.* DAT. XV K. FEBR. RAVENNAE HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

## [XXX] DE CVRATORIBVS CIVITATVM

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

1 IDEM AA. AD MODESTVM PPO. *Procuratores rei publicae actionibus publicis debere uti non uenit in dubium.* a. 370—371

## [XXXI] DE ADMINISTRATIVNCVLIS INTRA VRBEM

1 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
tuis adnitentibus reformetur. Volumus enim eum morem sicut in omnibus etiam in hac administratione durare, quem priscorum uirorum prouidentia consiliumque firmauit, neque aliquid, *quod* ex sollemnitate eius procurationis et honesta consuetudin*e* manarat, inuidentium studiis derogari. DAT. IIII K. MART. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365?

2 [4]) [I]DEM AA. AD OLYBRIVM PV. Vetustate consuetudinis ius [5]) titulo aliquid lucelli minusculi intra urbem administrationum officii*s* fuerat adtributum: sed de cetero omn*i*s haec

29, 9 *supplet Iust.* 1, 55, 8: 30 *r.* 31 *r. extant in indice Paris.* (*Additamentum I*): 30, 1 *supplet Iust.* 10, 32, 30: *T* (*incipit u.* 20)

[1]) *Iust.* 1, 55, 6 [2]) *iunge* 9, 40, 9. 14, 3, 9. 14, 5, 1 [3]) iusto?

4 aaa.] a. *M*, aug. *N* nestia *N* 5 feruet] ferunt *N* quoque *M* et] *M Iust.*, atque *NG* destrictissimi *M* 6 impunita Paris 4405 *Iust.* coalescere] uel (*del. G*[b]) coadolescere uel conualescere *G* remouantur *M*, remoueant *Iust.* 7 qua *M*[a] feruorum *Iust.* insertiendo *N* 8 VI *G* id. ... conss. *om. G*[a] a. *om. M* uc.] uu. cc. *N*, *om. MG*[b] 26 *sq.*: *titulo XXXI c.* 1 *et* 2 *quae in T titulo XXXII praecedunt recte subditos esse colligitur ex explanatione huic titulo in indice Paris. adscripta hac:* qui seruabant pse(?)lep—ta quod in arbitrio dantur non in potestates accipientium *sumpta pro parte ex c.* 2 (*p.* 47, 9) 30 quod] *Vesme*, *om. T* consuetudinem *T* 33 officii *T* omnes *T*



dandi [*a*]ccipiendique consuetudo desistat, ut omnino de usu id quod [*u*]ocatur formale tol-
1 latur. Sit sane in arbitrio dant*i*um, non [*i*]n potestate accipientium, an aliquid his administrati [*s*]ingulis uelint pro sumptuum consider*atio*ne largiri: quod [*s*]i quemquam hac causa dedisse aliquid inuitum nec ad iudi[*c*]ium detulisse constiterit, public*a* continuo seueritas non *mi*nus in dantem quam in accipientem uehemens ex*e*ratur. [*D*]AT. PRID. NON.[1]) APRIL. TREV(ERIS) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 368? 370?

## XXXII DE CVRATORIBVS CIVITATVM

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD GERMANIANVM. *Magistratus conficiendorum actorum habeant potestatem.* DAT. XIII K. IAN. GRATIANO NP. ET DAGALAIFO CONSS. a. 366

## [XXXIII] [*D*]E PROCVRATO[*RIBVS* . . . . . . . .]

1 [2]) [IM]P. CONSTANTINVS A. AD FELICE*M*. Procuratores rei priuatae [*ba*]fii et gynaecei, per quos et priuata nostra substantia tenua[tu]r et species in g*ynae*ceis confectae conrumpuntur, in ba[fi]is etiam admixta temeratio inquin*a*tae naeuum adluuionis [a]dducit, suffragiis per qu*ae* memoratas administratio[*n*]es adipiscuntur abstineant, uel si contra hoc fecerint, [*n*]umero ciuium Romanorum exempti [3]) gladio feriantur. DAT. [*] K. NOV. AQVIL(EIA) [4]) DALMATIO ET ZEN*O*FIL*O* CONSS. a. 333

2 [5]) [*IMP*]PP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD HESPERIVM PROCONSVLEM [A]FRIC(AE). Officiis rerum salutisque uolumus propositum esse [*d*]iscrimen, quod non ambigant per se domus nostrae co[*np*]ensanda esse dispendia, nisi eiusmodi fideiussoribus da[*ti*]s administratores admiserint, quorum sint idoneae fa[*cu*]ltates, ad quas facta recursu iact*u*ram declinare [*p*]ossumus, si quid in detrimentum rei priuatae nostrae [*ad*]ministratorum fraus et auaritia commiserint. DAT. VIII [*ID.*] IVL. TREV(IRIS) [6]) P(OST) C(ONSVLATVM) VALENTIS V ET VALENTINIANI AA. a. 377

3 [*IDEM AA*]A. AD EVCHERIVM C(OMITEM) S(ACRARIVM) L(ARGITIONVM). Qui[*c*]umque in largitionibus nostris quo[*c*]umque nomine atque apparitione procurans nanctus fue[*ri*]t administrationem ratiociniis obnoxiam, primum ma[*x*]ime idoneis satisdatoribus datis adfectatum munus incipiat: de*in*de *intra* triginta dies in his *the*sauris qui negotii sunt minoris, intra quinquaginta autem in his qui maiorum sunt chartas et ratiocinia cuncta restituat: plane conscriptum susceptoribus tradat, quid susc*ep*erit, quid erogauerit, quid in thesauris conditum manet. § 1. Quamuis autem ilic*o* tradi suscepta conueniat, tamen quoniam quibusdam casibus potens pr[*aes*]criptum [7]) et pecuniam minorem intra triginta dies, cetera intra quattuor menses, quae in conditis esse oportet, success[*o*]ri qui aduenerit adnumerari conueniet. Quod si tan-

*T* (*desinit* in u. 33): 32 *om. T*: 32 *r. extat in indice Paris.* (*cf. Addimentum* I): 32, 1 *supplet Iust.* 1, 56, 2?

[1]) III non. 14, 5, 1, III id. 9, 40, 9, III k. 14, 3, 9 [2]) *Iust.* 11, 8, 2 [3]) numero c. R. exempti *om. Iust.* [4]) Aquis (*Vesme, cf.* 1, 2, 6)? [5]) *Seeck iungit* 5, 13, 5 [6]) *periit dies, quo accepta est constitutio, data est anno* 376 [7]) *nonnulla uidetur periisse*

2 dantium] dantur *Paris.*, dantum *T* administratione *T*[a] 4 publico *T* 5 exaratur *T* triu. *T* 7 de procuratoribus ...] *Vesme in T legere sibi uisus est* de— et met— *et ope Iust.* 11, 7. 8 *restituit* de [procuratoribus gynaecei] et met[allorum] 10 felice *T uel T*[a] 11 genicaeis *T* 13 inquinitae naeu. adl. [a]dducit *T*, naeu. add. inquinatae adl. *Iust.* quem *T* 14 abstineant *ante* 11 per *collocat Iust.* 15 glaudio *T*[a] 15 zenone filio conss. *T* 20 administratore *T*[a] idonea *T*[a] iactaturam declinarem *T* 21 possimus *Vesme* 22 id] ** *T*: *litterae secundae frustula* (*in apographo errore omissa*) *ducit ad* id. 23 ual(entini)ano *T* 25 apparitione] *T*[b], apparitiones *T*[a] 27 intra] *Vesme*, *om. T* thesauris] *Vesme*, quisauris *T* 29 susceperit] *Vesme*, sustenerit *T* 30 ilicon *T* 31 potens] *T*[b], protens *T*[a] praescriptum] *Vesme*, p*(r?)—scribtum *T* et] est *Vesme*

tulum aliquid repperietur etiam[1]) per eum qui decedit fuisse dil[*a*]tum, specie honoris exactus[2]) exauctoratusque omni pristin[*a*] dignitate uerberum supplicia digna et pro moribus torme[nta] sustineat, eo usque deformia et pudenda passurus, donec omn*i*s integritas largitionum
2 nostrarum conditis infera[*tur*]. Quae condicio ad procuratores textrinorum et monetario[rum] et uectigalium pr*a*epositos pertinebit. DAT. IIII K. APRIL. TR[*IV*](ERIS) GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS. a. 377

4 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD ARBORIVM COM(ITEM). Qui ex app[*aritione pa*]latina tuae sinceritatis actibus obsecundant, in speculis e[*sse*] curabunt, *ut*, ubi quis eam administrationem, quae praede [*in*]diget, sortiatur, nequaquam sponsorem decurionem offe[*rens*] audiatur. DAT. V NON. MAI AVXONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

5 [3]) IDEM AAA. AD EVSIGNIVM PPO. Cum procuratores metallorum i[n]tra Macedoniam Daciam mediterraneam Moesiam seu [Dar]daniam soliti ex curialibus ordinari, per quos sollemnis pr[o]fligetur exactio, simulato hostili met*u* huic se necessita[ti] subtraxerint, ad inplendum munus retrah*a*ntur, ac nulli de[*in*]ceps licentia laxetur prius indebit*a*s expetere dignitate[s], quam subeundam procurationem fideli sollertique exac[tio]ne conpleuerint. DAT. IIII K. AVG. MED(IOLANO) HONORIO NP. ET EVODIO VC. CONSS. a. 386

6 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. CYNEGIO PPO. Procurato[*res*] nostri perfectissimatus honore donati ab iniuriis uin[*di*]centur, ita ut his et introeundi secretarium ordinarior[*um*] iudicum pro suggestionum opportunitate facultas plen[*a*] seruetur. DAT. PRID. K. IAN. THESSAL(ONICAE) VALENTINIANO A. III ET EVTROPIO CONSS. a. 388

7 IDEM AAA. CYNEGIO PPO. Nec consuetudinis putamus esse nec [*le*]gis alicuius, ut procuratores domorum nostr*a*rum uoc*e*ntur ad instaurationem operum publicorum. PP. B*E*RYTO THEODOSIO A. II ET CYNEGIO VC. CONSS. a. 389

8 [4]) IMPP. THEODOSIVS ET ARCADIVS AA. ACACIO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. *Priuatae uel linteae uestis magistri, thesaurorum praepositi uel baphiorum ac textrinorum procuratores ceterique, quibus huiusmodi sollicitudo committitur, non ante ad rem sacri aerarii procurandam permittantur accedere, quam satisdationibus dignis eorum administratio roboretur: scituri nec prosecutorias quidem sacras posthac sibimet postulandas.*[5])

## [XXXIIII] DE PRIMICERIIS

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## [XXXV] (*Br.* XI) DE ADSESSORIBVS DOMESTICIS ET CANCELLARIIS[6])

1a IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM PV. *Praesides non per adsessores, sed per se subscribant libellis. Quod si quis adsessori subscriptionem inconsultis nobis permiserit, mox*

*T* (*desinit in u.* 23): 33, 8 *supplet Iust.* 11, 8, 14 : 35 *r. extat in Br.* (*NMG*) : 35, 1[a] *supplet Iust.* 1, 51, 2

1) etiam *del.* 2) exutus *Haenel* 3) *Iust.* 11, 7, 4 4) *iungenda* 8, 7, 23? 5) Dat. kal. Iul. Nicomediae dd. nn. Theodosio XII et Valentiniano II AA. conss. (a. 426) 8, 7, 23 6) *Iust.* 1, 51

1 fuisset *T* 3 omnes *T* 4 monitario[rum] *T* propositus *T* 8 apparitione palatina] *scripsi*, appalatina *potius quam* app—latina *T* 9 ut ubi ... sortiatur] ubi ... sortietur *Iust.* praedae *uel* praedam *T* 12 musiam seu [dar]daneam *T* 13 profligatur *Iust.* met huic *T* 14 retrahatur *T* ac] et *Iust.* indebitus *T* 15 subeumdam *T* 17 quynegio *T* 21 nec legis] neg[l]egis *T* 22 nostrorum *T* byrito *T* 29 de primiceriis] *index Paris.* 4413 (*u. Additamentum I*), *ubi additur:* id est senior matricolis 31 adsessoribus] *Appendix cum Iust.*, adsensoribus *M*, assertoribus *N*, accessoribus *G* domesticiis *M*[b], et domesticis *Iust.* 32 cancellariis (ancrilabiis *G*[a])] c. iudicum *Iust.*



*adsessor qui subscripsit exilio puniatur; praesidis uero nomen ad nos referri iubemus, ut in eum seuerius uindicetur.* DAT. XV K. SEPT. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO C. CONSS. a. 320

1b IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE PPO. *Consiliarios iudicum et cancellarios et eos, qui domesticorum funguntur officio, post depositam administrationem quinquaginta*
1 *dies in prouincia residere praecipimus. Pro confesso autem tenebitur, qui accusatus huiusmodi personam subtraxerit; eaque in quadruplum restitui iubemus, quae desiderantur ablata, ut duplum spoliatus accipiat, duplum noster fiscus adquirat.* DAT. VI K. IAN. MEDIOLANI THEODORO CONS. a. 399

1 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. CAESARIO PPO. Si qui iudicum uel ciuem eius prouinciae quam regit uel certe peregrinum consiliarium sibi uoluerit adsciscere, tantum quattuor sibi menses ad retinendum eum, quem ex eadem prouincia sumpserit, tributos esse cognoscat, donec ab aliis euocatum locis suis actibus adhibuerit, ita ut emensis quattuor mensibus crimini detur, si quis ultra hoc tempus consiliarium crediderit retinendum. DATA VI ID. DEC. CONSTANTINOPOLI STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

1c IDEM AA. ET THEODOSIVS A. AD CAECILIANVM VICARIVM. *Domesticus iudicis a publicis actibus arceatur. Quod si necessitatibus publicis sese conuictus fuerit miscuisse, statim eum ad maioris potestatis examen deduci oportet, ut competens in eo uindicta promatur.* DAT. VI ID. APRIL. HONORIO A. VI ET ARISTAENETO CONSS. a. 404

1d IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. SELEVCO PPO. *Nemo in prouinciis, qui semel domestici uel cancellarii ministerium gesserit, ad eandem obseruationem aliqua ambitione iterum remeare concedatur.* DAT. III ID. DEC. RAVENNAE AA. X ET VI CONSS. a. 415

2 [1]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. EVSTATHIO PPO. POST ALIA: Velut castrense peculium filiifamilias adsessores[2]) post patris obitum uindicent, qui consiliis propriis administratores iuuare consueuerunt, si quid licitis honestisque lucris coadunare potuerunt. DAT. X KAL. APR. CONSTANTINOPOLI DD. NN. HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

INTERPRETATIO. Si quis uiuo patre cuiuscumque iudicis consilio adhaeserit, quidquid ex iustis et bonis causis adquisierit, hoc sibi sic uindicet, sicut et ille filius, qui aliquid uiuo patre in armis constitutus acceperit.

3 [3]) IDEM AA. ASCLEPIODOTO PPO. Nullus iudicum ad prouinciam sibi commissam quemquam secum ducere audeat, cui domestici uel cancellarii nomen inponat, nec profectum ad se undecumque suscipiat, ne famae nota cum bonorum publicatione plectatur. Periculo enim primatum officii cancellarios sub fide gestorum[4]) electos iudicibus adplicari iubemus, ita ut post depositam administrationem per continuum triennium[5]) nec militiam deserant et prouin-

35, 1[a] 1[b] 1[c] 1[d] *supplet Iust.* 1, 51, 2—5 : *ad* 35, 2. 3 *Br.* (*NMG*) : 35, 1 *extat in Appendice* 1, 28 (*E Ottob.* 2225 *Montisp.* 84 *Paris.* 4419 *Paris. n. a.* 1631)

1) *Iust.* 1, 51, 7: *iunge* 2, 10, 6 2) etiam *ins. Iust.* 3) *Iust.* 1, 51, 8 4) ex eodem officio *ins. Iust.* 5) per cont. triennium *om. Iust.*

9 quis *Mont.* iudicium *Ott. Mont.*[a] *Paris. n. a.* 1631 ciues *Paris.* 4419 *n. a.* 1631, ciuis *E Ott. Mont.* eius *om. E* 10 reget *E Mont. Paris. n. a.* 1631 peregrinus *E Ott. Mont. Paris.* 4419, peregrinos *Paris. n. a.* 1631 adsciscere (adsciscsiscere *Ott. Mont.*) tantum *om. E* mensis *Ott. Mont.* 11 eum *om. Paris. n. a.* 1631 que *E* ex *om. Paris. n. a.* 1631 tributus *Ott. Mont. Paris.* 4419, tributo se *E* 12 alius *E* ita ut] ita autem *Paris. n. a.* 1631, id autem *Paris.* 4419 emensis] menses *Paris.* 4419 *n. a.* 1631 crimine *Ott. Mont.* 13 retendum *Ott.* VI id.] kld. *Paris. n. a.* 1631 14 stilicono *Paris.* 4419 auriano *Mont.* 22 aa.] aug. *N* eustasio *NG*, ad eustasium *M* ppo.] po. *M* post alia *om. G* castensi *N*[a] 23 adsensores *M* qui] quae *N* 24 adiuuare *G* consueurunt *M*[a], consueuerant *N*[a], consuerunt *G Iust.* (*CR*) condonare *G* potuerunt] *M Iust.* (*CM*), potuerant *N*, potuerint *G Iust.* (*PLR*) X *om. G* 25 dd. nn.] *M*, da. non. *N*, dommo *G* XIII] *M*, a. III *N*, IIII *G* theodosius *G*[a] X aug. *N*, *om. G* 29 aaa. *M* ad] a *N* prouinciam] patrocinia uel prouinciam *G* 30 cui *om. M* 31 se] sec *N*[a]? suscipiant *G*[a] ne] nec *G* fami *N* periculo enim] periculorum *M*, periculum *G* 32 primatum *G Iust.*, primatium *NM* cancellarius *NG* gestarum *N*[a] abplicare *G* 33 post *om. M* depositum *G*[a] contuum *uel* con tuum *G*[a] tricennium *N*

cialibus praesentiam sui exhibeant, quo uolentibus sit accusandi eos facultas. Si enim idonea causa exegerit, ad detegenda iudicis flagitia et quaestioni eos subdi oportet. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. IVN. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

INTERPRETATIO. Omnes iudices euidenter agnoscant nullum in prouincia sibi commissa de eadem, de qua uenit, prouincia uel de alia regione sibi cancellarium uel domesticum fortasse coniungere, nisi qui ei publice ciuium electione fuerit deputatus, ita ut, si postea fuerit iudex ille remotus, is, qui consiliarii uel domestici gessit officium, triennium sub alio iudice de prouincia non discedat, ut, si quis accusator fortasse extiterit, reddat accusantibus rationem. Et si forte facta iudicis usquequaque celare uoluerit, subdatur publicae quaestioni.

4 [1]) IDEM AA. AD TAVRVM PPO. *Si post depositam administrationem iudicum pvaesentiam uel exhibitionem domesticorum querimonia prouincialium aut curialium uel aliqua publica necessitas postulauerit, per eosdem administratores, quorum domestici fuerint, iudicio legibusque tradantur.* DAT. V NON. IVL. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XIIII ET MAXIMO CONSS. a. 433

---

*ad* 35, 3 *Br.* (*NMG*): c. 4 *supplet Iust.* 1, 51, 9

[1]) *iunge* 8, 1, 17

---

1 quod *G* facultas *G cum Iust.*, facilitas *NM* 2 exigeret *G* dirigenda *G* iudices $N^a$ 3 iun.] *NMG*, iul. *Iust.* (*Hal.*) asclipiodoto *G* mariano *N* 4 prouinciam sibi commissam *NG* 6 si] *G*, *om. NM* 7 is] uel is *G* triennio *N*

## LIBER SECVNDVS

# I DE IVRISDICTIONE ET VBI QVIS CONVENIRI DEBEAT [1])

1a IMP. CONSTANTINVS A. AD VRSVM. *Ad fiscum pertinentes causas rationalis decidat, omnibus concussionibus prohibendis.* D. NON. FEBR. CONSTANTINO A IIII ET LICINIO IIII CONSS. a. 315

1b [2]) IDEM A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. *Nemo post litem contestatam ordinariae sedis declinet examen, nec prius praefecti praetorio aut comitis Orientis uel alterius spectabilis iudicis imploret auxilium, sed appellatione legibus facta ad sacrum auditorium ueniat.* PP. K. OCT. [3]) BASSO ET ABLAVIO CONSS. a. 331

1 [4]) IMP. CONSTANTIVS A. AD EVSTA*TH*IVM PPO. [5]) Iudices prouinciarum uolumus uim debitae auctoritatis adsumere, ut una actores ceterosque rei priuatae nostrae quae prouinciales teneat disciplina. Sceleratos conuictosque carcer teneat, tormenta dilacerent, gladius ultor interimat. Eo enim modo licentia inueteratae desperationis inhibetur, si intellegant uno sibi ac pari studio uiuendum esse cum ceteris. ET CETERA. DAT. VIII ID. MART. [6]) LIMENIO ET CATVLLINO CONSS. a. 349

INTERPRETATIO. Quicumque in prouinciis iudices ordinati sunt, hoc sibi sciant esse permissum, ut, si aliquos rei dominicae seruos uel colonos reatus inuoluerit, sicuti et priuatos conprehendendi eos et puniendi, ut culpa exegerit nullo contradicente patrimoniorum nostrorum ordinatore habeant liberam potestatem.

1c IDEM A. [7]) AD ITALICVM. [8]) *Si quis aduersus conductorem nostrum aliquid agendum crediderit, uiro illustri comiti rerum priuatarum referri oportet, ne et iudici existimationis et officio eius salutis discrimen immineat.* D. K. FEBR. ... CONSS.

1d IDEM A. AD BVLEPHORVM RATIONALEM SVMMAE REI. *Dominicis colonis et patrimonialibus grauitatem tuam censuimus disceptatricem esse debere. Duces enim et praepositos limitum et castrorum et rectores prouinciarum euocandis et arcessendis colonis abstinere oportet.* D. XVI K. MART. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS. a. 349

---

*ad* 1 *r.* 1. 2 *Br.* (*NMG*): 1, 1a *supplet Iust.* 3, 25, 5; 1b *Iust.* 3, 13, 4; 1c 1d *Iust.* 3, 26, 6. 7

[1]) *cf. Iust.* 3, 13 [2]) *de iungendis cf. ad* 1, 16, 6 [3]) d. k. Aug. pp. k. Sept. Constantinopoli *iungendae* [4]) *iunge* 11, 7, 6 [5]) *sic et* 11, 7, 6 : *re uera fuit c(omes) r(ei) p(riuatae), cf.* 10, 10, 7 [6]) pp. Romae *ins.* 11, 7, 6 [7]) *in Iust. praecedit* imp. Constantinus A. [8]) *cons. Numidiae, cf.* 1, 15, 3 *C. I. L.* VIII 7012. 7013

---

2 iuredictionum *G* et *om G* conuenire *NMG* debeat] prouinciarum uolumenosum *G* 9 constant. *M*, constantinus *NG* ad eustasium *N*, ad ostasium *M*, ad austasium *G*, eusthatio *O* 10 auctoritate *N* actores *AM**, auctores *NM*, auctoritas *G* praeuatae *G* quae] *G*, et quae *M**, qua et *NM* prouincialis $N^b$ 11 teneant *M* disciplina] tormenta disciplinae *G* sceleratos] adceleratos *M* conuinctosque *G* carcere teneant *G* dilacerint *N*, delacterent $G^a$ gladios *N* 12 intrarimat $G^a$ si] sicque *G* 13 par *M* uidendum *M* cum] quam *G*

2 IDEM A. AD TAVRVM PPO. Definitum est prouinciarum rectores in ciuilibus causis litigia
1 terminare, etsi militantes exceperint iurgia uel mouerint. Ne igitur usurpatio iudicia legesque confundat aut iudicibus ordinariis adimat propriam notionem, ad prouinciarum rectores trans-
2 ferantur iurgia ciuilium quaestionum. In criminalibus etiam causis, si miles poposcerit, reum prouinciae rector inquirat: si militaris aliquid admisisse firmetur, is cognoscat, cui militaris rei cura mandata est. DAT. VIII KAL. AVG. MEDIO(LANO) [1]) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS. a. 355

INTERPRETATIO. Etsi ciuilia negotia ad prouinciarum rectores iussimus pertinere, tamen, quotiens criminalis actio intercesserit inter illos qui armis nostris militant atque priuatos, si militans priuatum in iudicio uocauerit, rector prouinciae audiendi et iudicandi habeat potestatem. Si uero priuatus seruientem nobis in armis uel militantem forte pulsauerit, ille causam audiat, ad cuius ordinationem is respicit, qui militat uel arma tenuerit.

3 IDEM A. ET IVLIANVS C. AD TAVRVM PPO. Non solum in agentes in rebus, sed in alios etiam cuiuslibet hominės condicionis conpetentes uigoris aculei exerantur, si modo fuerit declaratum delicto eos obnoxios detineri. Quicumque igitur aliquid inprobe turpiterque conmiserit aut libidinis macula forte polluerit pudicitiam, debet ad eum ultio seueritatis congruae propagari, cum tamen direptionem uideantur esse conquesti, qui grauia testantur admissa; quae obnoxios claruerit inuasisse, in duplum restituere conpellantur. DAT. ET ACCEPTA VIII KAL. OCTOB. CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO C. II CONSS. a. 357

INTERPRETATIO. In omnibus personis, quas etiam praesentiae nostrae dignitas comitatur, hanc uolumus obseruari sententiam, ut, si quis cuiuscumque pudicitiam uiolauerit, poenam statutam iure suscipiat, et quicumque direptionem admiserit, in duplum uiolenter praesumpta restituat.

3a IDEM A.[2]) AD TAVRVM PPO. *Cum aliquid colonus aut seruus rei priuatae nostrae contra disciplinam publicam adseratur perpetrare, ad iudicium rectoris prouinciae uenire cogendus est, sic uidelicet, ut praesente rationali uel procuratore domus nostrae inter eum et accusatorem causa tractetur et, si facinus fuerit adprobatum, iuris seueritas exseratur.* D. V NON. MART. SIRMI DATIANO ET CEREALE CONSS. a. 358

4 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD TERENTIVM CORRECTOREM TVSCIAE. Actor rei forum sequatur, ita ut, si senatores aliquid a prouincialibus poscunt, eo qui prouinciam reget cognitore confligant. Si uero prouincialis non suscipiat, sed inferat actiones, praefecto urbi disceptante decertet. DAT. KAL. DEC. MEDIOL(ANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

INTERPRETATIO. Si quis alium crediderit lite pulsandum, apud prouinciae illius iudicem, ubi is habitat quem pulsat, negotium suum nouerit proponendum.

4a IDEM AA. AD FESTVM PROCONSVLEM AFRICAE. *Vbi aut uis facta dicitur aut momentaria possessio postulanda est, ibi loci iudicem aduersus eum qui possessionem turbauit conuenit iudicare.* DAT. VIII K. IAN. GRATIANO NP. ET DAGALAIFO CONSS. a. 366

5 IDEM AA. AD FELICEM VIC(ARIVM)[3]) MACEDONIAE. Si quis rem nostram coeperit lite pulsare, rationali praesente confligat: quo defensante et controuersia omnis agitetur et iudex

*Br.* (*NMG*): 3a *supplet. Iust.* 3, 26, 8, *c.* 4a *Iust.* 3, 16, 1

[1]) *Messadensi hoc die Constantius fuit secundum* 11, 30, 25 [2]) *cf. p.* 53 *n.* 6
[3]) u. c. consularem *Seeck collatis* 5, 15, 1[6] *et Consult.* 9, 7

1 a] aa. *N* ppu. *G* est] est ut *N* rectoribus *M* 2 milantes *N* mouerent *N* legisque *N* 3 notionem] ordinationem *G* 4 miles] *M**, milis *NM*, militaris *G* reum] rem *G* 5 militares *N* firmatur *M* 6 curam *M* VIII *N* lolliano] *N*, iuliano *M*, tulliano *G* 12 c.] consul *G*, clarum *N* in *om. G* aliis e. c. hominibus *G* 13 condictiones *N* conpetens *M* uigores *N* 14 delecto *N*[a] obnoxius *N* 15 aut] tam *N* congruae] contra *N* 16 qui] quia *M* admissa] esse adm. *M* 17 obnoxius *N* 18 constantino *NG* a. *om. G* VIII *M* iulio *G* c. II] uerox secundo *G*, II *N*, uc. *M* 28 tusciae auctor] tustio auctor *G* 29 a] ad *N* eo] eum *G* reget] *M*, regit *NG* 30 cognitorem *G* si uero] siue *N* prouinciales *N* 31 decertent *N*, decertit *G* kal.] id. *G* dec.] *M*, ian. *N*, iun. *G* mediol. *om. G* iuliano *N* ualeriano *M* 37 filicem *N* 38 rationale *MG* quod *G* et *om. M* controuertia *M*, controuersiam *N* omnes *N*, *om. G* agitutur *N*



eam sententiam decernat, quam iuris aequitas postulauerit. DAT. KAL. DECEMB. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

INTERPRETATIO. Quotiens a fisco nostro aliqua repetuntur, res apud prouinciae iudicem sub praesentia nostri ordinatoris agatur: ut illo praesente, quidquid iustitiae ordo suaserit, iudicetur.

5a [1]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD POLEMIVM PPO. *Nullum ex officio rationalis, qui exactioni uel chartis inseruiat, in alio iudicio adduci oportet, nisi forte cuiuspiam caput accusatio legibus instituta pulsauerit.* DAT. III K. MAI. ARCADIO ET BAVTONE CONSS.[2]) a. 385 (390?)

5b [3]) IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD SENATVM. *Senatores in pecuniariis causis, siue in hac urbe siue in suburbanis degunt, in iudicio tam praetorianae quam urbicariae praefecturae nec non magistri officiorum (quotiens tamen ad eum nostrae pietatis emanauerit iussio), in prouinciis uero ubi larem fouent aut ubi maiorem bonorum partem possident et adsidue uersantur respondebunt.* D. K. MART.[3])

6 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. NEOTERIO PPO. Exceptis his, quibus extra ordinem subuenitur, omnes iacturam litis incurrant, qui non ante in proprio foro iurgauerint, si quidem possint uenire ad altioris iudicis notionem, cum iudicatum quod displicet appellatione excluserint: ita ut, si quis litigator se uel fastidio uel gratia cognitoris aut non auditum aut dilatum docuerit, et eius litis, quae protracta est, aestimationem fisco nostro iudex praestet et in primores officii poena deportationis ilico deprometur. DAT. PRID(IE) KAL. MAI. MEDIOL(ANO) ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS. a. 385

INTERPRETATIO. Quicumque apud alium et non apud suum iudicem negotium quod habuerit in initio litis crediderit proponendum, exceptis aetate minoribus, quibus lege consultum est, litis ipsius de qua agitur actione damnetur: nisi forsitan contra sententiam, quae aduersus eum dicta fuerit, crediderit appellandum, ut apud maioris dignitatis iudices audiatur. Sane si quis causam habens a iudice suo se uel propter superbiam uel propter amicitiam aduersarii sui probauerit non auditum, iudicem tantum, quantum res de qua agitur ualuerit, fisco nostro iubemus exsoluere: et qui consiliis suis adhaerent, exilii poenam pro districtione sustineant.

6a IDEM AAA. *Actor rei forum, siue in rem siue in personam sit actio, sequitur. Sed et in locis, in quibus res propter quas contenditur constitutae sunt, iubemus in rem actionem aduersus possidentem moueri.* D. X K. IVL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO ET BAVTONE CONSS. a. 385

6b IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. . . . PRAEFECTO AVGVSTALI.[4]) *Senatores in sacratissima urbe domicilium dignitatis habere uidentur.* DAT. K. MART. VALENTINIANO A. II ET NEOTERIO CONSS. a. 390

7 [5]) *IDEM* AAA. MARTINIANO COM(ITI) ORIENTIS. Mulieres honore maritorum erigimus,

*ad. c.* 5. 6. 7 *Br.* (*NMG*): *c.* 5a *supplet Iust.* 3, 26, 10, *c.* 6a *Iust.* 3, 19, 3, *c.* 6b *Iust.* 10, 40, 8

[1]) *iunge* 9, 1. 13 [2]) *a.* 385 *Principius ppo. fuit*: *Polemii praefectura incidit in a.* 390
[3]) Valentiniano A. et Neoterio conss. *addit Contius in Iust.*: lecta in senatu id. Febr. Valente V et Valentiniano AA. conss. (a. 376) 9, 1, 13 [4]) *ad Alexandrum pf. Aug. XII k. Mart. data est* 13, 5, 18 [5]) *Iust.* 10, 40, 9 = 12, 1, 13 : *iunge Th.* 3, 15, 1

1 eam] etiam *N* postularit *M* 2 aa. *om. G* ualentiniano] ualeni *N* 15 ualentin. grat. *M* neuterio *NM*G*, neotheurio *M* 16 subuentus *N* iactura lites *N* 17 possint] post *G*[a] ultiores (alt. *N*[b]) iudices notitionem *N* 18 excluserit *M* litigator se] litigasse *N* cognitores *N* 19 lites *N* protractata *N* aestimatione *G* 20 praestet et] praest***tet *M*[a] (*non M**), praestit *G*, praestitit *N* primoris *NMM**[1]*G* poenam *G* deportationes *N*, deputationis *G* deportetur *N* mart. *G*[a] 21 mediol. *M*, mediolano *G* arc. a. I] arc. augg. II *N*, arc. aug. ipso I aug. *G* 23 in *om. MG* 25 maiores dignitate *M* x] *Iust.* (*Hal.*), XVII *Iust.* (*PL*) 32 aaa. eiusque (eius *Lond.*) praes. *Iust.* (*O Lond.*), aa. cicepio pp. *Iust.* (*Paris.* 4521) 35 idem] imppp. ualentinianus theodosius (theod. *om. N*) et arcadius aaa. *Br.* martiano *NG* oriente *N* honorem *G* eregemus *N*

genere nobilitamus. Isdem forum ex eorum persona statuimus et domicilia mutamus. DAT. IIII ID. NOVEMBR. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS. a. 392

INTERPRETATIO. Feminas secundum honorem, quem uiri earum meruerint, uolumus appellari, ut, ad cuius domum nubta transierit, eius proficiat dignitate et pro negotiis suis in eodem foro, ubi est maritum secuta, respondeat.

8 [1] IMPPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. PASIFILO SVO SALVTEM. Causas plurimi intitu- entes de fugaci seruo aut manifesto furto aut non manifesto, direpti etiam animalis, serui [2] uel rei mobilis ac mouentis uel ui bonorum raptorum, paruulae etiam terrae finium et par-
1 uulae casae, sub specie criminis tuum pulsant iudicium. Momentariae etiam possessionis interdictum, quod non semper ad uim publicam pertinet uel priuatam, quod [3] mox audiri in-
1 terdum etiam sine inscriptione mereatur [4], abacti etiam animalis causa proponitur. Cum igitur de his rebus paruis ac minimis tuae sit iniuria potestatis iudicare, decretum est eas tantum causas criminales a sinceritate tua audiri, quas dignus et meritus horror inscriptionis inpleuerit [5], quae magnitudinem uidelicet criminis tempusque designant, ut alterutram partem digna legum tenere possit auctoritas. § 3. Quod statutum si fuerit forte contemptum, hi, qui ex officio ingrediuntur secretarium, quinque librarum auri condemnatione ferientur. DAT. VIII KAL. IANVAR. MEDIOL(ANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

INTERPRETATIO. Quotiens de paruis criminibus, id est unius serui fuga aut sublati iumenti aut modicae terrae seu domus inuasae uel certi furti, id est detenti aut peruenti, sub criminis nomine actio fortasse processerit, ad mediocres iudices, qui publicam disciplinam obseruant, id est aut defensores aut adsertores pacis, uindictam eius rei decernimus pertinere. Ad rectorem uero prouinciae illud negotium criminale perueniat, ubi de personarum inscriptione agitur uel maior causa est, quae non nisi ab ordinario iudice recitata legis sententia debeat terminari. Quod praeceptum si fuerit praetermissum, officiales qui negotia intromittunt quinque libras auri se nouerint esse damnandos.

8a [6] IDEM AA. FLORENTINO PV. *Si quis uel curiae uel officiis iudicum aut aliis quibuscumque corporibus obnoxius intra prouinciam ab his erit quos aufugerat comprehensus, non expectato eius iudicis notione, sub quo per ambitum coeperat militare, penitusque emendicati honoris praescriptione submota ab iudice, qui in locis aditus fuerit, audiatur mănifestarumque rerum probstione conuictus eorum societati quos declinauerat adgregetur.* DAT. XII K. AVG. [7] MEDIOLANI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

8b IDEM AA. FLORENTINO PV. *Quicumque ex corporibus suariorum siue excipiendae necessitate litis adstrictae seu inferendae uoluntate, spontanea prouocatus iudicium uoluerit experiri, fori urbani auditorium praestoletur.* a. 397

---

*Br. (NMG)* *ad. c.* 8. 9. 10 *Br. (NMG)*: *c.* 8a *supplet Iust.* 3, 23, 1, *c.* 8b *Iust.* 11, 17, 2, *c.* 8c *Iust.* 3, 13, 5

[1]) § 1 = *Iust.* 8, 4, 8. 9, 37, 1 : § 2 = *Iust.* 9, 2, 16 [2]) seruiue *Mommsen* [3]) meretur *Iust.* [4]) § 1 *in Iust. sic contrahitur* Abacti animalis accusatio non solum cum inscriptionibus, sed etiam sine ea obseruatione proponitur *Iust.* [5]) *in Iust.* 9, 2, 16 § 2 *sic incipit:* In causis criminalibus dignum est, ut inscriptiones proponantur [6]) *iunge* 12, 1, 153—155. 6, 14, 2. 6, 2, 20 [7]) Ian. *iungendae*

---

1 genere] et gen. *Iust.* 10, 40, 9 isdem] et *Iust.* personas *N* 2 IIII] III 3, 15, 1 id. *M*, kl. *NG* nou.] seb. *G* 3 uiri] mariti *G* 6 passifilo *N*, passifilio *M*, passibo filio *G*: *secundum C. I. L. X* 1672 *egit uices ppo. et pu.* plurimis *M* suo *om. M* 7 fugat *G*[1] 8 res mobiles *G* mouentes *NG* ui] ut *N*, cu *G*[1], cui *G*[2] raptorum bonorum *G* paruulae] paruo *G*a, paruo an *G*b 9 casae] *M*, causae *NG* tum *N* pulsat *G* momentaria *N* possessiones *G* 10 pertinet] *dett. cum Iust.*, pertinent *NM*, pertineant *G* quod] *N*, ut *M*, *om. G* 11 sine] si *G* scriptione *NM*, inscriptionem *G* mereantur *G*, merentur *M* abiecti *G*, si abacta *N* proponetur *M* 12 de *om. G* iniurie *G* potestates *N* 13 dignitas *G* horror] honor *N*, earum horror (horor *G*a) *G* inscripciones *G* 14 designat *G* alterutrum *G* 15 dignam *G* austeritas *M* statutum] statuimus *N* hii *NG* 16 libras *M* ferientur] *N Iust.*, feriuntur *M*, feriantur *G* VIII] VI *Iust.* 8, 4, 8. 9, 37, 1 (*Hal.*) 17 kal.] id. *G* iun. *Iust.* 8, 4, 8 (*Hal.*) 26 florenıio (*uel* floro) *Iust.* 32 florentio *Iust.* (*Cui.*)



8c IDEM AA. VINCENTIO PPO. GALLIARVM. *In criminali negotio rei forum accusator sequatur. Is uero, qui suam causam siue criminalem siue ciuilem sine caelesti oraculo in uetito uocabit examine aut exsecutionem poposcerit militarem, actor quidem propositi negotii actione multetur, reus uero pro condemnato habeatur: et tribuni siue uicarii capitalem sibi animaduersionem subeundam esse cognoscant, si uel suam uel militum exsecutionem interdictam praebuerint.* DAT. XV K. IAN. MEDIOLANI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

9 IDEM AA. ARCHELAO PRAEFECTO AVG(VSTALI). Si quis neglectis iudicibus ordinariis sine caelesti oraculo causam ciuilem ad militare iudicium crediderit deferendam, praeter poenas ante promulgatas intellegat se deportationis sortem excepturum, nihilominus et aduocatum eius decem librarum auri condemnatione feriendum. DAT. VIII KAL. DECEMB. CONSTANTINOPOLI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

INTERPRETATIO. Quisquis contempto prouinciae iudice ad illos, qui armatis praeesse noscuntur, causam suam crediderit transferendam, exilio se deputandum esse cognoscat et eum, qui causam illius susceperit proponendam, decem libras auri esse damnandum.

10 [1] IDEM AA. AD EVTYCHIANVM PPO. Iudaei Romano et communi iure uiuentes in his causis, quae non [2] tam ad superstitionem eorum quam ad forum et leges ac iura pertinent, adeant sollemni more iudicia omnesque Romanis legibus inferant et excipiant actiones, pos-
1 tremo sub legibus nostris sint [3]). Sane si qui per compromissum ad similitudinem arbitrorum apud Iudaeos uel patriarchas ex consensu partium [4] in ciuili dumtaxat negotio putauerint litigandum, sortiri eorum iudicium iure publico non uetentur: eorum etiam sententias prouinciarum iudices exequantur, tamquam ex sententia cognitoris arbitri fuerint adtributi. DAT. III NON. FEB. CONSTANTINOPOLI HONORIO AVG. IIII ET EVTYCHIANO VC. CONSS. a. 398

INTERPRETATIO. Iudaei omnes, qui Romani esse noscuntur, hoc solum apud religionis suae maiores agant, quod ad religionis eorum pertinet disciplinam, ita ut inter se, quae sunt Hebraeis legibus statuta, custodiant. Alia uero negotia, quae nostris legibus continentur et ad forum respiciunt, apud iudicem prouinciae eo quo omnes iure confligant. Sane si apud maiores legis suae consentientes ambae partes, de solo tamen ciuili negotio audiri uoluerint, quod interueniente compromisso arbitrali iudicio terminatur, tale sit, quasi ex praecepto iudicis fuerit definitum.

11 [5] IDEM AA. THEODORO PPO. Post alia: Minime prouinciae rector expectet in reos criminosos actorem dominicum, sed habeat exhibendis obnoxiis potestatem: utatur legibus nullo interposito rationali. Latebris reus potestate ordinarii iudicis protrahatur, ne per conludium actorum iudiciorum fiat dilatio. DAT. VIIII KAL. IVN. MEDIOL(ANO) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO VC. CONSS. a. 398

INTERPRETATIO. Si quis in domibus dominicis criminosus potuerit inueniri, prouinciae iudex praesentiam non expectet actoris, sed mox reum conprehensum, ne aliquo conludio effugiat, subdi iubeat publicae disciplinae.

---

*c.* 8c *supplet Iust.* 3, 12, 5: *ad* 9—11 *Br. (NMG)*

[1]) *Iust.* 1, 9, 8 [2]) non *om. Iust.* [3]) postremo ... sint *om. Iust.* [4]) si qui uero ex his communi pactione ad simil. arb. apud Iudaeos *Iust.* [5]) prouinciarum *om. Iust.* [6]) *iunge Iust.* 10, 19, 6: *cf. etiam* 1, 16, 13a (*Iust.* 11, 20, 4) 1, 11, 2

---

3 uocauit *Iust.* 6 XV] *Iust.* (*F*), V *Iust.* (*Hal.*) 7 arcelao *NG* praefecto] ppo. *NG*, po. *M* 9 exceptorum *N* 10 libras *M* constantinopoli] *O*, *om. NMG* 11 caesario] caesareo datiano *G* autico *G*a 15 ad euticianum *libri*, eutychiano *Iust.* ppu. *G*a iudaeos *G* et] *libri cum Iust.* (*N*), *om. Iust.* (*rel.*) in] de *M* 16 superstitutionem *NG* legis *G* ac *om. G* iure *N* 17 audeant *N*, habeant *G* more *AO Iust.*, iure *NMG* omnisque *N* conferant *Iust.* actionis *N* 18 *quis MG* commissum *G* 19 patriarchas] patr. suos *N* 20 sorti *G* 21 arbitris *N*, arbitrii *G* fuerit *N* III] IIII *G*, VI *Iust.* (*Hal.*) 22 a.] X aug. *G* 30 theudoro *M* ppo.] pu. *M* minimo] neminem *G* expectit *N* 31 exhibendi *G*, in exhibendis *M* noxios *G* ututatur *N* 32 rationabili *G* latebras *G*, e latebris *M* reos *N* ordinandi *N* conludium] consilium dium *N* 33 auctorum *N* iudicis *G* 33 delatio *N*, dilata *G* VIIII] *M*, VIII *N*, *cum Iust.* 10, 19, 6, *om. G* iun.] *M*, iul. *N*, *om. G* a.] augg. *N* 34 uc.] *N*, *om. MG*

11a IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PPO. *Magisteriae potestati inter militares uiros uel priuato actore in reum militarem etiam ciuilium quaestionum audiendi concedimus facultatem, praesertim cum id ipsum e re esse litigantium uideatur constetque militarem reum nisi a suo iudice nec exhiberi posse nec, si in culpa fuerit, coerceri.* DAT. V KAL. MAI. CONSTANTINOPOLI LVCIO VC. CONSS. a. 413

12 [1]) *IDEM* AA. CONSVLIBVS PRAETORIBVS TRIBVNIS PLEBIS SENATVI SVO SALVTEM DICVNT. POST ALIA: In criminalibus causis senatus statuta iamdudum quinqueuiralis iudicii forma seruabitur. In quo cum perfacile esse credamus optimos legere de summis, sortito tamen ad iudicium uocabuntur, ne de capite atque innocentia alterius iudicio electi iudicent. ET CETERA. DAT. VIII ID. AVG. RAV(ENNAE) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

INTERPRETATIO. Cum pro obiecto crimine aliquis audiendus est, quinque nobilissimi uiri iudices de reliquis sibi similibus missis sortibus eligantur, ne studio uideantur electi et de capitali re aut innocentia alterius uideatur facile iudicari.

## II NE IN SVA CAVSA QVIS IVDICET [2])

1 [3]) IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD GRACCHVM PV. Promiscua generalitate decernimus neminem sibi esse iudicem debere. Cum enim omnibus in re propria dicendi testimonia facultatem iura submouerint, iniquum admodum est licentiam tribuere sententiae. LECTA KAL. DECEMB. VALENTE V ET VALENTINIANO AA. CONSS. a. 376

INTERPRETATIO. Omnes praeceptio nostra constringat, ut nullus in sua causa iudex sit, quia, sicut testimonium unusquisque pro se dicere non potest, ita nec pro se poterit iudicare.

## III DE OMISSA ACTIONIS IMPETRATIONE [4])

1 IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. MARCELLINO PRAESIDI PHOENICE. *Iuris formulae aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus radicitus amputentur.* DAT. K. FEBR. CONSTANTIO III ET CONSTANTE II AA. CONSS. a. 342

2 (1) [5]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HIERIO PPO. POST ALIA: Nulli prorsus non impetratae actionis in maiore uel minore iudicio agenti opponatur exceptio, si aptam rei et proposito negotio conpetentem eam esse constiterit. ET CETERA. DAT. X KAL. MART. CONSTANTINOPOLI FELICE ET TAVRO CONSS. a. 428

INTERPRETATIO. Nullus per hoc praeiudicium negotii uideatur incurrere, quod in cuiuscumque audientia causae suae actio non peruenerit ad effectum. Solum est, ut uox sua rationabilis, cum proposuerit, adprobetur.

2, 11a *supplet Iust.* 3, 13, 6: ad 2 *et* 3 *r.* 1 *Br.* (*NMG*): 3, 1a *supplet Iust.* 2, 57, 1

1) *iunge* 9, 1, 19. 9, 6, 4. 4, 10, 2. 1, 6, 11 2) *Iust.* 3, 5 *Burg.* 42 3) *Iust.* 3, 5, 1. 4, 20, 10 4) *cf. Iust.* 2, 57 (de formulis et impetratione actionum sublatis 5) *Iust.* 2, 57, 2: *iunge* 3, 5, 13. 3, 7, 3. 3, 13, 4. 4, 6, 8. 5, 1, 9. 6, 35, 15, *fortasse et* 5, 1, 9 (*Iust.* 6, 61, 2)

3 e re] aere *Iust.* (*F*), more *Iust.* ($C^b$*RM*), ****s *Iust.* ($C^a$) 6 idem] impp. honorius et theodosius (honorio et theodosio *G*) *Br.* consulibus praetoribus] constantino praet. *N* *uerba* tribunis ... 9 criminalibus *hoc loco om. et uerba* tribunis alia ... *subscriptioni subiungit N praemissa nota h'*, tribunis *om. G* senectui $G^1$ suo *om. N* 7 quinqueuiriles *G*, quinquenuirales *N* 8 in *om. N* forma] forte *N* seruabuntur *G* qua *G* perfecile *N* optimos legare *G*, obtimis elegere *N* sortiti *G* 9 nec *G* uocabantur *M* de *om. M* iudicio] iudicium *NG* 10 asclipiodoto *G* mariano *N* conss.] u. *NM* 13 iudicare *N* 14 ne quis in s. c. iudicet uel sibi ius dicat *Iust.* 3, 5 15 uel. gr. et ualerianus *G*, ual. ualent. et gu. *M*, ualent. et ualens *N* grecum *NG* pu.] *M*, pfu. $G^b$, ppo. *N*, pto. $G^a$? 16 re] *Iust.*, se *NMG* propriam *G* 17 testimonia] *NM Iust.*, testimonii *G* facultate iura *N*, iura facultatem *G* sententiae lecta] *M*, sententiam electae (sententiae lecta $N^b$) dat. *N*, sententiam (-tiae $G^b$) electae dat. *G*: dat. *pro* lecta *libri in Iust.* 18 v *om. M* 21 obmissa *G* 25 non] nostris *G* 26 impetrata ea act. *N* maiorem *M* minore] *N Iust.*, minorem *M*, in minore *G* agendi *G* si] uel si $G^a$ apta (abta $G^1$) re *G* 27 praeposito *N* x *om. N*



## IIII DE DENVNTIATIONE VEL EDITIONE RESCRIPTI

1 [1]) IMP. CONSTANTINVS A.[2]) AD SYMMACHVM. Si quando minoribus uel adultis inferenda lis erit uel ab ipsis minoribus uel adultis cuidam quaestio mouenda sit [3]), non alias cursus temporis incoetur, nisi ab [3]) uniuersis, quos officii sollicitudo constringit, hoc est tutoribus, siue testamento siue decreto dati sunt, uel curatoribus, per quos minores defenduntur, uel
1 isdem omnibus [3]) sollemni more lis fuerit intimata. Quod si diuisum administrationis periculum per prouincias sit, his tantum omnibus insinuari conuenit et ab ipsis inferri litem [3]), qui in ea prouincia tutelae uel curae officium sustinent, ne de aliis prouinciis defensores minorum ad iudicia perducantur. DAT. PRID. NON. FEBR. SIRMIO. ACCEPTA VIII ID. MART. CORINTHO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.[4]) a. 319

INTERPRETATIO. Si quis contra eos, qui in annis minoribus constituti sunt, litem forte commouerit, aut si a parte ipsorum reus aliquis arguatur, ex eo tempora conputanda sunt, ex quo tutor siue curator minoris aut per iudicem aut per curiam intulerit seu exceperit actionem: ita tamen, ut si in diuersis prouinciis istius officii homines sunt, id est curatores uel tutores, qui minorum causas tuentur, qui in eadem prouincia fuerint, ubi intentio nata probatur, ipsi aut ingerant aut excipiant actiones, quia nolumus, ut ad aliam prouinciam defensores minorum pro audientiae necessitate ducantur. Hoc de iure adiectum est.

2 [5]) IDEM A. AD MAXIMVM PV. Denuntiari uel apud prouinciarum rectores uel apud eos, quibus actorum conficiendorum ius est, decernimus, ne priuata testatio mortuorum aut in diuersis terris absentium aut eorum, qui nusquam gentium sint, scripta nominibus falsam fidem rebus non gestis adfigat. DAT. X KAL. IVN. SIRMIO PROBIANO ET IVLIANO CONSS. a. 322

INTERPRETATIO. Contestari apud rectores prouinciae uel defensores aut omnes, apud quos gesta conficiuntur, litem iubemus, ne ullus nomen absentis aut mortui uel qui non potuerit inueniri in litis contestatione recipiat, ne falsitatis inueniatur occasio.

3 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD AMPELIVM PV. Exigendae denuntiationis locus non est, cum quis ad luendum debitum euidenti chirografo conuenitur. DAT. IIII KAL. AVG. CONTIONACI GRATIANO A. II ET PROBO CONSS. a. 371

INTERPRETATIO. Contestatio locum habere non potest, quando aliquis ad soluendum debitum certa cautione conuincitur.

4 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD ROMVLVM CONSVLAREM AEMILIAE ET LIGVRIAE. Post celebratam denuntiationem seu edicto seu editione rescribti, quod tamen iure sit impetratum, lis exordium auspicatur inter iustas uidelicet legitimasque
1 personas. Et si qui perennitatis nostrae pendentibus temporibus responsa protulerit, non modo tempora, quorum erunt [6]) curricula, non dilatentur, sed et quidquid elicitum erit, friuolum iudicetur. DAT. XIIII KAL. IVL. MEDIOL(ANO) ARCADIO A. I ET BAVTONE VC. CONSS. a. 385

*Br.* (*NMG*) *et ad c.* 4 *Paris.* 12161 *fere euanidus*

1) § 1 = *Iust.* 5, 40, 2 2) et Licinius C. *ins. Iust.* 3) *uerba* 3 uel ab ... sit *et* 4 ab *et* 5 uel isdem omnibus *et* 7 et ab ipsis inferri litem *non sunt Constantini* (*Gradenwitz ZSSt.* 38, 63 sqq.) 4) *ad a.* 318 *refert Seeck Regesten* 57 5) *iunge* 2, 18, 2 6) eunt *Gothofredus*

1 nuntiatione $N^a$, dtnunt. *G* (*sic*) edictione *NM*, relictione *G* 2 impp. c. augg. *N* symmacum *M*, symachum barroniacum *G* 3 cuidum *N* alius *N* 4 tempore *N* inchoatur $G^1$ est] est ut *N* 5 siue ... siue] sibi ... sibi *N* sint *N* 6 lis *om. M* 7 insinuare *N* inferri] *NM**, inferre $M^a G^2$ infere $G^1$ 8 eam prouinciam *G* de alienis *M*, aliis de *G* 9 sirmio] firmo *G* VIII] VII *NG* corindo *G* 10 a. *om. N* c. *om. MG* 17 hoc (hoc *om. M*) ... est] *MA*, *om. NG* 18 idem] imp. constant. *M* a.] augg. *N* pu.] ppo. *N*, po. $G^1$ rectoribus *M* 21 gentis $G^a$ adfigat *N*, affigant $G^b$, affugant $G^a$ iun.] iul. *G* sirmia *G* 25 empelium *G* pu.] ppo. $G^a$, pom. *N* denuntiationes $N^a$ 26 ad soluendum *M* et uidenti *N* conuentor *N* concionaci *NM*, concionali *G* 30 consulem *M*, constpl. *N*, constantinus *G* 31 seu ... seu] siue ... siue *G* editione] edictione *NMG* 32 quod] quo *G* lis] *M*, litis *N*, his $G^1$, bis $G^2$ autspicatur $G^a$ istas *M* legitimasque] *M*G*, legitimamque *M*, legitio absque *N*, *deficit Paris.* 33 quis *G* perennitates *NM*, *def. Paris.* protulerint *N* 34 modum temporum *G* quorum erunt] q. uerum *N*, querant *G*, *def. Paris.* elictum *N* fuerit *G* fridulum $N^a$ 35 iudicatum *M* XIII *MG* mediol. *om. N*

INTERPRETATIO. Posteaquam per scripturam lis fuerit contestata et per publicam conuentionem, quisquis ille est qui pulsatur agnouerit, tunc lis incoata dicatur, si tamen litigantum perfectae probantur aetates. Nam si quis principis beneficio contra rationem legis causae suae tempora superauerit prolongari, quidquid pro hac re meruerit, non ualebit.

5 IDEM AAA. AD CLAVDIVM CONS(VLAREM) TVSCIAE. [Uniue]r[sa] quidem negotia, quae ex rescribtorum auctoritate sortiuntur exordium, ad cursum temporum pertinere decretum est: ante omnia uero procurandum est, ne peruasionibus inprob[oru]m protelandae cognitionis prae-
1 beatur occasio. Idcirco si quis possessione deiectus auxilium nostri poscat oraculi, nullis eum temporum, quae ex resc[ribto]rum editione defluunt, moris esse ludendum hac lege decernimus, ne iuris suffragiu[m, quod in celeri reformatione] consistit, beneficiorum inperialium decreta suspendant. D(AT). [VI NON. MAI. MEDIOL(ANO) TIMASIO ET] PROM[OTO] CONSS. a. 389

INTERPRETATIO. Licet in negotiis, quae per actionem elicitam incoari uidentur, legitimus ad respondendum temporum semper cursus obseruandus sit, specialiter eos, qui aliqua peruaserint, non patimur per quamcumque occasionem differre negotium. Ideoque cum ille, qui fuerit de possessione deiectus, audientiam inpetrauerit iuxta iuris ordinem intra annum, ad recipienda quae perdidit nullatenus differatur. Nec aliqua peruasori dilatio concedatur, etiamsi pro hac re differenda beneficium principis potuerit obtinere.

6 [1]) IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. AEMILIANO [PV. Si quis] deb[iti], quod ex fenore uel mutuo data pecunia sumpsit exordium uel ex alio quolibet titulo in [litte]rarum obligationem facta cautione translatum est seu fideicommissi dirigat actionem au[t] momentariam possessionem peruasione uiolatam uel quodlibet interdictum efflag[i]tet seu inofficiosum arguat testamentum uel tutelae seu negotiorum actionem intendat [2]), ruptis denuntiationum [3]) ambagibus inter ipsa cognitionum auspicia ratione[m] exprimere ac suas allegationes iubeatur proponere, denuntiatione et temporum obseruatione remota, quam in ceteris ciuilibus causis, quarum tamen aestimatio cent[um] sol[idorum summam excedat], uolumus custodiri. DAT. XIIII [KAL. AVG. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. VI ET PROBO CONSS.] a. 406

INTERPRETATIO. Pro repetendo debito, unde certa scriptura profertur, seu de eo, quod alicui fideicommissum est ut daretur, aliquis agat, aut aliquid sibi adleget fuisse peruasam, aut quodlibet intra annum beneficium momenti requirat, aut testamentum dicat non esse legitimum, uel de tutela aliquid proponat, non expectetur, ut prius quod repetit apud acta proponat aut ordo ipsius causae petatur scriptus, sed mox apud iudicem sine ulla temporum mora, quae per hoc uidetur afferri, causam suam proponat et omnes partes suae probationis exhibeat. Quam rem etiam in ciuilibus negotiis praecipimus obseruari, quae tamen minus quam centum solidorum summa est, ualere constiterit. Hic de iure adiectum est.

7 [4]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOVIO PPO. POST ALIA: Quaecumque forte ecclesiae uenerabilis negotia sunt uel esse poterint actiones, celeri legum ordine seruato iudi-

*Paris.* 12161 (*perierunt ea, quae in contextu c.* 5 *et* 6 *uncinis quadratis inclusa sunt*) *Br.* (*NMG*)

[1]) *usque ad* 34 proponere = *Iust.* 8, 1, 4  [2]) Si quis quodlibet interdictum efflagitet (*omissis reliquis*) *Iust.*  [3]) ueterum *Iust.*  [4]) *iunge* 16, 5, 47

5 aaa.] aug. *Paris.?*, a. *M*  claudium tusciae cons. *G*, claudinsonsul *Paris.?*  6 exordio *G*  7 uero *om. Paris.*  procuranda *Paris.*  ne] in *G*  persuasionibus *G*  cognationis *M*  8 occasio] esse anno *N*  possessionem *N*  nostrum *N*  oraculis *N*  9 edictione *N*  moris] modis *N*, mortibus *G*  ludendum] *Paris.* $N^{a}M$, luendum $N^{b}$, claudendum *G*  hac] ac *NM*  11 suspendat $NMG^{1}$  VI] V *G*  timasio] cynatio *G*  17 hac *om. M*  18 hon.] et hon. *G*  emelian. *Paris.*, emeliano *G*  pu.] *M*, ppo. *N*, po. urbis *G*  19 quod] uel quod *M*  ex] ad *M*  exordio *N*  quodlibet *N*  20 obligationem] *G*, obligatione *Paris.? NM*  seu] siue *M*  21 peruasionem *N*, persuasione *G*  uiolatam] peruasam siue uiolatam *G*  quolibet *NG*  efflagitet] efflag*tent *Paris.*  in offitio suum *G*  22 argua *N*  actione *Paris.*  23 ac (hac *Paris.*) suas *om. N*  24 iubeantur *G*  denuntiationi *M*  et *om. Paris.?*  quam] qua *Paris.*, quam rem etiam *G*  25 causis] c. praecipimus obseruari *G*  cento *N*  summa *N*  custodire *NG*  26 XIIII] *Paris. N*, XIII *M*, XVII $G^{a}$, XVI $G^{b}$  constant. *om. Iust.*  a. VI *om. MG*  probino *N*  27 eo] *Paris. G*, id *NM*  29 beneficium] *Paris.*, beneficio *NMG*  34 hic ... est] *M*, *om. NG*  36 uenerabiles *M*  poterint] *MG*, potuerint *N*



cantum disceptatione finiantur. Nec enim decet defensione loci nominisque uenerabilis suscepta publica diu secretaria praestolari. DAT. VI KAL. IVL. RAV(ENNA) HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

INTERPRETATIO. Ecclesiarum negotia pro reuerentia sanctitatis ac fidei oportet, cum ad publicum prolata fuerint, sine aliqua dilatione finiri, nec debent defensores loci uenerabilis ulla tarditate suspendi.

## V DE DOMINIO [1]) REI QVAE POSCITVR VEL CONSORTIBVS AB EO CVI DENVNTIATVM FVERIT NOMINANDIS [2])

1a [3]) IMP. CONSTANTINVS A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. *Si quis alterius nomine quolibet modo possidens immobilem rem litem ab aliquo per in rem actionem sustineat, debet statim in iudicio dominum nominare, ut, siue in eadem ciuitate degat siue in agro siue in alia prouincia sit, certo dierum spatio ab iudice finiendo eoque ad notionem eius perducendo, uel ipse in locis in quibus praedium situm est perueniens uel procuratorem mittens actoris intentiones excipiat* [4]). D. X K. AVG. [5]) BASSO ET ABLABIO CONSS. a. 331

1b IDEM A. .... *Petitor quem uoluerit de consortibus pulset et quem uult per suam uoluntatem praetereat, ea tamen condicione, ut qui pulsati non fuerint, nullum de his quae iudicata fuerint praeiudicium patiantur, sed cum uoluerint suas instituant actiones.*

1 (2) [6]) IMP. IVLIANVS AVG. SECVNDO PPO. POST ALIA: Explosis atque reiectis praescriptionibus, quas litigatores sub obtentu consortium studio protrahendae disceptationis excogitare consuerunt, siue unius fori omnes sint siue in diuersis prouinciis uersentur, nec adiuncta praesentia
1 consortis uel consortium agendi uel respondendi iurgantibus licentia pro parte pandatur. Et amputata constitutione Conttantini patrui mei, quae super consortibus promulgata est [7]), antiquum ius, quantum pertinet ad huiusmodi disceptationes, cum omni firmitate seruetur, ut interruptis artificiosis obstaculis possidentum astutia conprimatur. DAT. III NON. SEPTEMB. ANTIOCH(IAE) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

INTERPRETATIO. Remotis obiectionibus, quibus se consortes ad respondendum inuicem excusabant, ut, si non in una prouincia uel sub uno iudice omnes essent, dum praesentiam suam non simul esse causantur, repetentes uidebantur inludere: unde dilationem hanc remouentes, quam patruus noster Constantinus consortibus in hac parte praestiterat, iubemus secundum antiqui iuris ordinem, quicumque pulsatus fuerit, pro sua parte uel persona respondeat nec diutius sub hac occasione repetentem differat ille qui possidet.

*ad* 4. 5 *r.* 1 *Paris.* 12161 (fere euanidus) *et Br.* (*NMG*): 5, 1a *supplet Iust.* 3, 19, 2  5: 1b *ex Burg.* 47 *restituta est Br.* (*NMG*)

[1]) domino *Rudorff*  [2]) *cf. Iust.* 3, 40  [3]) *de iungendis cf. ad* 1, 16, 6  [4]) *quae sequntur in Iust.:* Si uero post huiusmodi indultum tempus minime hoc quod dispositum est facere maluerit, tamquam lite quae ei ingeritur ex die, quo possessor ad iudicium uocatus est, ad interrumpendam longi temporis praescriptionem contestata iudex, utpote domino possessionis nec post huiusmodi humanitatem sui praesentiam faciente, edictis legitimis proponendis eum citare curabit et tunc in eadem uoluntate eo permanente negotium summatim discutiens in possessionem rerum actorem mitti non differet, omni adlegatione absenti de principali quaestione seruata, *ea uidentur Iustinianorum esse*  [5]) d. k. Aug. pp. k. Sept. Constantinopoli *iungendae*  [6]) *pr.* = *Iust.* 3, 40, 1  [7]) *non extat*

2 VIII] *N*, VII *M*, VIIII *G*  3 III *om. NG*  6 poscetur *N*, potitur *G*  uel] uel ad $G^{a}$, uel a $G^{b}$  7 cons. ... 8 nominandis *om. M*  14 *in Burg. leguntur haec:* [de] consortibus etiam hoc scripta lege (scriptur legem *uel sequentibus libri*) per rationem subiunctum est, ut petitor ... actiones secundum legem de consortibus  16 imp. const.] *cf. not.* 7  17 post alia *om. G*  expulsis $N^{b}G$, expulsus $N^{a}$  reiectus *N*  perscriptionibus *G*  18 ligatores $N^{a}$  obtentu] o. (uel *ins.* $G^{b}$) obtutu *G*  disceptationes *N*, desscriptionis *G*, *deficit Paris.*  consueuerunt *G Iust.* (*P*)  19 omnis *N*  seruentur *N*  20 consortes *N*  21 amputatam *N*, postposita *G*  constitutionem *N*  super *om.* $N^{a}$  22 iusmodi (eiusm. *man. recens*) *N*  23 possidentum] *Paris. N*, possidentium *M*, possidendum *G*  adstutia *M*  24 neuita *M*, neuitiano *G*

# VI DE TEMPORVM CVRSV ET REPARATIONIBVS DENVNTIATIONVM

1 IMP. CONSTANTINVS AVG. IVLIO VERO [1]) PRAESIDI TARRACONENSIS. Cum semel negotium necessitate uel casu temporibus fuerit exemptum ac postea per indulgentiam clementiae nostrae redintegratio praestetur, intra quattuor menses iudicantis arbitrium, non ulterius litigatoribus praeberi oportet, etiamsi per obreptionem aliquid a nobis iterata supplicatione meruerint. DAT. PRIDIE NON. MAI. VIENNAE SABINO ET RVFINO CONSS. a. 316

INTERPRETATIO. Quando aliqua causa necessitate intercedente uel casu promissum tempus excesserit et principali beneficio eam litigator meruerit reparare, non amplius ad definiendum negotium iudices quam quattuor menses litigatoribus praestent. Quibus exactis, etiamsi aliud dominorum beneficio obtinuerit, nullatenus audiatur.

2 [2]) IDEM A. AD FELICEM PRAESIDEM CORSICAE. POST ALIA: Si petitores probauerint interpellantes se saepius esse dilatos atque ita labsum temporis incurrisse per neglegentiam atque desidiam grauitate tua audientiam differente, indemnitas petitorum pro modo litis, quae in altercationem fuerit adducta, de tuis facultatibus sarcietur. DAT. VIIII KAL. NOVEMB. SIRM(IO) CONSTANTINO AVG. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

INTERPRETATIO. Si repetentem iudex per neglegentiam usque eo distulerit, ut causam suam transactis legitimis temporibus perdat, omnia, quaecumque in illius iudicio iuste sibi potuit uindicare, ei de iudicis ipsius facultatibus habita aestimatione reddantur.

3 [3]) IDEM A. AD BASSVM PV. Altero ex litigatoribus in lite defuncto cursum temporis esse reparandum latis iam dudum legibus continetur. DAT. XIII KAL. IVN.[4]) SIRMIO CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.[5]) a. 321?

INTERPRETATIO. Si unus ex litigatoribus, siue pulsatus siue petitor, intra constitutum per scripturam tempus fortasse defecerit, tempora quae fuerant statuta successoribus renouentur.

4 IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD ACINDYNVM PPO. Si quis iurgantium ante litis terminum ultimum diem obierit, non, ut ante statuimus [6]), a decedentium primo die cursum temporis obseruari oportet, si successor legitimae aetatis sit, sed ex die petitae bonorum possessionis uel aditae hereditatis ei tempora renouari: ita tamen, ut ea res non lateat possi-
1 dentem, nec clam aut fraudem aut tempori faciat, pertemptetur [7]). Quod si successor minoris aetatis sit, postquam datus tutor siue curator sollemnia susceptae defensionis inpleuerit, tempus dinumerari conueniet. DAT. ET PP. VI KAL. IAN. ANTIOCH(IAE) VRSO ET POLEMIO CONSS. a. 338

*Paris.* 12161 (*fere euanidus, desinit in* 6, 2) *Br.* (*NMG*)

[1]) Seuero *Seeck* [2]) *iunge* 1, 16, 3 [3]) *iunge* 5, 1, 1. 11, 35, 1 [4]) Ian. (*a.* 318) *Seeck* [5]) *Bassi praefectura ad annos* 317—319 *ducit* [6]) *haec constitutio non extat* [7]) nec damnum aut fraudem faciat retentator *temptat Gothofredus*: ut tempori *Mommsen ad Paris.* 4405

1 raparationibus *G* 3 iulio uero] *NM*, iulio uc. il *Paris.?*, iuliano uc. *G* tarraconensi *libri* negotio $N^a$ 4 necessitate] uel nec. *G* exceptum *G* per] pro *N* 5 redente gratia *N* iudicantes *N* 6 praebeat *G* iterata] et irato *N* eruerit $G^a$ 7 uianae *M*, auianae *N*, bienes *G*, *deficit Paris.* ambrosio et rufo *G* 12 corsiucae *N* 13 dilatus $N^a$ 14 desidia *N* grauitatis tuae *G* audientia *Paris.* differentem *G*, def[. . .] *Paris.* lites *NG* 15 altercatione *MG*, alteration*** *Paris.* fuerint addictae *G* de tuis] detur *N* sarcietur] *Paris.? M*, sarciatur *NG* VIIII] VIII *N*, IIII *G* sirmio] *M**, sirm. *NMG*, *deficit Paris.* 16 c.] *Wallerstein.*, uc. *alii*, *om.* *NMG*, *deficit Paris.* 20 a.] augg. *N* pu.] *M*, pfu. *G*, ppo. *N* 21 reparandum esse *G* XII *N* ian. *N* syrmia *G* crispino *N*, crispio *G* 22 a const. II] *G*, const. *NM* cc.] *Wallerstein.*, *om.* *NMG* 25 impp. constantius (constinus $G^a$, constantinus $G^b$) et constans aa.] *MG*, impp. constantinus aug. *N* aquindinum *G*, acentinum *N* lites $N^a$ 26 ultimo die *G* a] ad *G* cursu *M*, cursus *G* 27 sed] *M*, *om.* *NG* 28 renouauerit *NG* latuit *N* 29 clam] *NM*, dampnum *G* aut fr.] ut fr. $M^aM^{*2}$ aut tempori] tempori *G* 30 definitionis *MG* 31 denumerari *M*, dinumerare *N* conuenit *N* et pp. *om.* *G*



INTERPRETATIO. Si quis de litigatoribus ab hac luce discesserit, heredi eius non ex die, qua ille defunctus est, sed ex quo hereditatem acceperit, actionis tempora, quae auctori ad litem constituta fuerant, renouentur: ita tamen, ut fraus tempori, ex quo res est possessa, non fiat, sed sciat se rem tenere, qui petitur. Quod si heres sit in annis minoribus constitutus, tutori uel curatori ex eo tempora subputentur, ex quo pro minore firmam personam defensionis accepit et rem tenuit.

5 [1]) IDEM AA. AD PETRONIVM VIC(ARIVM) AFRICAE. Inter priuatos et fiscum, si priuatus actionem intendat, quattuor mensuum tempora custodienda sunt: cum uero fiscus priuato inferet aliquam quaestionem, sex mensuum curricula seruentur [2]), utrique parti petendae dilationis per defensores suos copia non neganda, si hoc commoditatis ratio postulauerit. DAT. V ID. APRIL. AQVIL(EIAE) ACINDYNO ET PROCVLO CONSS. a. 340

INTERPRETATIO. Quando inter fiscum et priuatum possessorem de repetitione aliqua fuerit orta contentio, si priuatus fiscum repetat, quattuor menses ad respondendum actor fiscalis habebit indutias: si uero fiscus aliquid a possessore crediderit repetendum, sex mensuum ad respondendum dilatio non negetur, dummodo ad praestandas indutias iusta ratio cognoscatur.

# VII DE DILATIONIBVS [3])

1 [4]) IMP. CONSTANTINVS A. AD VRSVM VICARIVM. Si quando quis rescriptum ad extraordinarium iudicem reportauerit, dilatio ei penitus neganda est: illi autem, qui in iudicium uocatur, danda est ad probanda precum mendacia uel proferenda aliqua instrumenta uel testes, quoniam instructus esse non potuit, qui praeter spem ad alienum iudicem trahebatur. DAT. PRID. NON. MART. VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS. a. 314

INTERPRETATIO. Quando ab aliquo principe praeceptio fuerit surrepta, ut ad alium iudicem, quam cui commissus est, aduersarium suum pertrahat audiendum, sicut ille, qui petitor est, indutias si petierit, accipere non debuit, ita illi, qui ad iudicium adducitur, dilatio debita non negetur, ut facilius aut per scripturam aut per testes probare ualeat illum a quo pulsatus est falsa supplicatione meruisse, quod petiit.

1a IDEM A. PROFVTVRO PRAEFECTO ANNONAE. *Siue pars siue integra dilatio fuerit data, eo usque iudicis officium conquiescat, donec petiti temporis defluxerint curricula. Feriae autem, siue repentinae siue sollemnes sint, dilationum temporibus non excipiantur, sed his connumerentur.* D. VII ID. FEBR. SIRMI LICINIO V ET CRISPO CONSS. a. 318

1b IDEM A. AD CATVLLINVM PROCONSVLEM AFRICAE. *A procedente iudice dilationem non conuenit postulari, etiamsi utraque parte praesente tribuatur, cum non alias nisi causa cognita indulgeri queat et cognitio causae non interpellatione planaria, sed considente magis iudice legitime colligatur, et, si forte dilationis petitio fuerit improbata, suscepta quaestio per sententiam iudicis dirimatur.* D. V ID. FEBR. SIRMI LICINIO V ET CRISPO CONSS. a. 318

*Br.* (*NMG*): 7, 1. 2, *omissae in Br., suppletae sunt integrae in O, mutilae in Paris.* 4408 (28 imp. . . . extraordinarium *et Interpretatio, p.* 64, 5 imp. . . . integrum *et subscriptio cum Interpretatione*): *in Paris.* 4409 *et Bernensi solae Interpretationes; et in O quidem ante* 2, 6, 5, *in Paris.* 4408. 4409 *Bernensi ante* 2, 7 *r. praeterea* 2, 7, 2 *extat in Vaticano reginae* 520 (*in folio singulari* 100): 2, 7, 1a. 1b *supplet Iust.* 3, 11, 2. 3

[1]) *Iust.* 3, 11, 6: *iunge* 10, 15, 3 [2]) si . . . seruentur] si aliqua lis mota fuerit *Iust.* [3]) *Iust.* 3, 11 [4]) *Iust.* 3, 11, 2

7 idem aa.] data id. aug. *G* petronianum *G* uic. (uc. *G*) afr.] *M**, africae uicar. *M*, afrucar. (*om.* uic.) *N* priuatus $N^a$, priuatum $N^b$ 8 mensium *NG* uiro $N^a$, uero si *G* inferet] *M**, inferret *M*, inferre *N*, inferat *G* 9 sex] quinque *M* mensium *NG* curriculam $N^a$ seruetur *M* utriusque parati *G* 10 negandam *N*, est deneganda *Iust.* commoditates *N* ratio] actio *M* postolauerat *N* V] VI *G* 11 acindino *libri* poculo *G* 18 ad ursum uicarium] 4408 *Iust.*, urso uicario *O* 19 deneganda *Iust.* 20 mdatio *O* 21 iudicium trahitur *Iust.* 22 pridie] II *O* 23 subrepta] *O*, sperata 4408. 4409 *Bern.* 25 debuit] *O*, debet 4409 *Bern.*, debebi]t 4408 26 debita] *O* 4408, petita 4409 *Bern.* 32 iudice] *Iust.* ($L^bM$), uero iudice *Iust.* ($PL^a$? *CR*) 35 et] *Iust.* ($PLR^bM^a$ *cum Graecis?*), ut *Iust.* ($CR^aM$)

1c IDEM A. AD IVLIANVM. *Cum a nobis fuerit ad appellationem consultationemue rescriptum, siue sit primo iudicio petita dilatio siue ea tributa non sit siue nec petita quidem, eam dare cuiquam non licebit eadem ratione, qua nec in iudiciis quidem cognitionum nostrarum dilatio tribui solet.* PP. ROMAE VIII K. APRIL. PROBIANO ET IVLIANO CONSS. a. 322

2 [1]) IDEM A. AD IVLIANVM PV. Petendae in integrum restitutionis temporibus, ut iam constitutum est [2]), obseruatis si dilatio ab actore petatur, quae intra metas lege comprehensas [3]) ualet artari, eandem quocumque flagitante causis cognitis tribui oportebit: *sin uero* eiusmodi postulentur curricula, quae intra spatium lege [4]) receptum angustari non queunt (quippe si in confinio praedicti [5]) temporis petantur et eius terminos prorogabunt), dilationem petitori denegari conueniet; in eius enim arbitrio fuerat tunc inferre litigium, cum petitae
1 dilationis mora spatio superstite posset includi. Quod si defensio possidentium [6]) dilationis suffragia postulauerit, eandem adserta causa citra obstaculum temporis deferri sancimus, quia nequaquam in ipsius steterat potestate, quando litigio pulsaretur. Dari igitur debet, etsi impetrata dimensio sese ultra constitutionis regulam [7]) proferat. Qua dilatione, *si* a possessore [8]) impetretur, etiam petitor [9]) in requirendis probationibus uti minime prohibetur. DAT. XIIII KAL. AVG. PP. ROMAE CONSTANTINO ET MAXIMO CONSS. a. 327

INTERPRETATIO. Liquet quattuor mensibus constitutum, ut petentibus pro requirenda omni restitutione indutiae concedantur. Unde si illud spatium requiratur, quod indultum est, id est quod quattuor menses non possit excedere, praestari conuenit. Si uero tales petantur indutiae, quae tempus lege constitutum excedant, petitori debet dilatio denegari, qui scire debuit actionem suam constituto tempore finiendam. Quod si ille spatium, qui rem possidet, fortasse petierit, dari sine inpedimento temporis, quod petentibus datum est, omnino debebit; quia scire non potuit, quando ab aduersario prouocaretur ad causam, et quando possessor spatium, ut respondere possit, acceperit, etiam petitor suis partibus necessaria poterit prouidere.

3 (4) [10]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE PPO. POST ALIA: De statu ac patrimonio litigantibus in transmarina etiam dilatione mensuum nouem spatia creditur posse sufficere [11]). ET CETERA. DAT. XII KAL. DECEMB. THEODORO VC. CONS. a. 399

INTERPRETATIO. Quotiens de statu ingenuitatis uel de patrimoniis causa uertitur, si necessaria negotii in transmarinis partibus litigatores habere se dixerint, nouem mensum spatium indubitanter accipiant.

---

*ad c. 2. 3 Br. (NMG): c. 2 integra extat etiam in O, mutila in Paris.* 4408 (*cf. ad p.* 63): *c.* 1c *supplet Iust.* 3, 11, 5

[1]) *Iust.* 2, 52, 6 [2]) ut i. c. est *om. Iust.* [3]) intra metas restitutionis *Iust.* [4]) lege *om. Iust.* [5]) legitimi *Iust.* [6]) possidentium] rei *Iust.* [7]) ultra temporis definitionem *Iust.* [8]) a reo *Iust.* [9]) actor *Iust.* [10]) *Iust.* 3, 11, 7 [11]) Nec de statu . . . spatia egredi concedatur *Iust.*

---

5 ad iuliano 4408 *Vat.* pu.] *Iust.*, ppo. *Vat.*, pfo. po. 4408, praeposito *O* ut iam] etiam *Vat.* 7 ualet] *Iust.*, uale *Vat.*, ualeat *O* artare *Vat.* eandem] ea *Vat.*, eandem dari conueniet *O* quocumque] quoque *Vat.* flagitante] *Vat. Iust.*, enim litigante *O* tribus *om. O* sin uero] *Iust.*, *om. O Vat.* 8 postulantur *Iust.* angustare *Vat.* 9 si] se *Vat.* confinia** predicte *Vat.* petantur *Iust.*, *inc. Vat.* terminis prerogabunt *Vat.* dilationem petitori] *Vat. Iust.*, petitor ergo dilationem *O* 10 conueniat *Vat.* arbitrium *Vat.* litigia *O* cum] con *Vat.* 11 spatium possit *Vat.* 12 suffragium *Iust.* deferre *Vat.*, deri *O* 13 litigia *O Vat.* dare *Vat.* etiamsi *O* 14 inpetrare *Vat.* sise *Vat.* qua dilatione si (et si *O*)] *O Iust.*, cui dilationis *Vat.* 15 uti] ut *Vat.* dat.] proposita id. ags. dat. *Vat.* 16 pp. *om. Iust.* (*Hal.*) romae] *Iust.* (*Hal.*), romae ad senatum *O Val.* constantino c. V et *Iust.* 17 liquet] *O*, licet 4408. 4409 *Bern. Vat.* 21 qui] quia 4409 *Bern.* 22 inpedimento] *O* 4408, mora 4409 *Bern.*: *de Vat. non constat* 23 quando] *O*, ideo *Vat.*, ideo quando 4408 (*deficiunt* 4409 *Bern.*) 24 accipiat] 4409 *Bern.*, acceperit *Vat.*, spatium acceperit *O* 25 hon. et arc. *M* de] ingenuitatis de *G* atque *G* 26 litigantibus] a lit. *G* dilationis *M* noue *N* creditae *M* subferre *N* 27 XII] VI *Iust.* (*Hal.*) theud. *M* uc.] uu. cc. *N*



# VIII DE FERIIS [1])

1a IMP. CONSTANTINVS A. HELPIDIO. *Omnes iudices urbanaeque plebes et artium officia cunctarum uenerabili die solis quiescant. Ruri tamen positi agrorum culturae libere licenterque inseruiant, quoniam frequenter euenit, ut non alio aptius die frumenta sulcis aut uinea scrobibus commendentur, ne occasione momenti pereat commoditas caelesti prouisione concessa.* PP. V NON. MART. CRISPO II ET CONSTANTINO II CONSS. a. 321

1 [2]) *IDEM* AVG. HELPIDIO. Sicut indignissimum uidebatur diem solis ueneratione sui celebrem altercantibus iurgiis et noxiis partium contentionibus occupari, ita gratum ac iucundum
1 est eo die quae sunt maxime uotiua conpleri. Atque ideo emancipandi et manumittendi die festo cuncti licentiam habeant et super his rebus acta non prohibeantur. PP. V NON. IVL. CARALIS CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS. a. 321

INTERPRETATIO. Quamuis sancto die dominico omnes lites ac repetitiones quiescere iussérimus, emancipare tamen ac manumittere minime prohibemus et de his rebus gesta confici pari ordinatione permittimus.

2 IDEM A. AD SEVERVM. *A nullo iudice praesumi decet, ut auctoritate sua ferias aliquas condat: nec enim imperiales ferias uocari oportet, quas administrator edixerit, ac per hoc, si nomine eximuntur, etiam fructu carebunt.* DAT. ID. APRIL. SIRMI SEVERO ET RVFINO CONSS. a. 323

3 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD OLYBRIVM PV. *Publicas ac fiscales causas tua sinceritas etiam feriatis geminis mensibus, hoc est sine aliqua intermissione discingat. Pistoriis quoque causis isdem diebus ratum in futurum examen adhibebit.* IIII NON. MART. TYBERIADE [3]) VALENTINIANO NP. ET VICTORE CONSS. a. 369

[*c.* 4—17 *desiderantur*: *de numeris c.* 18—25 *constat ex T ad c.* 26]

18 [4]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD PRINCIPIVM PPO. Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium negotiorum conuentionum [4]) quiescat intentio: debitum publicam priuatumque nullus efflagitet nec apud ipsos quidem
1 arbitros uel iudiciis flagitatos uel sponte delectos ulla sit agnitio iurgiorum. [Et] non modo notabilis, uerum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instinctu rituue deflexerit. PP.[5]) III NON. NOV. AQVIL(EIA). ACC. VIII K. DEC. ROM(AE) HONORIO NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

19 [6]) [I]MPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. ALBINO PV. Omnes dies iubemus esse iuridicos. Illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus accepit aestiuis feruoribus mitigandis et autumnis fetibus decerpendis.
1. 2 Kalendarum quoque Ianuariarum consuetos dies otio mancipamus. His adicimus natalicios dies urbium maximarum Romae atque Constantinopolis, quibus debent iura deferre, quia et
3 ab ipsis nata sunt. Sacros quoque paschae dies, qui septeno uel praecedunt numero uel se-

---

*ad* 8 *r.* 1. 19 *Br.* (*NMGE* [*E incipit* 9 *et manumittendi*]) *T* (*incipit u.* 25 uel iudiciis), *reliqua supplent geminae* [*not.* 3]

[1]) *Iust.* 3, 12 [2]) § 1 = *Iust.* 3, 12, 7 [3]) *geminae* 8, 8, 1. 11, 7, 13 [4]) negotiorum conuentionum] *sic* 8, 8, 3, et conuentionum 11, 7, 13 [5]) Treueris *Gothofredus* [6]) dat.?

---

7 idem] imp. constantinus *Br.* helidio *N*, elpidio *M* sicuti $N^b$, secuti $N^a$ uidebantur *N* ueneratione sui] $M^{*2}$, uenerationem $MM^{*1}$, uenerationi (-nis *G*) suae *NG* 8 et] in *G* gratium $G^a$ 9 emancipiundi $G^a$ et *om. G* 10 rebus *om. Iust.* actus *G* prohibeatur *GE* pp.] ppo. *NG* iuu. *G* 11 crispio *G* et *om. G* constantinus *G* cc.] consul' *G*, *om. N* 25 iudiciis] *T*, in iudiciis 8, 8, 3, e iudiciis 11, 7, 13, a iudicibus *Iust.* et] *leges geminae*, *om. T* 26 instituto 11, 7, 13 28 theod.] et theod. *NG* pu.] ppo. *NGE* 29 iudicos $G^a$ fas] uel fas iusserit *G* erili *N* geminus $G^a$ labores *N* 30 indulgentium $G^a$, indulgentius $G^b$ annus] animus (uel *ins.* $G^b$) annus *E* aestiuus *E* uitigandis *N* autumni *G*, ut omnis *T*, autumnus *E*, autumnos *Iust.* foedibus *N* 31 consuetudos $T_a$, consuetus *N* otium *N*, otio *G* mancimus *G*, manciparunt *E* adiecemus *N* natalicius $N_aG$ 32 constantinopoli *N*, constantinopolim *GE* differre *NE*, deferri *G*, differri *Iust.* 33 ipsis] his quoque *G* sacros] sanctis $G^a$ septimo *NM*

quuntur, in eadem obseruatione numeramus, nec non[1]) et dies solis, qui repetito in se calculo
4 reuoluuntur. Parem necesse est habere reuerentiam nostris etiam diebus, qui uel lucis auspicia uel ortus imperii [p]rotulerunt. DAT. VII ID. AVG. ROM(AE) TIMASIO ET PROMOTO CONSS. a. 389

INTERPRETATIO, Causas per anni spatium omnibus diebus secundum leges audiri praecipimus. Et licet lex quattuor menses ad fructus colligendos indulserit, sed ita pro prouinciarum qualitate et pro praesentia dominorum credidimus faciendum, ut a die VIII kal. Iul. usque in kal. Aug. messiuae feriae concedantur, et de kal. Aug. usque in X kal. Septemb. agendarum causarum licentia tribuatur. A X autem kal. Septemb. usque in idus Octobr. uindemiales feriae concedantur. Dies etiam dominicarum, qui feriati sunt, ab audiendis negotiis uel exigendis debitis sequestramus: sanctos etiam paschae dies, id est septem qui antecedunt et septem qui sequuntur. Nec non et dies natalis domini nostri uel epiphaniae sine forensi strepitu uolumus celebrari. Natalem etiam principis uel initium regni pari reuerentia conuenit obseruari.

20 [*IDEM A*]AA. PROCVLO PV. Festis solis diebus circensium sunt inhibenda certamina, [*q*]uo Christianae legis ueneranda mysteria nullus spectaculorum con[*cu*]rsus auertat, praeter clementiae nostrae natalicios dies. DAT. XV K. [M]AI. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS. a. 392

21 [3]) [*IDEM AAA. T*]ATIANO PPO. Actus omnes seu publici seu p[*r*]iuati diebus quindecim pas[*c*]halibus sequestrentur[4]). DAT. VI K. IVN. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. II ET RVF(INO) CONSS. a. 392

22 [*IM*]PP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HERACLIANO CORR(ECTORI) PAFLAGON*I*AE. Sollemnes pagano[*r*]um superstitionis dies inter feriatos non haberi olim lege[5]) reminis[*c*]imur imperasse. DAT. V NON. IVL. CONSTANTINOPOLI OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

23 [*IDEM*] AA. AD AVRELIANVM PPO. Die dominico, cui nomen ex ipsa reuerentia inditum est, nec ludi theatrales nec equorum certamina nec quicquam, quod ad molliendos animos repertum est, spectaculorum in ciuitate aliqua celebretur. Natalis uero imperatorum, etiamsi die dominico inciderit, celebretur. DAT. VI K. SEPT. CONSTANTINOPOLI THEOD(ORO) VC. CONS. a. 399

24 [*IDEM*] AA. HADRIANO PPO. Religionis intuitu cauemus atque decernimus, ut [*s*]eptem diebus quadragesimae, septem paschalibus, quorum obser[*u*]ationibus et ieiuniis peccata purgantur, natalis etiam die et epifa[*n*]iae spectacula non edantur. DAT. PRID. NON. FEB. RAV(ENNA) STILICHONE [*E*]T AVRELIANO CONSS.[6]) a. 400

25 [7]) [*IM*]PP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOVIO PPO. POST ALIA: Dominica die, quam uulgo [*s*]olis appellant, nullas edi penitus patimur uoluptates, etsi fortuito [*i*]n ea aut imperii nostri ortus redeuntibus in semet anni metis obful[*s*]erit aut natali debita sollemnia deferantur. DAT. KAL. APRIL. RAV(ENNA) [*H*]ONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

26 [8]) IDEM AA. IOHANNI PPO. POST ALIA: Die sabbata ac reliquis sub tempore, quo Iudaei cultus sui reuerentiam seruant, neminem aut facere a[*li*]quid aut ulla ex parte conueniri debere praecipimus, cum fiscalibus conmodis et litigiis priuatorum constat reliquos dies posse sufficere ET CETERA. DAT. VII K. AVG. RAV(ENNA) DD. NN. HONORIO VIII ET THEOEOSIO III[9]) AA. CONSS. a. 409

---

*T et ad c.* 19. 26 *Br.* (*NMGE*); *c.* 24[a] *supplet Iust.* 2, 12, 26

[1]) nec non *om. Iust.* [2]) *Iust.* 3, 12, 6 [3]) *Iust.* 3, 12, 7 [4]) conquiescant *Iust.* [5]) *non extat* [6]) *fuit* Stilichone II cons. (= *a.* 405) *Tillemont* [7]) *iunge* 16, 8, 19 [8]) = 8, 8, 8 (*Iust.* 1, 9, 13): *iunge* 16, 8, 20 [9]) Honorio VIIII et Theodosio V 16, 8, 20 *recte*

---

1 obseruationem *T*[a]*N* die *N* repetitio *T*, repetit *N*, reptito *E* caliculo reuoluentes ut parem *E* 2 habere] *NGE Iust.*, habere *TM* nostris etiam *om. M* uel lucis] ueloces uel *E* 3 VI aug.] aug. i *N* roma etymatio *GE* promatho *G* 15 uenerandam *T*[a] 18 p[r]iuatis *T*[2] 19 ian. *Iust.* 21 paslagonicae *T* 24 ad aureliano *T* 27 conss. *T* 36 idem] impp. honorius et theodosius (th. et hon. *N*) *Br.* sabbata] *ME cum* 8, 8, 8, sabbato *T Iust.*, sabbati *NG* ac] ue *G*, *om. E* reliquam *M* 37 neminem] minime *E* nulla *G* conuenire *G* 38 praecepimus *N* constat] contra *E* 39 et cet. *om. E* dd. nn.] dd. non. *N*, dd. n. *E*, domno nostro *G*, *om.* 8, 8, 8 VIII] VII *G*, VIIII 16, 8, 20 *Iust.* (*Hal.*) III aa. *E*, aug. IIII *G*, V aa. 16, 8, 20 *Iust.* (*Hal.*)



INTERPRETATIO. Die Sabbati nullum Iudaeorum aut pro fiscali utilitate aut pro quolibet negotio uolumus conueniri, quia religionis eorum dies non debet actione aliqua perturbari.

## VIIII DE PACTIS ET TRANSACTIONIBVS [1])

1 [2]) IMP. CONSTANTINVS [3]) A. AD RVFINVM PPO. POST ALIA: Litigia sententiis uel transactionibus terminata non sinimus restaurari. DAT. IIII ID. MAI [4]) IPSO A. V ET L[*ICINIO C. CONSS.*] [5]) a. 319

2 [6]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO PPO. Ubi pactum conscriptu[*m*] [7]) est atque Aquilianae stipulationis [8]) uinculis firmitas iuris innexa, au[t] gestis secundum legem [9]) adcommodandus est consensus aut poena *una cum his quae data* probabuntur [10]) ante cognitionem causae [11]) inferend[*a est*]. DAT. III NON. IVN. CONSTANTINOPOLI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS. a. 381

3 [12]) IMPPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. RVFINO PPO. Si qui maior annis aduersum pacta uel transactiones nullo cogentis imperio, sed [13]) libero arbitrio et uoluntate confecta putauerit esse ueniendum uel interpellando iudicem uel supplicando principibus uel non inplendo promissa ea, quae [14]) inuocato dei omnipotentis nomine eo auctore solidauerit, non solum inuratur infamia, uerum etiam actione priuatus restituta poena, quae pactis probatur inserta, earum rerum et [15]) proprietate careat et emolumento, quod ex pacto uel transactione illa fuerit consecutus. Quae [16]) omnia eorum mox commodo deputabuntur, qui intemerata pacti iura ser-
1 uauerint. Eos etiam huius litis uel iactura dignos iubemus esse uel munere, qui nomina nostra placitis inserentes salutem principum confirmationem initarum esse iurauerint pactionum. DAT. V ID. OCT. CONSTANTINOPOLI OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

INTERPRETATIO. Si quis post uicensimum et quintum aetatis suae annum aduersus pactionem uel definitionem suam, quam nulla potestate constrictus emisit, sed uoluntate propria fecisse dinoscitur, aut interpellare iudices aut potestatum animos contra hoc quod fecit precibus adire praesumpserit aut inplere neglexerit ea, quae sub sacramenti interpositione definitionis suae scriptura testatur, non solum ex hoc facto pronuntietur infamis, sed nec causam ipsam agere permittatur et poenam, quam in pacto constituit, cogatur exsoluere, et quidquid partibus suis per eandem scripturam fuerit deputatum, illis continuo conferatur, qui emissae pactionis definitionem sine aliqua contrarietate seruauerint. Illos quoque praecipimus similis poenae condicione constringi, qui dominorum nomina coniurant, placitis inserentes, definita implere neglexerint: quod illis pro munere conseruatae pactionis adcrescat, qui sacramenta et definita seruauerint.

---

*T et ad* 8, 26. 9 *r.* 3 *Br.* (*NMGE*)

[1]) *Iust.* 2, 3, 4. [2]) *iunge* 3, 5, 1: *cf. Burg.* 33, 5 [3]) *fuit* Constantius (*Gothofredus*) [4]) Sirmio *ins.* 3, 5, 1 [5]) *fuit* Constantio A. V et Constantio C. conss. (*a.* 352) [6]) *Iust.* 2, 4, 40 [7]) pactum uel transactio scripta *Iust.* [8]) et acceptilationis *inserit Iust.* [9]) innexa est aut subsecutis secundum leges *Iust.* [10]) probantur *Iust.* [11]) si et aduersarius hoc maluerit *ins. Iust.* [12]) *Iust.* 2, 4, 41; *cf. Consultatio* 1, 12 *Burg.* 38, 1 [13]) sed *om. Iust.* [14]) ea quae] eas autem *Iust.* [15]) earum rerum et] et rerum *Iust.* [16]) quae] itaque *Iust.*

---

4 trasactionibus *T* 8 stipulationis] *T cum Iust.* (*Graeci*), stip et acceptilationis *Iust.* (*Latini*) una] *Iust.*, *om. T* quae data cum *his T* 12 honor. et arc. *G* aa.] aug. *N* qui] quae *E* aduersum] *TMGE Consult.*, aduersus *N Iust.* pactum *N* 13 transactionibus *E* cogentis *N*, cogente *M* confecto *N*, confectas *Iust.* putauerat *N* 14 uel] et *E* interpellandum *NG* iudice *E* supplicandum *N* 15 ea] et *G* nomine dei omnip. *G* actore *M*, auctore se *E* minuratur] *E*[a], minoratur *NGE*[b] 16 infamiae *G* etiam] esse *T*[a] priuata *N* probantur *G*[a] 17 emolumentum *G* 18 mox eorum *MG* quomodo *NGE* intemerata] *T Iust.*, intemerati *NME*, in temeritate *G* 19 lites *N*, legis *Iust.* actura *G*[a] dignus *M*[a]*E* nomina] *TNGE Iust.* (Latini), numina *M Iust.* (κατὰ πόδας) 20 inserentis *T* confirmatione *N* initarum] ministrarum *N*, iniciorum *G* iurauerint[ iure *M* pactionem *E* 21 id.] kl. *N* olebrio *N* probino] paulino *M*, priminio *G*, firmino *E*

## X DE POSTVLANDO [1])

1 [2]) IMP. CONSTANTINVS A. ANTIOCHO PRAEFECTO VIGILVM. Iussione subuersa, qua certu[s] aduocatorum numerus singulis tribunalibus praefinitus est, omne[s] licentiam habeant, ut quisque ad huius industriae laudem in quo uol[*u*]erit auditorio pro ingenii sui uirtute nitatur. DAT. K. NOV. SERDICAE CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS. a. 319

2 [2]) IDEM A. ANTIOCHVM PRAEFECTVM VIGILVM. Destituuntur negotia et temporibus sui[s] excidunt, dum aduocati per multa officia et diuersa secretaria rap[*i*]untur: ideoque censuimus, ne ii, qui semel protestati fuerint, quod ap[*ud*] te causas acturi sunt, apud alium iudicem agendi habeant potest[*a*]tem. PP.[3]) K. NOV. SERDICAE CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

3 [4]) IDEM A. HELLADIO. Saepius claruit quosdam ex aduocatis [5]) existimationi su[*ae*] inmensa atque inlicita conpendia praetulisse, nomine honorariorum, *ex ipsis negotiis, quae tuenda susceperint, emolumenta sibi certae partis cum graui damno litigatoris et depraedatione poscentes. Ideoque placuit, ut omnes, qui in huiusmodi scaeuitate permanserint, ab hac professione penitus arceantur.* DAT. III KAL. APRIL. PAVLINO ET IVLIANO CONSS.] a. 325

4 *IDEM* A. AD BASSVM PV. Aduocatos, qui consceleratis depectionibus suae opis egentes spoliant atque nudant, non iure causae, sed fundorum, pecorum et mancipiorum qualitate rationeque tractata, dum eorum praecipua poscunt coacta sibi pactione transcribi, ab honestorum coetu iudiciorumque conspectu segregari praecipimus. DAT. VIII ID. MART. CONSTANTINOPOLI CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.[6]) a. 326?

INTERPRETATIO. Aduocati, id est causas agentes, qui per iniquam cupiditatem susceptos, quorum causas acturi sunt, prius cogunt de rebus suis taliter scriptura intercedente pacisci, ut omnia, quae meliora sunt in agris aut in mancipiis aut in pecoribus, ad eos sub promissa defensione perueniant. Et ideo qui tam scelerati in eos, quibus patrocinium promittunt, fuerint deprehensi, et a conuentu honestorum uirorum et iudiciorum communione praecipimus segregari.

4a IMP. IVLIANVS A. AD IVLIANVM COMITEM ORIENTIS. *Si quis aduocatus inter exordia litis praetermissam dilatoriam praescriptionem postea uoluerit exercere et ab huiusmodi opitulatione submotus nihilo minus perseueret atque praeposterae defensioni institerit, unius librae auri condemnatione multetur.* D. VII ID. MART. ANTIOCHIAE [7]) IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS. a. 363

5 [7]) IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. OLYBRIO PV. Quisquis uult esse causidicus, ipsam solam sumat in causas agendo personam, nec idem in eodem negotio defensor sit et quaesitor, quoniam aliquem inter arbitros et patronos oportet esse delectum. ACCEPTA XII KAL. SEPTEMBR. IPSIS AA. CONSS. a. 368. 370?

---

*T* (*desinit in u.* 12 honorarior): 10, 3 *finis ex Iust. suppletus est:* 10, 4$^a$ *supplet Iust.* 8, 35, 12: *ad* 10 *r.* 4 *Br.* (*NMGE*)

[1]) *Iust.* 2, 6 [2]) *iunge c.* 1 *et* 2 *huius tituli* [3]) dat. *c.* 1 *recte: iunge* 11, 36, 19 [4]) *Iust.* 2, 6, 5 [5]) Si qui aduocatorum *Iust.* [6]) *subscriptio corrupta: Bassi praefectura urbis incidit in annos* 317—319 [7]) *Iust.* 2, 6,6 *pr.*

---

2 quae *T*$^a$ 8 potestati *T*$^a$ 9 pu. *G* 14 ideoque *suppleui* 16 idem] imp. constantinus *Br.* pu.] *M*, ppu. *G* ppo. *N*, ppm. *E* aduocatus *NG* cum sceleratis *N*$^b$*G* depactionibus *NGE* opis egentes *G*, opes egentes (agentes *N*$^a$) *NM***E*, opere gentes *M* 17 expoliant *E*, expoliat *G* denudat *G* iure] iuratae *G* 18 tractatadum] tractato *E* quoacto *E*, in quo acta *G* transcripsit *G* ab] *M**, ad *NME*, ex *G* que *om. M* 19 conspectis *G* praecepimus *N*$^a$ dat.] *NGE*, pp. *M* VIII] VI *G* 20 constantio *E* VII (III *M*) ... conss.] consule *E* c. *om. NG* 32 aa. *om. N* olebrio *N*, ad olybrium *Iust.* pu.] *M Iust.*, ppo. *NG*, preposito *E* quisquis] si quis *GE* causaedicus *E* 34 agendo] *ME*, egendo *N*, agendi *G* quaestor *N* aliquid *N* dilectum *ME*, *inc. G*$^a$ acc.] ****** *E*$^1$, *del. E*$^2$ 36 ipsis aa.] *GE*, ipso aug. *N*, II aa. *Iust.*: *subscript. om. M* acc. XII] pp. X *Iust.*, pp. romae XV 11, 36, 19



INTERPRETATIO. Quicumque causas suscipere uel agere uoluerit alienas, hoc sibi nouerit uindicandum, ne uelit in eo negotio, quod susceperit, et iudicis et adsertoris habere personam.

5a IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD OLYBRIVM PV. *Prouidendum est, ne hi, quo in foro aut meritum nobilissimos fecerit aut uetustas, in una parte consistant, aliam a rudibus atque ti-*
1 *ronibus necesse sit sustineri. Atque ideo, si in uno auditorio duo tantum prae ceteris fuerint uel plures, quorum fama sit hilarior, in iudicantis officio sit, ut par causidicorum distributio*
2 *fiat et exaequetur partibus auxilium singulorum et aequa diuisio procedat. Si quis uero monitus a iudice ea excusatione, quae nequeat comprobari, cuicumque parti patrocinium de-*
3 *negauerit, careat foro, sciat etiam numquam sibi ad agendum copiam posse restitui. Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum pluribus et aduersario suo tali fraude subtraxisse paris defensionis copiam, ostendet procul dubio iniquam a se litem foueri et auctoritatem iudicis a se lusam experietur.* D. X K. MART. TREVIRIS VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS. a. 370

6 [1]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. EVSTATHIO PPO. DE RE NECESSARIA ET AD LOCVM. Altero beneficio non solum per forum tuae magnitudinis, sed in uniuersis iudiciis ualituro, ut filiifamilias [2]), quidquid ex huiuscemodi professione uel ipsius occasione quaesierunt uel conquisierint, id post patris obitum praecipuum ueluti peculium castrense proprio dominio valeant uindicare sub tali forma, quam militantibus ex iure procinctus cinguli praerogatiua detulit [3]). DAT. X KAL. APR. CONSTANTINOPOLI DD. NN. HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

INTERPRETATIO. Quidquid uiuo patre filius aduocatus de causarum susceptione adquisierit, sibi nouerit uindicandum, sicut castrense peculium, quod in armis constituti filii probantur adquirere uel illi, qui iudiciariam uiuis parentibus meruerint potestatem.

7 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. CYRO PV. *Quidquid animi largitate et munificentia praestitimus principali togatis per Orientem eminentissimae praefecturae reuerentia studiorum, id sibi praesenti sanctione praestitum esse cognoscant patroni causarum illustris urbicariae praefecturae.* DAT. VII K. IAN. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

## XI DE ERRORIBVS ADVOCATORVM [4])

1 IMP. CONSTANTINVS A. FVRIO FELICI. Aduocatorum errores in conpetenti iudicio litigatoribus non praeiudicant. DAT. V KAL. AVG. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO C. CONSS. a. 320

INTERPRETATIO. Aduocatus, si in suscepti causa aliquid in praeiudicium per errorem dixerit, praeiudicare ei, a quo adhibitus est, nullatenus debet, si continuo de ipso errore fuerit reclamatum.

---

*Br.* (*NMGE*): 10 5$^a$ *supplet Iust.* 2, 6, 7: 10, 7 *Iust.* 2, 7, 5

[1]) *Iust.* 2, 7, 4 [2]) Fori tui culminis et uniuersorum iudiciorum aduocati *Iust.* [3]) proprio ... detulit] ad exemplum militum proprio dominio ualeant uindicare *Iust.* [4]) *cf. Iust.* 2, 9

---

12 x] *Iust.* (*Pl*), *om. Iust.* (*Hal.*) 14 eustatio] *N. Iust.* (*S*), eustasio *MEIust.* (*M*), eutasio *G* cessaria *G*$^a$ et *om. GE* 15 loco *N* alterius *G* per *om. N* in *om. E* 16 ut] *G*, ut si *NME* filiusfamilias *G*$^a$, filiisfamilias *E*, filii filias *NM* ex] ad *E* huiusmodi *G* quaesierunt uel cumquisierint *N*, quaesitura uel conquisierunt *M*, quaesierunt uel conquaesierunt *E*, quaesierint uel conquaesierint *G*, quaesierunt uel conquaesierint (quaesierint *Iust.* (*M*), quaesierint uel quaesierunt *Iust.* (*Graeci*), quaesierunt *Iust.* (*P*$^a$*L*), quaesierint *Iust.* (*P*$^b$*CR*) 17 id] id est *E* praecipuum] peculium *M* canstrense *G* proprium *E* 18 domino *N* qua *M***E* singuli *G*$^a$, singulis *G*$^b$, singulus *E* praerogati*uam *G*, prorogatiua *M* precinctus *E*, praecunctos *G*$^a$, praecinctos *G*$^b$ 19 detulerit *E*, intuli *G* dd. nn.] domno nostro *G* 20 x aa.] *M** *Iust.*, aa. *NM*, aug. *G*, aaa. *E* 29 a. *om. N* erroris *N* in] sine *ME* competendi *E* 30 constantino a. VI] constantinopolim aug. ** constantino *G* et const. c.] constantio *M*, constantio VIII *E*, *om. G*

## XII DE COGNITORIBVS ET PROCVRATORIBVS [1]

1a IMP. CONSTANTINVS A. AD CONCILIVM PROVINCIAE AFRICAE. *Maritus citra mandatum in rebus uxoris cum sollemni satisdatione et alia obseruatione intercedendi habeat liberam facultatem, ne feminae persequendae litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris inreuerenter inruant nec* [2]) *conuentibus uirorum uel iudiciis interesse cogantur.* PP. IIII ID. MART. HADRVMETO CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS. a. 315

1b IDEM A. AD BASSVM PV. *Procuratoribus institutis et post contestatam litem dominis effectis ii qui mandauerant non habeant facultatem negotia persequendi, nisi capitales inimicitiae uel morbus uel alia necessaria causa intercesserit: tunc enim etiam inuitis his transferri lis potest.* D. XIII K. IVL. CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

1 [3]) IMP. IVLIANVS A. SECVNDO PPO. Nulla dubitatio est post causam in iudicio publicatam [4]) utpote dominum litis procuratorem effectum etiam post excessum eius, qui defensionem [5]) mandauerat, posse inchoatam litem [6]) iurgiumque finire: quippe cum et procuratorem posse eum instituere et ad heredes suos incoata transmittere [7]) ueteris iuris uoluerint conditores. LECTA APVD ACTA PRIDIE NON. FEBR. IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS. a. 363

INTERPRETATIO. Qui dominus et procurator de cuiuslibet rei petitione fuerit institutus et susceptam litem uiuo mandatore per actionem repetendo fuerit contestatus, etiam si ille, qui ei mandatum tale fecerat, de hac luce discedat, liceat ei rem, quam repetendam susceperat, sibi defensare et alium procuratorem in hac causa, si uoluerit, qui repetat, ut dominus ordinare atque actionem ad heredes suos successoresque transmittere: quia sicut in rebus, quae possidentur, procuratores tantum aduersus pulsantes, nam non et domini possunt firmiter ordinari, ita in rebus, quae repetuntur, dominos procuratoresque facere is, qui pulsat ac repetit, iure permittitur. Solum est, ut mandatum ad uicem donationis factum actis habeatur insertum.

2 [8]) IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. Commune negotium [9]) et quibusdam absentibus agi [10]) potest, si praesentes rem ratam dominum habiturum cauere parati sunt, uel si, quod ab his petitur, iudicatum solui satisdatione firmauerint. PP. VI ID. DECEMB. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

INTERPRETATIO. Communes causas absentibus consortibus alii consortes agere possunt, si illi, qui praesentes fuerint, caueant acceptum esse illis, qui absentes sunt, quidquid fuerit iudicatum, aut in praesenti fideiussorem dederint, ut omnia, quae definita fuerint, inplere non differant.

3 [11]) IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. PANCRATIO PV. In principio quaestionis persona debet inquiri et utrum ad agendum negotium mandato utatur accepto. Quibus rite et sollemniter constitutis potest esse sententia: praeteritis autem his nec [12]) dici

*Br. (NMGE) et ad c.* 2. 3 *Consult.* 3, 12. 13: 12, 1a. 1b *supplet Iust.* 2, 12, 21. 22

1) *Iust.* 2, 12 2) nec *delet Mommsen* 3) *Iust.* 2, 12, 23 4) agitatam *Iust.* 5) qui agendam uel defendendam litem *Iust.* 6) causam *Iust.* 7) et ad ... transmittere *om. Iust.* 8) *Iust.* 3, 40, 2 9) post litem legitime ordinatam *ins. Iust.* 10) agi] in solidum agi sine mandato *Iust.* 11) *Iust.* 2, 12, 24: *iunge* 4, 23, 2a (*Iust.* 8, 4, 6 pr.) 12) Licet in principio ... inquiri procuratoris, an ad agendum neg. mandatum a domino litis habeat, tamen si falsus procurator inueniatur, nec *Iust.*

1 cognitionibus *G* 11 a. *om. E* secundum *N*, secundino *G* 12 utpote] ut putet *E* domino *G* lites *NE* procuratorum *N* excessu *N* defentione *N* 13 inchoata *N* quppe *E*a et ad *om. M* 14 incoatas *E* ueteres *NM*, actionis (-nes *E*b) *E* iure *N* uoluerit *G*, *om. M* 15 lecta (lecti *G*a) apud acta] lecta data *NG*, lecta *Iust. (Hal.)*, *inc. E*1, *om. E*2 a. om. *G* III *N* psallustio *M* 21 pulsatos (-tus *N*a) *NM* dominus *NE*, domini *M* 25 communi negotio *N* 26 capere *G*b (*non G*) sint parati *Consult.* quod] *M Cons. Iust.*, quid *NGE* 27 iudicato *G* pp.] ppo. *N*, data *GE* VII *E*, V *G* diuo iuliano *N*, iouiano a. *Iust. (Hal.)* 28 barroniano *N*, uarraniano *G* 31 ut] *dett.*, et *N*, aut *MG* 33 prancacio *G*, prancio *E* pu.] *M Iust.*, po. *N*, pfo. *G*, ppo. *E*, pfp. *Cons.* principi *G*1 34 quaestiones *NG*a personam *M* inquiri debet *Cons.* et] qui *G*, *om. Cons.* uirum *E* mandatum *NG* acceptum *G* 35 rite et] recte *GE*t, rite *E*v his] quis uel his *G*



controuersiae solent nec potest esse iudicium. ET CETERA. DAT. PRID. NON. APRIL. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

INTERPRETATIO. Cum primum ad iudicem causa fuerit intromissa, personarum firmitas requiratur, ut is, qui causam alterius prosequitur, mandatum eius, cuius causam agendam susceperat, proferre procuret.

3a IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. TATIANO PPO. *Quicumque praetorianae uel urbanae praefecturae sublissimae fastigium uel magisterium militare uel consistorianae comitiuae insignia meruerit dignitatis uel proconsulare ius dixerit aut uicarii fuerit administratione subfultus, si quid ab eo uel infertur iurgium uel refertur, procuratoris personam in negotii sui iura substituat. Quod si quis sanctionis huius statuta transgressus iudiciis sese iurgaturus ingesserit, careat eius litis sorte, cuius non per procuratorem expectauit euentum. Iudex nihilo minus, qui contra fecerit, nouerit a se uiginti libras auri, ab officio quoque suo tantundem ponderis exigendum.* DAT. XVIII K. OCT. [1]) ARCADIO A. II ET RVFO CONSS. a. 392

4 [2]) IMPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. VICTORIO PROCONS(VLI) ASIAE. Procurator, licet maritus sit, id solum exsequi debet, quod procuratio emissa praescripserit. DAT. V KAL. IVL. THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

INTERPRETATIO. Qui uxoris suae negotium fuerit prosecutus, quamuis maritus sit, nihil aliud agat, nisi quod ei agendum per mandatum illa conmiserit.

5 [3]) IDEM AAA. RVFINO PPO. Nullo pacto feminae aut amplius, quam sibi conpetit, agere aut pro aliis possunt interuenire personis. DAT. IIII KAL. OCTOB. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VC. CONSS. a. 393

INTERPRETATIO. Nulla ratione feminae amplius quam suas causas agendi habeant potestatem nec alicuius causam a se nouerint prosequendam.

6 [4]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ANDROMACHO PV. POST ALIA: Nemo militantium fiat susceptor defensorue causarum nec ad cognitionem alieni iurgii suffragator accedat. ET CETERA. DAT. PRID. NON. IVL. MEDIOL(ANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

INTERPRETATIO. Militantes non permittuntur legibus lites suscipere alienas nec procuratores fieri possunt.

6a IMPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. ANTHEMIO PPO. *In pecuniariis controuersiis, etsi specialiter hoc praecepti uel sententiae minime designat auctoritas, passim unicuique, si tamen ita maluerit, per procuratorem respondendi tribuimus facultatem: nisi forte quosdam, iustiores nonnunquam ob causas, uehementior maximi iudicis* [5]) *uocabit auctoritas.* DAT. PRID. ID. OCT. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. ET PROBO CONSS. a. 406

7 [6]) IMP. THEODOSIVS A. ET VALENTINIANVS CAESAR ASCLEPIODOTO PPO. Si lite contestata procuratorem uel cognitorem, qui litis minister est ordinatus, mori contigerit, minime eius

*Br. (NMGE) et ad c.* 4 *Consult.* 8, 2: *c.* 4a *supplet Iust.* 2, 12, 25, *c.* 6a *Iust.* 2, 12, 26

1) pp. (acc.?) ... (*ut data sit a.* 391) *Seeck* 2) *Iust.* 2, 12, 21 § 1: *iunge* 8, 13. 5 3) *iunge* 4, 3, 1. 4, 8, 9. 11, 30, 52 4) *iunge* 7, 12. 3. 8, 8, 7 5) maximi iudicis] *Iust. (Latini)*, sedis uestrae *uidetur legisse Thalelaeus* (τῆς καθέδρας τῆς ὑμετέρας) 6) *iunge* 4, 14, 1

1 contrauersiae *G* non.] kal. *Iust. (Hal.)* 2 anthemio *Iust. (Hal.)* sacritio *G* 15 arcadius] et arc. *Cons.* uicturiae *N*, uictori *M Cons.*, uictorino *E* procons.] consi. *E* 16 sit *om. G* missa *G*2, *om. E*1 perscripserit *GE* 17 v] *Cons. cum* 8, 3, 15, XV *NMGE* III] II *E* abundantius *E* 20 idem] imp. *G* qua *N* 21 possint *N*, posse *G* interueniri *N* theodosius *N* 22 a. *om. G* III *om. GE* uc.] *Wallerstein.*, uu. cc. *NM*, *om. GE* 25 andronico *NE*, anthronico *G* pu.] *M*, ppo. *NGE* alia] talem *N* litantum *G*a. militantum *G*b 26 defensorque *G*, defensor sue *N* cognationem *N* iurgii] iuris uel iurgii *G* suffragatur *NME* 27 prid. *om. N* olebrio *N* 35 impp. *N* theod. a. et ual. c.] *G*, et ual. augg. *NE*, ual. et *M* adsclepiodomo *N*, asclipiodoti *G* contestati *G*a 36 lites *KE* eius] quis *N*

quaerantur heredes, ne de superuacuo domino causae laboris occasio protendatur, sed statim ad eum migrent omnes, qui dominus causae fuerat, actiones: et successoribus procuratoris nulla super eo petitio relinquatur, nisi tantum expensarum nomine uel factorum litis causa sumptuum. Nec sane uidetur [1]) incongruum cognitori, cum manifestum sit, si cognitor uel praesentis procurator usus fuerit in iudicio prosperiore fortuna uel eadem reflante deuictus,
2 iudicati actionem sine ulla cunctatione in dominum dari uel domino. Et haec quidem in actoris persona de litis ministro edixisse sufficiet; ceterum in rei quoque idem licere non dubium est, quamuis abunde legum ueterum obseruatione munita sit, quae, si in rem quoque suam cognitor uel procurator quis fuerit ordinatus, simili modo nihil noui requirere patiuntur. ET CETERA. DATA XVIII KAL. DECEMB. CONSTANTINOPOLI VICTORE VC. CONSS. a. 424

INTERPRETATIO. Procurator est, cui per mandatum causa committitur. Cognitor est, cui sine mandato causam suam agendam praesens praesente iudice litigator iniungit. Si procurator aut cognitor tantummodo, non dominus et procurator effectus post litem contestatam quolibet casu de hac luce discesserit, de mandato sibi negotio ad suum nihil transmittit heredem, nisi tantum sumptuum uel expensarum repetitionem, quam auctorem suum in suscepta causa fecisse probauerit, lis uero ad mandatorem redit. Si praesentis procurator uincatur aut uincat, in dominum uel domino, non in procuratorem uel procuratori actio tribuetur iudicati. Idem esse et in pulsati possessoris procuratore seruandum, si aut uincatur aut uincat. Et si in rem suam quis factus fuerit dominus et procurator, et procuratorem ipse pro sua utilitate iam fecerit, similiter exitus rei iudicatae dominum respiciet, non actorem.

## XIII DE ACTIONIBVS AD POTENTES TRANSLATIS [2])

1 [3]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PPO. POST ALIA: Si cuiuscumque modi cautiones ad potentium fuerint delatae personas, debiti creditores iactura multentur: aperta enim credentium uidetur esse uoracitas, qui alios actionum suarum redimunt exatores. ET CETERA. DAT. V ID. IVL. RAV(ENNA) DD. NN. HONORIO XIII ET THEODOSIO X [4]) AA. CONSS. a. 422

INTERPRETATIO. Qui cautiones exigendas potentibus dederint, omne debitum perdant, quia, ubi potest esse repetitio, potestas ad exigendum non debet a creditoribus inuitari.

## XIIII DE HIS, QVI POTENTIORVM NOMINA IN LITE PRAETENDVNT VEL TITVLOS PRAEDIIS ADFIGVNT [5])

1 [6]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE PPO. Animaduertimus plurimos iniustarum desperatione causarum potentium titulos et clarissimae priuilegia dignitatis his, a quibus in

*Br. (NMGE)*: 14, 1 *ex parte redit in Edicto Theoderici* 46, *cf. etiam Burg.* 43

[1]) id *ins. Gothofredus* [2]) *cf. Iust.* 2, 13 [3]) *Iust.* 2, 13, 2: *iunge* 2, 28, 1. 2, 30, 2. 2, 31, 1. 2, 32, 1. 8, 8, 10 [4]) *fuit* Honorio VIII et Theodosio V (*a.* 412) [5]) *cf. Iust.* 2, 14 [6]) *Iust.* 2, 14, 1: *iunge* 1, 5, 13. 8, 5, 59. 60. 10, 3, 5. 11, 26, 2

1 queruntur *N*, requirantur *G* ne de] *M*, neue *N*, ne (nec $G^a$) uel *G*, hanc (a*c $E^a$) de *E* superuacuo] *Wallerstein.*, superuacuum *NMGE* dominio *G* laborem *N* praetendatur $GE^b$, pro*** $E^a$? 2 fuerit *G* actionis *GE* procuratores *NE* 3 eo] eum *GE* nomina *G* faciorum *N*, pactarum *G* lites *NG* 4 cognitorem *G*, cognitore *E* manifeste *G* sit si] *E*, si sit *M*, est si *N*, sit *G* cognitu *G* 5 praesentes *NGE* fuerit *om. G* prosperior fortuna *M*, prosperioris fortunae *G* reflante] *NE*, non flante *M*, reclamante *G* 6 actione $GM^{*u}$? cunctatione] cognitione uel cunct. *G* domino *N* dari] data *G* 7 actores *N* de litis] $E^b$, delictis $NMGE^a$ edixisse] *ME*, et dixisse *N*, dixisse *G* sufficiat *G* rei] re ei *M*, re $G^b$ 8 habendae *M* ueterum] ueterum uel nostrarum *G* quae] quod *G* 9 qui *G* 10 XVII *M* uictori *G*, uiciore *N* uc.] uu. *N* 21 translatas *GE* 22 alia] ali *E*, talem *N* si *om. G* modi *om. G* 23 cautionēs *E*, causationis *N* ad] ad cuiuscumque *GE* potentum *G* fuerit *NG* dilatae *N*, dilatatae *G* personam *M* creditoris *G* 24 uidentur *N* ueracitas *E* alias *N* actionem *E* redimant *G* 25 v] VII *G* id.] kl. *N* dd. nn.] domino nostro *G* x] XI *G*, *om. E* 28 potentiorem *N*, potentum *E*, potentiorem potentum *G* in lite] inlicitae *G* 29 protendunt *G* uel] aut *G* titulis *E* adfligunt *N* 30 imp. *N* missale *N* animum aduertimus $N^a$ plurimis *N* 31 disparatione $N^a$ et clarissimae] ad clarissima *E* dignitates *N* in ius] iniustae *G*



1 ius uocantur, opponere. Ac ne in fraudem legum aduersariorumque terrorem his nominibas
abutantur et titulis, qui huiusmodi dolo scientes coniuent, adficiendi sunt publicae sententiae
2 nota. Quod si nullum in hac parte consensum praebuerint, ut libelli aut tituli eorum nominibus aedibus adfigantur alienis, eatenus in eos qui fecerint uindicetur, ut adfecti plumbo
3 perpetuis metallorum suppliciis deputentur. Quisquis igitur lite pulsatus, cum ipse et rei
sit possessor et iuris et titulum inlatae sollemniter pulsationis exceperit, contradictoriis libellis
aut titulis alterius nomen crediderit inserendum, eius possessionis aut causae, quam sub hac
fraude aut retinere aut euitare temptauerit, amissione multetur nec repetendae actionis, etiamsi
4 ei probabilis negotii merita suffragantur, habeat facultatem. Eos sane, qui se sponte alienis
litibus inseri patiuntur, cum his neque proprietas neque possessio conpetat, ueluti famae suae
prodigos et calumniarum redemptores notari oportebit. DAT. V KAL. DECEMB. MEDIOL(ANO) STILICONE VC. CONSS. a. 400

INTERPRETATIO. Cognouimus multos causas suas per potentium personas excusare uel prosequi, ita ut libellos uel titulos eorum nominibus, qui dignitate praeclari sunt, quo facilius terreant possessores, in his domibus, quae ab eis repetuntur, adfigant, aut certe, si aliquid repetatur, nomine magnorum et clarissimorum uirorum prolatis libellis contradictoriis se specialiter excusare. Quod si ex eorum uoluntate factum fuerit, quorum nomina libelli testantur, publice debet dignitas eorum pro omni uilitate notari. Illi uero, qui causas suas tali fraude agere praesumpserint, plumbatis caesi in metallum damnati perdurent. Unde quicumque conuentus de re, in qua dominus esse dinoscitur, si alterius nomine se uoluerit defensare aut alium alterius nomine inquietare praesumpserit, causam perdat et rei, de qua agitur, seu possessionem seu repetitionem amittat, quamuis boni meriti negotium possit habere.

2 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. FLAVIANO PPO. *Regiae maiestatis est, ut nostrae tantum domus et patrimonia titulorum inscriptione legantur. Omnes igitur intellegant publico iuri deputandum id, cui nomen dominicum praescribitur.* DAT. III K. DEC. [1]) RAVENNAE BASSO ET PHILIPPO CONSS. a. 408

## XV DE DOLO MALO [2])

1 [3]) IMP. CONSTANTINVS A. AD SYMMACHVM VIC(ARIVM). Optimum duximus non ex eo die, quo se quisque admissum dolum didicisse memorauerit, neque intra anni utilis tempus, sed potius ex eo die, quo adseritur commissus dolus, intra continuum tempus anni eis, quibus esse decertandi ius inuenitur, eiusmodi actionem causa cognita deferri, ita ut, si forte is, contra quem res agitur, longius ullo genere discesserit, nec denuntiandi necessitate petitor oneretur,

*Br. (NMGE)*: 14, 2 *supplet Iust.* 2, 15, 1

[1]) *hoc tempore Theodorus ppo. Italiae erat;* pu. *Seeck* (?) [2]) *Iust.* 2, 20 [3]) *Iust.* 2, 20, 8

1 apponere *G* his] in his *N* 2 qui] qui per *GE* dolos *G* quohibent *N*, chohibent *E* efficiendi *E* sint *N* 3 eorum] quorum *E* 4 adfligantur *E* 5 quiquis $E^a$ lite] a lite *G* pulsatur *G* reis *N* 6 et iuris] ei iuris *N* introlatae *NGE* pulsationes $G^1$ contradictionis (—ctoris *Mo.*) *E* libellis (—lus $N^a$)] possessoris *M* 7 nomine *G* ingerendum *Iust.* possessione $N^a$ causae *libri cum Iust.*, casae *Theodericus* 8 euitare] *ME Iust.*, certe *N*, euiitare uel hereditate *G*, uindicare *Theodericus* multitur *N* repetenda $N^a$ actiones *N* 11 ei] uel *M* suffragatur *E*, suffragentur *G* habeant *N* facultatem] potestatem *G* eos] eius *N* qui se] quis *N*, qui *Iust.* 10 cum … conpetat *om. N* 11 prodigus $N^bMG^1E$, protegus $N^a$ redemptoris *NM* oportet *N*, oportebat *G* v] XV *Iust.* 12 stillicone *NE* uc.] u *N* 15 repetatur] *G uel* $G^b$, repetantur *NME* 16 prolatis] *G*, probatis *NME* 28 impp. *N* a. *om. N* uic.] *MG Iust.*, uc. consol. *E*, *om. N* diximus $G^a$ 29 amissum *M* memorauerint *E*, memorauit *Iust.* neque *om.* $G^a$ annum *G* 30 quod *N* adsertur *M*, adheserit *E* continuum] contentionum *E* eis] *O*, reis *MG*, rei *NE* 31 esse] est *G* ius *om.* $G^a$ inuenitur] imminetur *M* huiusmodi *G* causam *N* differri *G*, differret *E* ut *om. G* is] *G*, is qui *ME*, *om. N* 32 longe *G* necessitatem *M* petitur $NE^b$, petere *G*, peritur $E^a$ honoretur $GE^b$, honoratur $E^a$

1 nec eius qui aberit praesentia postuletur. Nec tamen adsistere, si uelit, quisquam prohibeatur examini, contra quem decernenda intentio huiusmodi fuerit expetita: ita ut impetrata doli actione lis ad suum iudicem translata intra bienni spatia decidatur, ratione temporis custodita,
2 cum legitime fuerit apud suum iudicem coepta, exemplo litium ceterarum. Perpetuo uero silentio conquiescat, nisi ex die, quo impetrata fuerit actio, intra continuum biennium, quod
3 sequitur, omnis lis fuerit decisa [1]). Omnes igitur sciant neque incipiendae post biennium [2]) neque ante conpletum biennium [2]) coeptae, post biennium finiendae doli actionis concessam licentiam. DAT. VIII KAL. AVG. NAISSO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

INTERPRETATIO. Dolus malus est, quotiens per aliquam scripturam uel fraudem ea, quae definita sunt, per scripturae argumenta mutantur. Vel si quis per chartarum subpositionem aut subreptionem aliquam id, quod contra se futurum sit, consentire uideatur, inducitur, uel cum his similia discutiente iudice probantur admissa. Et ideo ille, qui queritur dolo se fuisse grauatum, intra biennium suas et incipiat et definiat actiones: ultra sibi nec ad incoandum nec ad definiendum tempus nouerit esse concessum. Nam si aut illum, qui dolum admisisse dicitur, aut illum, qui pertulit, absentem esse contigerit, a tempore, quo apud iudicem agere coeperit, biennium ad definiendam actionem sciat sibi esse permissum.

## XVI DE INTEGRI RESTITVTIONE [3])

1 [4]) IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. In integrum restitutione minoribus aduersus commenticias uenditiones et aduersus tutorum [5]) insidias sanctionum praesidio cautum esse non dubium est: ac si quid forte idem de suo in fraudem tutelae alienasse docerentur, fraudatorio interdicto prospectum esse minoribus declaratur. DAT. ID. MART. SIRMIO IPSO A. VII ET CAES. CONSS. a. 326

INTERPRETATIO. In annis minoribus constitutis multum legibus constat esse prospectum. Et ideo aduersus tutorum fraudes uel uenditiones, quas minoribus aliquibus commentis extorserint, aut quidquid sub tutelae nomine iniuste egerint, nouerint legis beneficio reuocandum.

2 [6]) IDEM A. AD BASSVM. Placuit post conpletum uicesimum et quintum annum ex eo, quo uicesimi et sexti anni dies inluxerit, ad interponendam contestationem in urbe Roma usque ad anni tricesimi extremum diem spatia prorogari, et intra centesimum urbis Romae miliarium, si tamen ab his iudicibus, qui Romae sunt, fuerit iudicandum: per omnem uero Italiam usque ad finem anni uicesimi et noni: in ceteris omnibus prouinciis usque ad conpletum annum uicesimum et octauum. Quo transacto tempore manifeste omnes sciant legum sibi deinceps praesidia denegari, quandoquidem contestationis necessitate depulsa finiendas
1 integri restitutionum [7]) decidendasque causas certo genere clauserimus. Eandem autem cus-

*Br.* (*NMGE*)

[1]) tempus anni (73, 30) . . . decisa] biennium de dolo actionem moueri, siue afuerit siue praesto est is, qui dolum se passum esse queritur *Iust.* [2]) *expectes* annum [3]) *cf. Iust.* 2, 21 [4]) *Iust.* 2, 27, 2: *iunge* 3, 30, 3 [5]) seu curatorem *addit Iust.* [6]) § 1 . . . 4 *usque ad* 75, 12 supputentur = *Iust.* 2, 52, 5 [7]) restitutiones *Mommsen*

1 abierit *G*, haberet *N*, habuerit *E* postoleretur *N* adsistere] adsentire $ME^{t}$ 2 appetita *G* ita ut] aut *NG* 3 translatam *N* decedatur *N* rationem *N*, ratio *G* coepta] praecepta *G* litigium ceterorum *E* perpetuum *G* 5 fuerat *N* intra continuum biennium] cottidia nobiennio *G* 6 omnis] *M*, omnes *NGE* omnis *M* incipiendam *G*, incipienda *E* 7 biennium] b. quod sequitur *G* coeptae p. biennium *om. G* finiendi *NGE* 8 naissio *N*, nauso *E* c.] uu. cc. *N* 17 integris restitutionibus *G* 18 in integrum] integram *G* restitutione] *E Iust.*, restitutionem *NMG* 19 uindictiones $E^{a}$ insidias] inducias *G* 20 ac] ut *E* eidem *G* fraude *G* fraudaturi interdictum *E* 21 syrnio *N*, sirmii *Iust.* a. *om. N* VII] VIII *Iust.* (*M*) c.] caesario *N*, cetera *E* 26 a. *om. E* post uic. et q. annos expletos *G* 27 quo] qui $NG^{a}$ urbem romam *E* 28 centesimum] trecesimum *G* urbe *N* 29 miliarum $G^{a}$ 30 ad] in $G^{a}$ italiam] et aliam *N* noni] non *E* 31 omnia *G* 32 praesidium *E* denegare *N* contestationes *E* depulsae *N* 32 finienda *NG* 33 integri] *M*, in integri (—ris *E*) *NE*, sint integrum *G* decedendasque *N*, decedendas *G* certe *N* eadem *ME* custodire *G*



todiri temporum conuenit rationem, si [1]) forte quis beneficio nostro aetatis ueniam fuerit consecutus, ex eo die, quo indulgentia nostra in iudicio conpetenti fuerit intimata eique administratio rei propriae reserata [2]), ut ad persequendas in integrum restitutiones finiendasque causas
2 iuge tempus habeat praestitutum [3]). Si quando sane in minoris iura successerit minor, minime prohibeatur, cum quintum et uicesimum aetatis suae annum transierit, integri restitutionis
3 beneficio uti tempore inlibato. Quod si maioris fuerit minor iura nanctus, quantum ad eas pertinet actiones [4]), quas ex persona maioris fuerit consecutus, tantum temporis ad exponendas integri restitutiones decidendasque causas accipere debebit, quantum defuncto, cuius heres
4 aut bonorum possessor docebitur extitisse, reliquum fuerat. Cum uero maior successionem fuerit adeptus minoris, si quidem ciuili iure ab intestato uel ex testamento successerit, mox cum creta fuerit uel adita [5]) hereditas, si uero honorario iure, ex quo bonorum possessio fuerit accepta, examinando integri restitutionis negotio solida sine ulla deminutione tempora subputentur, quae non pro locis, regionibus atque prouinciis, in quibus morantur, qui heredes aut bonorum possessores sunt, obseruari iubemus, sed in quibus defuncti domicilia conlocauerant. DAT. VIII KAL. AVG. NAISSO. PP. ROM(AE) NON. OCTOB. CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO C. [6]) CONSS. a. 315

INTERPRETATIO. Iustum uidetur, ut post uicesimum et quintum annum, ubi uicesimus et sextus annus fuerit ingressus, deposita apud iudicem contestatione petat, qui sibi uoluerit ea, quae in annis minoribus aut per se aut per tutoris uel curatoris uitium male acta sunt, salua et integra pro aetatis infirmitate restitui. In his dumtaxat prouinciis usque ad uicesimum octauum annum, si contestatus fuerit, integra ei saluo principali negotio, quae male amiserat, reformentur. Nam et qui serenitati nostrae pro uenia aetatis crediderit supplicandum, hoc sibi nouerit esse concessum, ut sine praeiudicio indulgentiae nostrae, quod in sequenti lege conprehensum est, usque ad constitutum superius tempus liberum habeat in rerum, quas male gesserit, proprietate restitui. Quod si forsitan minor annis in illius hereditate successerit, qui et ipse in annis minoribus ab hac luce discessit, non prohibendus est, cum ad uicesimum et sextum annum peruenerit, ut sibi, unde illi conpetebat, reparationem agendarum rerum interposita contestatione requirat. Sin uero minor hereditatem illius, qui plena et integra aetate defecit, acceperit, mox in integrum fuerit restitutus, ea tempora in negotiis prosequatur, quae defuncto maiori legibus conpetebant. Cum autem maior minori seu ex testamento seu ex quocumque iure successerit, cum primum ad eum hereditas defuncti peruenerit, quidquid pupillo potuit pro integri restitutione conpetere, in illius transeat actionem, ita ut illius prouinciae forum sequatur, in qua defunctus minor habitasse dinoscitur.

3 [7]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IVLIANO II PROC(ONSVLI) AFRICAE. Et mulieribus

*Br.* (*NMGE*) *et ad c.* 3 *Consult.* 9, 12

[1]) Ea, quae de temporibus in integrum restitutionum legibus cauta sunt, custodiri conuenit, et si *Iust.* [2]) permissa *Iust.* [3]) ita tamen ut numquam minoribus uiginti quinque annis constitutis de his, quae ante impetratam ueniam aetatis gesserunt, auxilium in integrum restitutionis degenetur *addit Iust.* [4]) causas *Iust.* [5]) cum fuerit adita *Iust.* [6]) *ad. a.* 319 (Constantino A. V et Licinio C. conss.) *ducunt et locus quo constitutio data est* (*cf.* 2, 15, 1) *et praefectura urbana Bassi* (317—319) [7]) *Iust.* 2, 21, 8: *iunge* 4, 22, 6

2 conpetendi *E* fuerint $G^{a}$ 3 reseruata *NGE* in *om. N* (*Mo.*) 4 iugi *NE* praestitum *N* quando] quis *G* minoribus *M*, maiores *NE* successerint *M* 5 prohibeatur] *G Iust.*, prohibetur *E*, prohibitur *N*, probetur *M* quintum] quartum *G* annum aetatis suae *G* integris *M*, in integris (—ri *E*) *NM*E*, in integrum *G Iust.* restitutiones *N* 6 beneficium *E* inlibatos *G* maiores *N* natus $G^{a}$, nactus $G^{b}$ *Iust.* 7 ad] id *M* 8 integris *M*, in integrum *GE Iust.* restitutionis *Iust.* decedendasque *N*, dicendasque *E*, *inc.* $G^{1}$ debet *E* defucto $G^{a}$, defunctus *N* 9 relicum *M*, relinquum $G^{a}$ 10 minores *N* ex testam.] extam. $G^{a}$ 11 cum creta (creata $E^{a}$)] concreta *NG* fuerit . . . possessio (successio *E*) *om. G* 11 accepta fuerit *G* 12 integris *N*, in integris *G*, in integrum *Iust.* restitutiones *N*, restitutionibus *G* solidas *N* diminutione *ME*, dominatione *G* 13 locis] locis et *GE* religionibus *G* heres $G^{a}$ 14 defucti $G^{a}$ domincilia *N* conlocauerat *E*, conlocantes *M* 15 VII *G* naiso *E*, misso $G^{1}$ pp.] ppo. *NE*, ppo. accepta *G* rom. *om. G* aa. IIII et licinio] *O Bernensis*, a. et licinio utrisque II *Iust.* (*Hal.*), a. (a. *om. N*) VIII et constantio c. (c. *om. NE*) *NME*, const. a. uc. *G* 34 iuliano II *om. G*, II *om. E Cons. Iust.* proc.] ppo. *E* et mul.] in mul. *E*

et[1]) minoribus in his, quae uel praetermiserint uel ignorauerint, innumeris auctoritatibus constat esse consultum. DAT. PRID. NON. MART. RAV(ENNA) CONSTANTIO VC. CONSS. a. 414

INTERPRETATIO. Minoribus mulieribus sicut et uiris ita in causis omnibus subuenitur. Maioribus uero mulieribus pro fragilitate sexus in multis rebus, quas per ignorantiam praetermiserint, sicut lex ipsa loquitur, iubet esse consultum: id est, ut, si fideiussores pro quibuscumque accesserint, pro ipsa fideiussione non teneantur obnoxiae. Et si in difficilioribus causis ius uel leges nescientes mandati chartulam pro negotiis suis forte subscripserint, ut earum, cui mandauerint, negotium exequatur, et ille in charta non solum procuratorem, sed et dominum si se scripserit, deceptis per hanc fraudem mulieribus subuenitur. Reliqui autem contractus, quos firma aetate publice et sollemnibus scripturis gesserint, in sua firmitate perdurent.

## XVII DE HIS, QVI VENIAM AETATIS IMPETRARVNT[2])

1 [3]) IMP. CONSTANTINVS A. AD VERINVM[4]). Omnes adulescentes, qui honestate morum praediti paternam frugem uel maiorum[5]) patrimonia urbana uel rustica conuersatione rectius[6]) gubernare cupiunt et[7]) imperiali auxilio indigere coeperint, ita demum aetatis ueniam impetrare audeant, cum uicesimi anni clausae aetas adulescentiae patefacere sibi ianuam coeperit ad firmissimae iuuentutis ingressum[8]): ita ut post impetratam aetatis ueniam idem ipsi[9]) principale beneficium adlegantes non solum perscriptorum annorum numerum probent, sed etiam testibus aduocatis honesta aut simili aut potiore dignitate praeditis[10]), morum suorum
1 instituta probitatemque animi testimonio[11]) uitae honestioris edoceant. Quod cum ea condicione effecerint, in alienatione praediorum ius tantum legitimae aetatis optinebunt, quantum per annorum dimensiones ac temporum leges et natura singulis quibusque deferre consueuit.
1a Feminas quoque, quarum aetas biennio uiros non sera pubertate praecedit, seruato etiam in hoc temporis interuallo decem et octo annos egressas ius aetatis legitimae mereri posse sanximus: sed eas[12]), quas morum honestas mentisque sollertia, quas certa fama[13]) commendat. Has uero[12]) propter pudorem ac uerecundiam[13]) in coetu publico demonstrari testibus non cogimus, sed percepta aetatis uenia annos tantum probare tabellis uel testibus[14]) misso procuratore concedimus, ut etiam ipsae in omnibus contractibus tale ius habeant, quale uiros[15])

*Br. NMGE*)

[1]) et mul. et *om. Iust.* [2]) *Iust.* 2, 44 [3]) *pr.* § 1a. 2 = *Iust.* 2, 44, 2 [4]) pu. *addit Iust.* [5]) auorum *Iust.* [6]) urbana ... rectius *om. Iust.* [7]) super hoc *ins. Iust.* [8]) clausae ... ingressum] metas impleuerint *Iust.* [9]) per se *ins. Iust.* [10]) aduocatis ... praeditis] idoneis aduocatis *Iust.* [11]) et testimonium *Iust.* [12]) quarum ... uero] quas morum honestas mentisque sollertia commendat, cum octauum et decimum annum egressae fuerint, ueniam aetatis impetrare sancimus, sed eas *Iust.* [13]) feminarum *ins. Iust.* [14]) tabellis uel testibus] testibus uel instrumentis *Iust.* [15]) mares *Iust.*

1 quae uel] quae *E Cons.* praetermiserit uel ignorauerit *N* auctoritatis $N^a$, actoribus *M* 2 prid.] III *G* rau.. *om. Iust.* constantino *NE Cons.* uc. *om. N Cons. Iust.* 12 impetrauerunt *index N Iust.*, impetrant *N*, inpetrabunt *G* 13 honestate morum] in honesta temporum *G* 14 rectius] secius *G* 15 gubernatione *G* imperiale *N* degere *G* impetra** auideant $G^a$ 16 aetas *E* uiginti annis *GE* clausa *G*, causa *M* 17 ad] ac *G* ingressum ... ipsi] in se *M* impetrata aetate *N* ipse *N* 18 perscriptorum] *ME Iust.* (*PL*), praescriptorum *N Iust.* (*CR*), perscriptoribus *G* 19 similia aut $ME^2$, similia in *N* potiore] potiori *N*, potior *M*, potiora $E^b$, potior* $E^a$, potuere uel aut potiere *G* 20 institutam *E* probitatequae *G* testimonium *G Iust.* honestiores *NG* 21 efficerit $G^a$ in alia natione *G* legitimae *om. M* aetates *N* 22 demensiones (—nis *N*) *NE*, dementiones *G* legis *ME* et] in *E* differre *G* 23 aetates *N*, *om.* $G^a$ uiro $G^1$ sera] se a *N*, seuera *E* 24 egressos *M*, egessas *G* aetates *N* 25 sancimus *O Iust.*, sanctimus *E* sed] si *G* honestas] etas *G* mentesque *NE* 26 ac] et *G* in coetu] coetui *Iust.* 27 cogemus *G* perceptam *E*, prosepta *N* aetates *N* ueniam *E* probare tabellis] $ME^a$?, probaret ab illis *N*, probare tabulis $E^b$, probare tabulis uel ab illis (*sic*) *G* procuratorem *G* 28 concedemus *N* ipsam *N* uirus $E^a$, uerus $N^a$



2 habere praescripsimus[1]). Ita ut senatores apud grauitatis tuae officium de suis moribus et honestate perdoceant, perfectissimi apud uicariam praefecturam, equites Romani et ceteri
3 apud praefectum uigilum, nauicularii apud praefectum annonae[2]). Cui aetati quoniam inter plenam perfectamque adulescentiam et robustissimam iuuentutem media est, firmatae aetatis appellationem inponimus, ut prima aetas pueritiae sit, sequens adulescentiae, firmata haec
4 tertia, quarta legitima, quinta senectus habeatur. In ipsis etiam contractibus hac appellatione consignanda, ut non nudum nomen uenditoris inseratur tabulis emptionum, sed ab illo, qui firmatae aetatis sit et honestus uir habeatur, emisse illum significetur et uenditorem esse firmatae aetatis[3]): ita tamen, ut, quia spes adempta perfidiae est, et in uendendis praediis diligentiores esse persistant, qui beneficium meruerunt principale, nec praedia sine decreto alienent. DAT. V ID. APRIL. THESSAL(ONICAE). PP. III KAL. IVN. ROM(AE) CRISPO II ET CONSTANTINO II[4]) CC. CONSS. a. 321

INTERPRETATIO. Adulescentes, qui honestis moribus esse probantur et ad gubernandas facultates suas idoneam cupiunt habere personam, oportet eos primum, antequam ad legitimam aetatem perueniant, id est, ubi uir uiginti annorum esse coeperit, auxilium principis inplorare, et accepto huius rei beneficio eo ordine apud testificationem publicam allegare, ut probent se uiginti annorum inplesse curricula et honesta conuersatione transigere et sic praedia sua in aliena iura cum decreti tamen interpositione transferre liberam habeant potestatem. Feminae uero, sicut biennio in pubertate minores sunt, ita et retracto biennio, ubi ad octauum decimum annum peruenerint, eas tamen, quas morum et honestatis commendat opinio, non in publicum annos suos probare cogendae sunt, sed misso procuratore per scripturam annos eos, quos superius diximus, se habere demonstrent et similem, quam uiri in contractibus habeant facultatem: ita ut qualis uel quam digna persona sit, apud talem iudicem haec quae dicta sunt debeat adprobare. Ergo cum fuerint post adulescentiam hac aetate firmati, in ipsis quoque scripturis uel uenditionum instrumentis honestos se et firmatos aetate conscribant. Hoc tamen illis liceat, qui beneficium, ut diximus, principis pro confirmanda aetate meruerint, nec praedia sua sine iussu iudicis uel decreto, quod ex praecepto iudicum uel consensu curialium datur, alienare praesumant.

## XVIII DE IVDICIIS[5])

1 [6]) IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM. Iudicantem oportet cuncta rimari et ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi adiciendique patientia praebita ab eo: ut, ubi actio partium limitata sit, contentiones non occursu iudicis, sed satietate altercantium metas compresserint, saepius requiratur et crebra interrogatione iudicis frequentetur,

*Br.* (*NMGE*)

[1]) ita tamen, ut praedia sine decreto non alienent *addit Iust.* (*u. i.* § 4) [2]) § 2 *Iust. ita mutauit:* Sed senatores quidem clarissimi uiri in hac regia urbe commorantes apud sublimitatem tuam, ceteri uero apud praetorem, in prouinciis autem omnes apud earum rectores de suis moribus et honestate perdoceant [3]) et uenditore e. f. aetatis *delet Kipp* [4]) Crispo III et Constantino III (= a. 324) *Gothofredus* [5]) *Iust.* 3, 1 [6]) *Iust.* 3, 1, 9: *iunge* 11, 30, 11

1 praescripsimus] *N*, perscripsimus *M*, praecipimus *G*, conscripsimus *E*, rescripsimus *Iust.* grauitates *E* suae *N* et] et de *G* 2 perfectissime *N* equitis *M* et *om. M* cetera *E* 3 uigilium $NG^a$, praeuigilium $G^b$, nauigium $E^t$ nauicularet (—re $N^a$ [*Mo.*]) *N*, cubicularium *G* cui aetati] ciuitatis *G* 4 plenas *N* et] ac *M* media est] mediae *G* firmatae] *M**, firmitate *MG*, firmitatem $E^2$, firmitate $E^1$? aetates appellatione imponemus *N* 5 pueritia *E* sequis $G^1$ adulescentia *E* firma *G* 6 tertiam *N* senectutis *M* hac] et *G* 7 uenditores *N*, uendentis *M* tabulis] in t. *ME* emptionem *NE* 8 firmitate *NG*, firmitta $E^1$, firmata $E^2$ aetate *E* firmatae aetatis] firmitatis *N*, firmitate $G^t$ 10 meruerint *NE* 11 V] VI *G* pp.] ppo. *N* III] IIII *NG* iun.] *ME Iust.* ($P^bL$), ian. *NG Iust.* ($P^a$), iul. *Iust.* (*Hal.*) constantio *G* 12 II om. *E* cc.] uc. *E*, uu. cc. *M*, *om. NG* 19 retracto] *ME*, se tracta *N*, transacto *G* 30 a. *om. N* iudicentem *N* cuctos $G^a$ 31 proponendo *N* patientiam *N* probita *M* 32 ut] et *E* ubi actio] abiectio *G* limita $E^a$ contentiones (—nis $G^2$) ... 34 metas *om.* $G^1$ occursum $G^2$, occurso *E* iudices *N* 33 cumpresserint *M**, compraeserint uel contemserint *G* requirantur *M* iudices *N* frequententur *ME*

ne quid noui resideat, quod adnecti allegationibus in iudicaria contentione conueniat, cum ad alterutrum hoc proficiat, siue definienda sit causa per iudicem siue ad nostram scientiam referenda[1]). Nec ad nos mittatur aliquid, quod plena instructione indigeat[2]). DAT. PRID. ID. IANVAR.[3]) SIRMIO CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS. a. 321

INTERPRETATIO. Iudex cum causam audire coeperit, litigatorum assertiones uel responsiones patienter accipiat et omnia plena discussione perquirat. Nec prius litigantibus sua sententia uelit obuiare, nisi quando ipsi peractis omnibus iam in contentione non habuerint quod proponant. Quo usque rei ueritas inuenitur, frequenter interrogari oportet, ne aliquid praetermissum fortasse remaneat: quia si apud ipsum finienda causa est, totum debet agnoscere, si uero ita res exigit, ut ad principis notitiam deferatur, plena discussis omnibus data relatione debet esse suggestio.

2 [4]) IDEM A. AD MAXIMVM PV. AD LOCVM. Eum, qui sciens iudicio adesse neglexerit, ut contumacem iudex poena multabit. DAT. X KAL. IVN. SIRMIO PROBIANO ET IVLIANO CONSS. a. 322

3 [5]) IDEM A. AD SEVERVM PV. Nulli prorsus audientia praebeatur, qui causae continentiam diuidit et ex beneficii praerogatiua id, quod in uno eodemque iudicio poterat terminari, apud diuersos iudices uoluerit uentilare: poena proposita, si quis[6]) contra hanc supplicauerit sanctionem atque alium super possessione, alium super principali quaestione iudicem postulauerit, ut, rei quae petebatur integra aestimatione subducta, quintam portionem rei publicae eius ciuitatis inferat, in cuius finibus res de qua agitur constituta est. PP. III KAL. AVG. PAVLINO ET IVLIANO CONSS. a. 325

INTERPRETATIO. Nullus penitus audiatur, qui unius causae propositionem apud duos iudices partiri uoluerit, ut apud unum de negotio principali proponat et ab alio sibi momenti beneficio rem postulet consignari. Quod si quis hoc facere fortasse praesumpserit, eiusmodi poena se nouerit condemnandum, ut nec illud quod repetit ulla ratione recipiat et quintam portionem facultatum suarum, de quantum ibi possederit, rei publicae ciuitatis illius cedat, in cuius finibus res de qua agitur fuerit constituta.

## [XVIII A DE ORDINE IVDICIORVM]

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD CALPVRNIANVM. *Quoniam ciuili quaestione intermissa saepe fit, ut prius de crimine iudicetur, quod utpote maius merito minori praefertur, ex quo criminalis quaestio quocumque modo cessauerit, oportet ciuilem causam uelut ex integro in iudicium deductam discingi, ut finis criminalis negotii ex eo die, quo inter partes fuerit lata sententia, initium ciuili tribuat quaestioni.* DAT. ID. MART. NEPOTIANO ET FACVNDO CONSS. a. 336

---

*Br.* (*NMGE*) *omissa c.* 2: *c.* 2 *supplet Appendix* II 3: *tit.* 18 A *supplet Iust.* 3, 8, 4 *r.* 4

[1]) Iudices oportet imprimis rei qualitatem plena inquisitione discutere et tunc utramque partem saepius interrogare, ne quid noui addere desiderent, cum hoc ipsum ad alterutram partem proficiat, siue definienda causa per iudicem siue ad maiorem potestatem referenda sit *Iust.* [2]) et cetera *suppl.?*, *cf. G ad u.* 11 [3]) Iun. *Seeck* [4]) *iunge* 2, 4, 2 [5]) *Iust.* 3, 1, 10 [6]) poena ei ex officio iudicis imminente, qui *Iust.*

---

1 ne] *GE Iust.*, num *NM* noui] nobis *M* contentione] c. uel discussione *G* 2 ad] *ME*, *om. NG* siue] et siue *G*, sibi *N* causam *N* 3 referendam *G* aliquis *N* plenam instructionem *G*ᵃ prid.] IIII *G*, III *E* 4 syrnio *N* II et] II *E*, tii *N* constantio *M* cc.] uu. cc. *M*, u. c. *E*, iiii *N*, *om. G* 8 inuenitur] *M*, prouenitur *N*, peruenitur *E*, perueniatur *G* 11 suggestio] s. et cetera *G* 12 idem] imp. constantinus *Appendix* 13 poenam multauit *App.* 14 ad seuero *E* pu.] *M*, ppo. urbis *N*, ppo. *G*ᵃ*E*, ppu. *G*ᵇ continentia *G* 15 diuidet *E*, dicit *M* ex beneficii] benefici* *G*ᵃ 16 quis] c̄ *E* 17 aliam *G* possessionem *NG*, possessiones *E* aliam super principalem questionem *G* 18 rei] *NM***E*, res *MG* petatur *M* integra] in *M* 19 ciuitates *N*, ciuitati *G* agetur *N* pp.] ppo. *N*, dat. *G Iust.* III] in *E* aug. paul. et iuliano] *GE Iust.*, iul. aug. paulino *N*, aug. iul. et paul. *M* 31 discingi *Iust.* (*Graeci*), distingui *Iust.* (*Lat.*)



## XVIIII DE INOFFICIOSO TESTAMENTO[1])

1 [2]) IMP. CONSTANTINVS A. AD LVCRIVM VERINVM. Fratres uterini ab inofficiosis actionibus arceantur, et germanis tantummodo fratribus aduersus eos dumtaxat institutos heredes, quibus inustas constiterit esse notas detestabilis turpitudinis, agnatione durante sine auxilio praetoris petitionis aditus reseretur. DAT. ID. APRIL. SIRMIO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

INTERPRETATIO. Fratribus uterinis, id est diuersis patribus et una matre natis, non liceat de inofficioso contra testamentum fratris agere. Sed germanis fratribus praetermissis, id est uno patre natis, si turpibus personis, id est infamibus fuerit hereditas derelicta, hoc est aut pro libidine meretricibus aut pro inhonesto affectu naturalibus aut certe thymelicis uel de libertis suis, agendi contra testamentum licentia reseruatur, si tamen is ipse germanus non pro crimine suo exilio fuerit deputatus aut per captiuitatem fuerit seruus effectus aut per emancipationem successionis uel actionis iura perdiderit.

2 [3]) IDEM A. AD CLAVDIVM PRAESIDEM DACIAE. Licet legum auctoritas filiorum potius quam matrum personis uoluit laborem incumbere, ut de inofficioso agentes intra praefinita tempora doceant nullo suo uitio factum nec offensionem se parentibus praestitisse, sed iugiter obsecutos, ut naturae ipsius religio flagitabat, disciplinam inlaesam inoffensamque seruasse, ut his probatis remouere parentum ualeant testamenta: tamen si[4]) mater contra filii testamentum inofficiosi actionem instituat, inquiri diligenter iubemus, utrum filius nulla ex iusta causa laesus matrem nouissima laeserit uoluntate nec luctuosam ei et legitimam reliquerit portionem, ut testamento remoto matri successio deferatur, si tamen defuncto consanguinei agnati non sint superstites: an[5]) mater inhonestis factis atque indecentibus uotis[6]) filium forte obsedit insidiisque eum uel clandestinis uel manifestis adpetiit uel inimicis eius suas amicitias copulauit atque in aliis sic uersata est, ut inimica eius potius quam mater crederetur, ut hoc probato inuita etiam adquiescat filii uoluntati. DAT. VIII ID. FEBRVAR. SERDIC(AE) CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS. a. 321

INTERPRETATIO. Quamuis leges filiis, si praetermissi testamento fuerint, maiorem quam matribus agendi dederint potestatem, ut de inofficioso matris testamento proponant, id est, si quarta debitae portionis suae filio dimissa non fuerit, ita tamen, si probare potuerint, quod matris in nullo laeserint pietatem, sed se obsequium, ut decuit, praestitisse: sic testamentum matris, in quo praetermissi fuerint, non ualebit. Nam si mater contra testamentum filii, quod inofficiosum dixerit, agat, debet diligenter requiri, si contra filium mater nihil egisse probatur, aut si nullis insidiis uel publice uel secrete eum laedere fortasse temptauerit: ne forsitan consilium aduersus filium inimicis suis, quod inpium est, auxiliumque praestiterit. Quod si factum non fuerit, potest remouere praetermissa mater, quia ei quartam de rebus suis por-

---

*Br.* (*NMGE*)

[1]) *Iust.* 3, 28 [2]) *Iust.* 3, 28, 27 *mutata* [3]) *Iust.* 3, 28, 28 [4]) Liberi de inofficioso querellam contra testamentum parentum mouentes probationes debent praestare, quod obsequium debitum iugiter, prout ipsius naturae religio flagitabat, parentibus adhibuerunt: nisi scripti heredes ostendere maluerint, ingratos liberos contra parentes exstitisse. sin autem *Iust.* [5]) defuncto . . . an *om. Iust.* [6]) machinationibus *Iust.*

---

2 lucricium *N*, lucritium *E* uirinum *NE* 3 institutus *N* 4 inustas] *O*, iniustas *MGE*, iniusta *N* constituerit *G* detestabiles *E* turpitudines *E*, turpidinis *G*ᵃ agnationes *E*ᵃ, hac natione *G* durantes sine *GE*, durantes in *N* praetores *N* 5 petitiones *NE* auditus *N* sernio *N* const. a. V (V u. c. *E*, V *om. MG*) et licinio (uicinio *M*) c. (uu. cc. *N*, *om. E*)] crispo et const. *Iust.* (*PL*), crispo II et const. caes. II *Iust.* (*Hal.*) 13 a.] augg. *N* datiae *NG*, dachiae *M*, duciae *E* 14 ut] aut *N* inofficiosum *N* 15 doceantur *G* nullo] in nullo *ME* nec] ne *NM** 16 obsecutus *NE*ᵇ, obsecu**tus *E*ᵃ seruasset *G* 17 his probatis) pro his batis *G*¹ remouere p. ualeant testamenta *NGE*, remoueant p. uoluntatem testamenta *M* matrem *M* testamento inofficioso *N* 19 uoluntatem *NE* nec] ut nec *N* ei *om. N* et] *Iust.*, nec *Br.* legitime *E* requerit *G*ᵃ 20 testamentum remotum *G* matre *N*, matris *G*, matres *E* 21 agnatio *N* sunt *G* indigentibus *G*, in decedentibus *N* 22 eum] cum *N* adpeti *N*, expetit et *G* 23 sic] si *M* inimici *E* eius *om. G* matris *E* 24 ut *om. M* probato] *M***M*ᵇ*E*, probatum *NM*ᵃ*G* filii] lesi filii *G* uoluntatem *NE*, uoluntate *G* VIII] VII *Iust.* (*PL*), III *Iust.* (*Hal.*) syrdice *GE* 25 crispo] *N*, crispo cos. *G*, crispo k *M* II cc.] II c. *M*, II *G*, *om. NE*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

tionem filius non dimisit, quod filius fecerat testamentum: si tamen filio fratres consanguinei agnati, id est uno patre nati, aut eorum filii per uirilem sexum non esse probantur. Nam si mater, ut superius dictum est, pro manifestis inimicitiis suis praetermissa docebitur, inuita adquiescat laesi filii uoluntati.

3 [1]IDEM A. AD CONCILIVM BYZACENORVM. Seruus necessarius heres instituendus[2]) est,
1 quia non magis patrimonium quam infamiam consequi uidetur. Unde claret actionem inofficiosi fratribus relaxatam, cum infamiae adspergetur uitiis, qui heres extitit, omniaque fratribus
2 tradi, quae per turpitudinem aut aliquam leuem notam capere non potest institutus. Ita in hac quoque parte, si quando libertis heredibus institutis fratres fuerint alieni, inofficiosi actione proposita praeualeant in omnibus occupandis facultatibus defuncti, quas ille perperam ad libertos uoluerat pertinere. DAT. VII KAL. AVG. COLONIAE AGRIPPINAE[3]) PACATIANO ET HILARIANO CONSS. a. 332?

INTERPRETATIO. Si seruo per necessitatem debiti a domino cum libertate hereditas fuerit dimissa, quia huiusmodi persona uidetur infamis, germanis fratribus, qui praetermissi sunt, agendi contra testamentum datur facultas, ut remota infami persona, salua tamen quam meruit libertate, hereditatem germani fratres ad se debeant reuocare. Nam et si praetermissis fratribus liberti per testamentum heredes fuerint instituti, simili modo germani defuncti eos a bonis fraternae hereditatis excludent sibique omnia quae reliquerit uindicabunt.

4 [4]IMP. CONSTANTIVS A. ET CAESAR OLYBRIO. Cum scribit moriens, ut arbitratu boni uiri, si quid minus filiis sit relictum quam modus quartae, qui per successionem bonis tantum liberis debetur, efflagitat, id ipsum ab herede isdem in pecunia conpleatur, manifestum est nullam iam prorsus nec super testamento nec super donationibus querellam remanere, praesertim cum uniuersam eandem repellat et reprimat, quae ad pecuniam redigit, iusta taxatio. DAT. XIIII KAL. IVN. TAVRO ET FLORENTIO CONSS. a. 361

INTERPRETATIO. Quotiens pater filiis per testamentum de facultatibus a se dimissis quartam dari praeceperit portionem et hoc in nummo fieri bonorum uirorum arbitrio crediderit committendum, seu hoc testamento siue donatione conscripserit, nullam contra patris uoluntatem filius habeat actionem, dummodo quartam portionis suae, quam erat habiturus de omnibus, quae tempore mortis suae pater reliquerit, consequatur in nummo.

5 [5]IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. HYPATIO PPO. Intra quinquennium, quod inofficiosis actionibus constitutum est, liberis quoque, parentum iudicia inofficiosa causantibus eadem temporis curricula praestituta sunt. DAT. V KAL. IVN. PATAVI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383

INTERPRETATIO. Intra quinque annos a die mortis defuncti, quicumque inofficiosum dicere uoluerit testamentum, incoandae actionis licentiam se nouerit habiturum. Quod temporis spatium etiam filii sibi, si contra parentum testamenta ac uoluntates agere uoluerint, agnoscant esse concessum. Quo transacto si repetitio incoata non fuerit, omnium personarum de inofficioso intentio conquiescat. Ceterum intra quinquennium incoata usque ad tricennium obtineat actionem.

*Br.* (*NMGE*)

1) § 1. 2 = *Iust.* 3, 28, 27 *mutata: iunge* 4, 10, 1  2) institutus tuendus *Kipp:* institutus est quia *delet Mommsen*  3) *Constantinus hoc anno Coloniae Agrippinae non fuit*  4) *iunge* 2, 20, 1  5) *iunge* 16, 7, 3: *cf. Lex Rom. Burg.* 31, 2

5 bizacinorum *ME*, bizacionorum *N*, baianorum *G*  6 quia] qui *GE*  infamia *N*  unde claret] ut declararet *N*  inofficiosis *G*, inofficioso *N*  7 relaxa *N*  aspergitua *E*, respergitur *G*  8 aliquem *M*  10 illi $N^a$  11 uoluerit $N^a$?, uoluit *G*  VII] VI 4, 10, 1  colonia *G post* illariono  agripinae *M*, egripini *E*, agripino *G*, paene *N*  pagatiano et ilarino *E*  18 reliquerint *libri*  19 constant. *M*, constantinus *NGE*  caesarius *N*  scribit] scriptus $ME^a$?, scrib et $E^b$  ut] aut *M*  arbitrantur *G*  20 filiis] bonis f. *G*  sit] suis *ME*  successione *N*  21 efflagitatum $E^a$?, efflagitati $E^b$  ipsum] iustum *G*  ab heredes *N*, ad heredem de *G*  inpleatur *G*  22 nulla tam *N*  testamentum *NGE*  remouere *M*  23 uniuersa *G*  tandem *E*  pocuniam $G^a$  redegit *M*  iuxta taxatio *N*, accio iuxta (iusta $G^v$)  24 XIIII] *NM*, XIII *M*E*, XII *G*  iul. *G*  tarro *N*  frorentio (—ti** $G^1$) *G*  30 ual.] et ual. *G*  epatio *E*, sipasio *G*  32 eadem *om. N*  temporibus *N*  curriculam *N*, carricula *G*  restituta *G*  V] VI *E*, XII *uel* XV 16, 7, 3  iun.] *G cum* 16, 7, 3, ian. *NME*  33 II *om. E*



6 [1]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PPO. Aduersus iudicium omnibus integris atque seruatis, quibus inofficiosi actio aut de inmodicis donationibus coeperit forte conpetere, uel qui se praeteritum esse testatur. Nos enim ita huiusmodi institutiones firmandas esse censuimus, ut conpetentibus actionibus uiam minime clauderemus. DAT. XVI KAL. MART. RAV(ENNA) P. C. HONORII VIIII ET THEODOSII V AA. a. 413

INTERPRETATIO. Contra uoluntatem defuncti ita omnia, quae superiori lege sunt statuta, seruentur, ut et de inofficioso agere liceat et, si quis se praeteritum dixerit, audiatur. Sed ita haec omnia obseruari praecipimus, ut, si qua alia propositio fuerit de testamento uel donatione, quae possit opponi, in omnibus audiatur.

7 [2]IMP. THEODOSIVS A. ASCLEPIODOTO PPO. Si quis defuncti agnouerit uoluntatem, de inofficioso agere prohibetur. DAT. VII KAL. MART. CONSTANTINOPOLI VICTORE VC. CONS. a. 424

INTERPRETATIO. Qui per testamentum sibi aliquid derelictum acceperit aut uindicauerit et uoluerit contra uoluntatem defuncti agere, licentiam penitus non habebit.

## XX DE INOFFICIOSIS DONATIONIBVS[3])

1 [4]IMP. CONSTANT(IVS) A. ET CAESAR OLYBRIO. Illud omnino dubitari non conuenit[5]), quod inmodicarum donationum omnis querella ad similitudinem inofficiosi testamenti legibus fuerit inducta et sit in hoc actionis utriusque uel una causa uel similis aestimanda uel idem et temporibus et moribus. DAT. XIIII KAL. IVN. TAVRO ET FLORENTIO CONSS. a. 361

INTERPRETATIO. Certum est, quod donatio facta de inofficioso testamento querellae similis iudicatur, contra quam similiter praetermissus, etsi ei minus, cui haec actio conpetit, quam quartae portionis suae modus est, dimittatur, intra quinquennium superius constitutum agere permittitur. Et sicut inofficiosum testamentum, ita potest agere, ut donatio uacuetur.

## XXI DE INOFFICIOSIS DOTIBVS[6])

1 [7]IMP. CONSTANT(IVS) A. AD MAXIMVM PRAESIDEM CILICIAE. Cum omnis hereditas dote dicatur exhausta[8]), concordare legibus promptum est, ut ad exemplum inofficiosi testamenti aduersus dotem inmodicam exercendae actionis copia tribuatur et filiis conquerentibus emolumenta debita deferantur. DAT. XIIII KAL. IANVAR. SIRMIO DATIANO ET CEREALE CONSS. a. 358

INTERPRETATIO. Quotiens per dotem ita omnes hereditas euacuata probatur, ut quarta hereditatis ipsius non fuerit reseruata, liceat filiis ad similitudinem inofficiosi testamenti contra dotem agere et debitam sibi portionem ex lege repetere.

*Br.* (*NMGE*)

1) *iunge* 1, 2, 12. 8, 17, 4. 4, 4, 4ᵃ (*Iust.* 6, 23, 19)  2) = 4, 4, 7 *pr.*  3) *Iust.* 3, 29  4) *Iust.* 3, 29, 9: *iunge* 2, 19, 4  5) Non conuenit dubitari *Iust.*  6) *Iust.* 3, 30  7) *Iust.* 3, 30, 1  8) Cum omnia bona tua a matre tua dote dicantur exhausta

1 iohanne *E*  aduersum *N*  3 qui se] quis in *E*  institutione *E*  4 censuimus] *N*, censemus *G*, concessimus *M*, sanctimus *E*  ut] aut *G*, ut in *E*  clauderimus *G*  XIII 8, 17, 4 XII *G Iust.* 6, 23, 19  5 p. c.] ppa. *E*  honorio *E*  VIII *G*, VI *E*  theodosio *E*  aa.] aa. conss. *MGE*  10 ad asclipiodotum (—ditum *E*) *NGE*  11 prohibemus *O*  VII] XVI 4, 4, 7  uictor *N*  uc.] ss. *G*  15 constant. *M*, constantinus *NG*, constantianus *E*  a. *om. NE*  et caes. *om. Iust.*  olebrio *N*  16 donationem *N*  omnes *NE*, omnem *G*  quaerellas *N*, querelam *G*  testamento *N*  inducta] iudicatum *G*, introducta *Iust.*  actiones *N*  18 et *om. G*  tempore et moribus *G*, temporibus et minoribus *E*, moribus et temporibus *M*  dat.] *GE Iust.*, datur dat. *NM*  XIIII] V *N*  iul. *NG Iust.*  florentio] fl. pp. $E^a$  24 constant. *M*, constantinus *NGE*  praeside *N*  ciliciae] glic. *E*  omnes *N*  25 exhausta] exhaurta *N*, explicata expleta et euacuata exhausta *G cum superscriptione* glossa  proptum $G^a$  testamento *E*  26 exercendam actiones *N*  conquerentibus] *E*, conquirentibus *NMG*  emolumenta] $G^2$, emolu emolumentum dicitur lucrum praeonium uel mercis laboris siue fructus laboris menta (*cum superscriptione manus* 2 glossa) $G^1$  27 differantnr *N*, referentur $G^1$  XIIII] *NE*, XV *G*, IIII *Iust.* (*Hal.*), XVI *M*, XIII *M**  ianuar.] *M*, iun. $NGE^a$ *Iust.* (*Hal.*)  sirinio *N*  cereali II *G*

2 IDEM A. ET IVLIANVS CAESAR POMPONIANO. Dote ab uxore marito data filios ex priore matrimonio, si neque ultra dodrantem neque in fraudem legis Papiae constituatur, de hac repetenda nullam habere constat actionem. DAT. XV KAL. IANVAR. SIRMIO [1]) IPSO AVGVSTO X ET IVLIANO CAES. III CONSS. a. 360

INTERPRETATIO. Si mulier marito secundo dotem dederit et ex priore marito filios habuerit, et non eis tres uncias, id est quartam portionem de rebus suis reseruauerit, dos, quae contra legem Papiam secundo marito data est, non ualebit. Hic de iure addendum, quid sit lex Papia.

## XXII DE HEREDITATIS PETITIONE [2])

1 IMP. CONSTANTINVS A. ET C. AD MAXIMVM PV. Si is, qui dignitate Romanae ciuitatis amissa Latinus fuerit effectus, in eodem statu munere lucis excesserit, omne peculium eius a patrono uel a patroni filiis siue nepotibus, qui nequaquam ius agnationis amiserint, uindi-
1 cetur. Nec ad disceptationem ueluti hereditariae controuersiae filiis liceat accedere, cum eius potissimum status ratio tractanda sit, non quem beneficio libertatis indultae sortitus acceperit, sed is, in quo munere lucis excesserit. DAT. III KAL. FEB. SERDICAE IPSO AVGVSTO VII ET C. CONSS. [3]) a. 326?

INTERPRETATIO. Si quis ciuis Romanus libertus intercedente culpa Latinus libertus fuerit effectus, si in eadem Latinitate sine reparatione prioris status ab hac luce discesserit, facultatem illius patronus uel patroni filii uel nepotes, qui tamen per uirilem lineam descendunt et emancipati non fuerint, sibimet uindicabunt. Nec si filios, quos ciuis Romanus generauit, fortasse dimiserit, aliquid de eius hereditate praesumant, quia non quaerendum est, in qua libertate nati fuerint, sed in qua pater eorum positus condicione defecerit.

## XXIII DE REI VINDICATIONE [4])

1 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. CRISPINO COMITI ET MAGISTRO EQVITVM. Quisquis armatae militiae stipendiis communitus in solo publico uel aedificium aliquod construxerit uel saeptis quibuslibet spatia certa concluserit, perpetuo iure et firmo dominio eadem ex nostra generali auctoritate possideat nec per subreptionem aliquis postea eadem loca a nostra cle-
1 mentia audeat postulare. Illud quoque sancimus, si quisquam militum simili condicione ante hoc tempus loca publica possidenda detinuit ac postea eadem per alias conpetitionum nebulas detectus fuerit amisisse, reformari eadem, ita tamen, si probatum fuerit a nullo antea possessum solum hac qua ostendimus a milite ratione detentum: uel si in alios forte eorum

*Br. (NMGE)*

[1]) *Sirmii Constantius hoc die non fuit* [2]) *Iust.* 3, 31 [3]) *ad a.* 320 (Constantino A. VI et Constantino conss.) *ducit Maximi praefectura* [4]) *Iust.* 3, 32

1 pompiano *E* dotem *N* filius $MGE^{a}$, filiis $E^{b}$ priori $GE^{2}$ 2 dorantem *N* neque in] nullus *G* 3 petenda $E^{a}$ constat habere *G* *subscriptionem om.* $G^{a}$ XVI *M* ian.] iun. $G^{b}$ X *om. M* 4 caes. *om.* $MG^{b}E$ III *om. M* 7 hic de i. addendum (abdendus *E*) ... lex (lex *om. M* *a) papia] *ME, om. NG* 10 constant. *MG*, constantius *N* et *om. G* ad maximo *N* pu.] *M*, ppo. *N*, praefectum *G*, ppm. *E* *ad hunc titulum uidentur trahenda esse, quae inter Paulum* 1, 13 *B* § 2 *et* 3 *inserit G*: alia. in priori libro theudosii similis lex querenda titulo secundo is qui] quis *G*, * is $E^{a}$ dignitatem *NE* ciuitates *N* 11 emissa *N* statum *N* omnem *NM* 12 ad patronum *G* a. *om. GE* qui] eius qui *G* agnationes *N*, agnicionis $GE^{a}$ amiserit *E* 13 ueluti] litis uel *G* hereditario controuertiae *M* 14 statutus *E* libertates *N*, liberatis $E^{t}$ 15 is] his *NG* locis *N* serdicie *N* VII *om. GE* 16 c.] tesunt *G* 19 facultates *G* 24 impp. *om. G* theod. et hon. *E* crisponi $NM^{a}$, crispioni $M^{b}M^{*}E$ comite *G* quisquis] si quis *N* 25 communitus] $M^{*}$, commonitus *NE*, comminutus $G^{1}$, comminutis $G^{2}$, commonitur *M* 27 a *om.* $NE^{a}$ 28 audiat *N* 29 alia $E^{a}$ 30 admisisse *M*, amissa *G* si] ut si *G* 31 solo *N* hoc *E* a milite] simili *G* detenti *E* in *om. G* alius *N*, alia *G*



2 militum uoluntate translatum fuisse, quod tenuerant, potuerit perdoceri. Ne quis sane post hanc definitionem nostri numinis subripiendo postulare audeat haec spatia, de quibus praesens oraculi nostri forma conprehendit, poenam uiginti librarum auri iubemus adscribi. DAT. V KAL. MART. RAV(ENNA) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

INTERPRETATIO. Quicumque militans in solo publico aedificium fortasse construxerit aut aliquid pro utilitate sua crediderit faciendum, per nullius calumniam penitus repellatur, sed hoc perpetuo in eius iure permaneat. Idem miles nostris utilitatibus seruiens, si locum publicum construxerit uel ad excolendum fortasse tenuerit, si hoc tamen nullus antea tenuit, cui miles ipse peruasor extiterit, simili ratione possideat. Contra quam rem etiam si subreptum principi fuerit, non solum impetrata non ualeant, uerum etiam inprobus petitor uiginti libras auri fisco cogatur exsoluere.

## XXIIII DE FAMILIAE HERCISCVNDAE [1])

1 [2]) IMP. CONSTANTINVS A. AD VERINVM. Cum diuidundae res erunt, dubitari non potest
1 ab heredibus suis consensum sine ulla controuersia commodandum. Quod uero ad huiusmodi spectat scripturas, in quibus talis defunctorum fuisse mens inuenitur, ut de testamento intellegatur tantummodo cogitatum, etsi repugnare ius uideatur, huiusmodi quoque conscriptiones inter suos dumtaxat heredes ualere oportet, quemadmodum ualent scripturae simpliciter
2 incoatae, quas nulla sollemnitatis adminicula defendunt, solis nixae radicibus uoluntatis. Licet enim sub testamenti uocabulo coeptae, cum perfectae non sint neque appellari aliter ullo modo possint, euanuisse uidentur, tamen dispositiones ultimae coloratam iuris imaginem refe-
3 rentes iustius in se legum procliuem fauorem debent prouocare. Quam ob rem cum filiis ac nepotibus ciuili iure uel auxilio praetoris ut suis heredibus defuncti successio defertur, etiamsi coeptum neque inpletum testamentum esse memoretur, uel si ab utilitate uerborum uel sollemnitate iuris inanis scriptura esse dicatur, considerari specialiter uoluntatem placet et obsecundari protinus, cum res diuidentur, nec retineri amplius, quam quod singulorum personis detegetur adscribtum, ut et memoria defuncti non uioletur parentis et occasiones litium dirimantur. DAT. IIII KAL. SEPTEMB. CRISPO II ET CONSTANTINO II CONSS. a. 321 (324?)

INTERPRETATIO. Quando facultas patris inter filios uel nepotes diuiditur, specialiter uoluntas patris uel aui paterni debet in omnibus custodiri, cuius testamentum etiamsi non fuerit perfectum aut si non legitimo numero testium subscribatur nec gestis allegetur, tamen si agnoscitur defunctus, de quo supra dictum est, de facultate sua aliquid ordinasse, quidquid unumquemque de filiis uel nepotibus cuiuscumque sexus habere uoluerit, hoc sibi sine consortis repetitione defendat: nec praesumat aliquis, quod alteri consorti auctor ille dimiserit, sed hoc inter filios et nepotes ex filiis masculis obseruetur, quod uoluntate auctoris per quamcumque scripturam probabitur ordinatum.

*Br. (NMGE)*

[1]) *Iust.* 3, 36 [2]) *h. c. argumento fere consentit cum c.* $1^{a}$ *eodem anno ad Bassum datae: Verinus pu. fuit annis* 13 *Sept.* 323—3 *Ian.* 325

1 uoluntatem *E* tenuerat *GE* perdocere *E*, edoceri *M* ne] si** (ue *uel* ne) *G* sane] tamen *G* post] per *M* 2 hac *N* nominis *NGE* subripiendum *E* 3 poena *NG* 4 asclipiodoto *NG* mariano *N* 12 familia *GE* 13 diuidundae res] *M*, diuidunt heredes *N*, diuidendae res *GE* 14 controuertia *M* commodendum *G* huiusmodis *N* 15 expectat *MG*, spectant *N* tales *N* defuctorum $G^{a}$ mens fuisse *G* 16 cogitantum *N* ius] quis *N* conscriptione *NE* 17 quaeammodum *M* 18 quos *G* nullas *N* solennitates *NE* adminucula $G^{a}$ solis] uel solis *G* nexae *MGE*, nexa *N* uoluntates *N* 19 cepti *G* ullu *E* 20 dispositionis *libri* coloratum *M* imagine *NM*, imagines *E* perpecentes *N* 21 legum] legem uel $G^{b}$, *inc.* $G^{a}$ debeat *M* cum] cu *G* 22 ciuilis *M* praetores *N* ut] cum *G* defunctis successio *G*, defunctis accessio *M* deferatur *G*, deferretur *M* etiamsi coeptum] ac si inceptum *G* 23 inpletum] impletum est *N* 24 considerare *G* 25 detegitur *NGE* 26 memoriam *E* uiolentur *NG* parentes *NGE* litum $N^{a}$ 27 IIII] VI *N*, III $M^{*}$ sept.] dec. $N^{a}$ crispio *N* II conss.] II *N*, c. conss. *M*, cesar consulibus *E*, consul. *G*

1a IDEM A. AD BASSVM. *Inter omnes dumtaxat heredes suos, qui ex quolibet uenientes gradu tamen pares uideantur esse, uel emancipatos, quos praetor ad successionem uocat, siue coeptum neque impletum testamentum uel codicillus seu epistula parentis esse memoratur siue quocumque alio modo scripturae quibuscumque uerbis uel indiciis inueniantur relictae, iudicio familiae erciscundae, licet intestato ad successionem liberi uocentur, seruato senatus consulti auxilio defuncti dispositio custodiatur, etsi sollemnitate legum huiusmodi dispositio fuerit destituta.* D. ROMAE K. . . . . CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS. a. 321

2 IDEM A. AD CONSTANTIVM PPO. Nulli quidem de bonis usurpandis uiuorum nec diuidundi[1]) contra bonos mores concessa licentia est: sed si praecipiente matre bona eius inter se liberi diuiserunt, placuit omnifariam nobis huiusmodi diuisionem durare, si modo usque ad extremum eius uiuendi spatium uoluntas eadem perseuerasse doceatur. DAT. III ID. IVN. *CONSTANTINO* ET MAXIMO CONSS. a. 327

INTERPRETATIO. Licet uiuorum bona ut diuidantur, iniustum sit, tamen si mater uiuens facultatem suam filiis praeceperit et permiserit diuidendam et usque ad exitum uitae suae in eadem uoluntate perstiterit, diuisio inter filios facta perduret.

## XXV DE COMMVNI DIVIDVNDO[2])

1 [3]) IMP. CONSTANTINVS A. GERVLO RATIONALI TRIVM PROVINCIARVM. In Sardinia fundis
patrimonialibus uel enfyteuticariis per diuersos nunc dominos distributis oportuit sic pos-
sessionum fieri[4]) diuisiones, ut integra apud possessorem[5]) unumquemque seruorum[6]) agnatio
permaneret. Quis enim ferat liberos a parentibus, a fratribus sorores, a uiris coniuges segre-
1 gari? Igitur qui dissociata in ius diuersum mancipia[7]) traxerunt, in unum redigere eadem
cogantur: ac si cui propter redintegrationem necessitudinum serui cesserint, uicaria per eum,
2 qui eosdem susceperit, mancipia reddantur. Et inuigila, ne per prouinciam aliqua posthac
querella super diuisis mancipiorum affectibus perseueret. DAT. III KAL. MAI. PROCVLO[8]) ET
PAVLINO CONSS.

INTERPRETATIO. In diuisione patrimoniorum seu fiscalium domorum siue priuatorum obseruari specialiter debet, ut, quia iniustum est filios a parentibus uel uxores a maritis, cum ad quemcumque possessio peruenerit, sequestrari, ut mancipia, quae permixta fuerint, id est uxor cum filiis et marito suo, datis uicariis ad unum debeant pertinere, cui necesse fuerit commutare, quod sollicitudo ordinantium debet specialiter custodire, ut separatio fieri omnino non possit.

---

*Br.* (*NMGE*): 24, 1a *supplet Iust.* 3, 36, 26 *pr.*

[1]) diuidundis *Mommsen* [2]) *Iust.* 3, 37 [3]) *pr.* § 1 *usque ad u.* 21 cogantur = *Iust.* 3, 38, 11 [4]) Possessionum diuisiones sic fieri oportet *Iust.* [5]) successorem *Iust.* [6]) agnatio] uel colonorum adscripticiae condicionis seu inquilinorum proxima agnatio uel adfinitas *Iust.* [7]) uel colonos *ins. Iust.* [8]) Optato (*a.* 334) *Gothofredus*

---

8 ad constantio *N*, ad constantinum *M* ppo.] ppu. *G*², *inc. G*¹ usurpandis] obseruandis *G* uirorum *NG* diuidundi] *M*, diuidendi *NGE* 9 bones *N* (*teste Mommsen*) moros *N* praecipientem matrem *N* 10 obnefariam *N*, omnenefariam *E*ᵗ, benefariam *G* diuisione *N* usque] quoque *M* 11 id.] k. *G* 12 constantio *N*, constantinopoli constantio (—tino *MG*) *MGE* et] I et *E* 16 commune *G* diuidendo *E*, diuidendum *G* 17 gerolo rationabili *E*, ierolae rationale *G* 18 emptaeuticariis *N*, fiteutigariis (enfit *E*ᵇ) *E* diuersus *E*ᵃ dominus *NE*ᵃ 19 integram *G* agnitio *G*ᵇ *inc. G*ᵃ 20 quis enim] qui *M* referat *G* sororem *G* coniugis *N* 21 qui] quod *G*, si qui *Iust.* adtraxerunt *G*, traxerint *Iust.* eadem redigere *Iust.* 22 necessitudinem *E* cesserunt *GE* uicariam pro eum *N* 23 qui] quae *E* susceperint *NME* reddatur *G* inuigila ne] *Mommsen*, in uigilia ne *N*, inuigilante *M*, inuigilant *E*, inuigilandum ne *G* aliquam *GE* post haec *NG* 24 quaerellas s. diuersos *E* III] VII *G*



## XXVI DE FINIVM REGVNDORVM[1])

1 [2]) IMP. CONSTANTINVS A. AD TERTVLLIANVM V(IRVM) P(ERFECTISSIMVM) COMITEM DIOE-
CESEOS ASIANAE. Si quis super inuasis[3]) sui iuris locis prior[4]) detulerit querimoniam, quae
finali cohaeret cum proprietate controuersiae[5]), prius super possessione quaestio finiatur et
tunc agrimensor ire praecipiatur ad loca, ut patefacta ueritate huiusmodi litigium terminetur.
1 Quod si altera pars locorum adepta dominium subterfugiendo moras attulerit, ne possit con-
trouersia definiri, locorum ordine electus[6]) agrimensor dirigatur ad loca, ut, si fidelis inspectio
tenentis locum esse probauerit, petitor uictus abscedat[7]); *at* si controuersia eius claruerit,
qui primo iudiciis detulerit causam, ut inuasor[8]) ille poena teneatur edicti[9]), si tamen ui
2 ea[10]) loca eundem inuasisse constiterit. Nam si per errorem aut incuriam domini loca ab
aliis possessa sunt, ipsis solis cedere debent[11]). DAT. VIII KAL. MART. BESSI GALLICANO ET
SYMMACHO CONSS. a. 330

2 IDEM A. AD BASSVM PV. Si constiterit eum, qui finalem detulerit quaestionem, priusquam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam usurpare uoluisse, non solum id quod male petebat amittat, sed quo magis unusquisque contentus suo rem non expetat iuris alieni, is, qui inreptor agrorum fuerit in lite superatus, tantum agri modum, quantum diripere[12]) temptauit, amittat. LECTA APVD ACTA XII KAL. IVL. GALLICANO ET SYMMACHO[13]) CONSS. a. 330

INTERPRETATIO. Si quis peruasor finium fuerit adprobatus eo, quod priusquam aliquid iudicio finiretur, id, quod alter tenuerat, inuasisset, non solum illud, quod male praesumpsit, amittat, sed ut non unusquisque rem alienam occupet, cum fuerit in causa deuictus peruasor iuris alieni, tantum spatii restituat, quantum praesumpsit inuadere.

3 [14]) IDEM A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. POST ALIA: Si finalis controuersia fuerit, tunc demum arbiter non negetur, cum intra quinque pedes locum, de quo agitur apud praesidem, esse con*stit*erit; cum de maiore spatio causa, quoniam non finalis, sed proprietatis est, apud ipsum praesidem debeat terminari. Et si socius quid petat a socio, ante praeses iudicet, an praestari aliquid oporteat, et tunc demum illud per arbitros restituatur, quod constiterit esse soluendum. DAT. KAL. AVG. BASSO ET ABLAVIO CONSS. a. 331

4 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. NEOTERIO PPO. Quinque pedum
1 praescriptione summota finalis iurgii uel locorum libera peragatur intentio. Sola sit igitur
huiusmodi l*iti*bus una praescripto, quae improbi petitoris refrenare possit inuidiam, si

---

*Br.* (*NMGE*) *omissa* 26, 1 : *titulus* 26 *extat apud Grom.* (*Erf. Guelf.*)

[1]) *Iust.* 3, 39 [2]) *pr.* § 1 *usque ad* 8 abscedat = *Iust.* 3, 39, 3 : 9 inuasor *seqq.* = *Iust.* 8, 4, 5 [3]) inuasis *om. Iust.* [4]) de finibus *ins. Iust.* [5]) quae proprietatis controuersiae cohaeret *Iust.* [6]) a loc. ordine selectus *Lachmann* [7]) Quod si altera pars, ne huiusmodi quaestio terminetur, se subtraxerit, nihilo minus agrimensor in ipsis locis iussione rectoris prouinciae una cum obseruante parte hoc ipsum faciens perueniet *Iust.* [8]) inuasor locorum *Iust.* [9]) legitima *Iust.* [10]) ea *om. Iust.* [11]) sunt, sine poena possessio restitui debet *Iust.* [12]) adimere *Iust.* [13]) *fuit* et Basso (*a.* 317 : *Gothofredus*) [14]) *de iungendis cf. ad* 1, 16, 6

---

1 regendorum *G* 2 uirum . . . 3 asianae *om. Iust.* 3 iuris sui *Iust.* 6 attulerit *Guelf.*, afferret *Erf.* 7 ordine electus] ordines et electus *Erf.*, ordines et directus *Guelf.* 9 edicti] addictus *Guelf.* uim *Erf.* 10 eundem *om. Erf.* constiterint *Erf.* incuria *Erf.* 11 VIII] *Guelf.*, XVIII *Erf.*, XVI *Iust.* (*Hal*) 3, 39, 3, VI *Iust.* (*PL*) 3, 39, 3 *Iust.* 8, 4, 5 mart.] mai. *Iust.* 8, 4, 5 bessi] *Iust.* (*PL*) 3, 39, 3, ueronae *Iust.* (*Hal.*) 3, 39, 3, *om. Grom. Iust.* 8, 4, 5 13 idem] *Grom.*, imp. constantinus *Br.* pu.] *Grom. M Iust.* (*SR*), puc. *Iust.* (*P*), po. *N*, ppm. *E*, pp. *Iust.* (*C*), praefc. *G*ᵇ, *inc. G*ᵃ constituerit *N* detulerit *GE*, distulerit *N*, retulerit *Grom. M* 15 quo] quod *Grom. MG* suo] suam *Grom. G* expectat *Grom. NM*ᵃ*E* alieni is] alienus *Erf. N* (*Mo.*), alieni *Iust.* 16 inruptor *G*, inrepto *NE*, inrepertor *Erf.* modo *NE* quantum] quam *M* 17 lecta] licet *E* acta] senatum *Grom.* 19 inuasisse *NMG* 22 tunc *Guelf.* 23 arbitros non negentur *Erf.* intra] contra *Erf.* 24 esse . . . 25 praesidem *om. Erf.* consisterit *Guelf.* quoniam] quondam *Guelf.* 26 aliquid *om. Erf.* 27 ablatio *Guelf.* 28 neoterio *Guelf.*, neotherico *Erf.* quinque] ku. quinque *Guelf.* 30 huiusmodi igitur *Guelf.* litibus] *Lachmann*, legitur *Erf.*, legis *Guelf.*

2 ueteribus signis limes inclusus finem congruum erudita arte praestiterit. Nec uero prolixioris
temporis in huiusmodi iurgiis locum habebit ulla praescriptio, cum diuturno otio alienum rus
quis se asserat diligentius coluisse, quando omne huiusmodi iurgium solo praecipimus iure
discingi, quo artis huius peritis omnem commisimus sub fideli arbitrio notionem. DAT. VII
KAL. AVG. ARCADIO A. ET BAVTONE CONSS. a. 385

5 [1]) IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PPO. Cunctis molitionibus et machinis amputatis finalibus iurgiis ordinem modumque praescripsimus ac de eo tantum spatio, hoc est pedum quinque, qui ueteri iure praescripti sunt, sine obseruatione temporis arbitros iussimus iudicare [2]). Quod si loca in controuersiam ueniant, sollemniter de his iudices recognoscent; et seu ciuilis seu criminalis actio conpetet, tribuetur ita, ut causa cognita et redhibitioni obnoxius decernatur nec poenam conuictus aufugiat. DAT. PRID. NON. NOVEMB. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS. a. 392

## XXVII SI CERTVM PETETVR DE CHIROGRAFIS [3])

1a IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. THEODORO PPO. *Quisquis iudici fenebrem pecuniam mutuauerit, si in prouincia fuerit uersatus quasi emptor legum atque prouinciae, uel si quis collectarius honoris pretium dederit ambienti, exilii poena una cum ipso iudice plectetur.* DAT. XVII K. NOV. BASSO ET PHILIPPO CONSS. a. 408

1 IMPPP. HONORIVS THEODOSIVS ET CONSTANTIVS [4]) AAA. PALLADIO PPO. Super chirografis
mortuorum hanc seruari uolumus perpetua obseruatione sententiam, ut, qui inter absentes
intra hoc iuge quinquennium, inter praesentes uero biennium iudiciis conpetentibus non publi-
1 cauerit cautiones nec conuenerit debitoris heredes, actione priuetur. Hic tamen si intra tem-
pora constituta processerit, absque ullo sequestrationis obiectu prius manum defuncti probare
iubeatur: hoc enim toto iure cantatum est, ut scripturam prolator adfirmet, quam tamen ad-
strui non sola manus conlatione conueniet (quid enim aliud falsarius agit, quam ut similitu-
dinem ueritatis imitetur?), sed aliis multiplicibus documentis, ut probet magnae securitatis
fuisse, quod siluit. Nam si publicam iudiciorum aditionem amicitiarum forsitan inpediuit
adfectio, priuatam saltim conuentionem testis audiuit, libertus aut seruus agnouit, admonere
2 etiam potuit sub mortis uicinitate languentem. Quod si se forsitan causetur absentem, maio-

*Grom. ad tit.* 26: *Br.* (*NMGE*) *ad tit.* 27: 27, 1a *supplet Iust.* 4, 2, 16

[1]) *Iust.* 3, 39, 6 [2]) *pr.* = *Iust.* 3, 39, 5 [3]) *cf. Iust.* 4, 2 [4]) *fuit* Idem (*u. i. N*)

1 signis limes incl. finem *Erf.*, finem cum si quis l. incl. *Guelf.* 2 iurgiis *om. Guelf.* 3 quis] *Lachmann*, quisquam *Erf.*, quisque *Guelf.* asserat se *Guelf.* 4 annis *Erf.* arbitrio notionem] *edd.*, arbitrio nationem *Erf.*, arbitratione iudicum *Guelf.* dat.] *Guelf.*, pp. *Iust.*, pp. alexandriae *Erf.* VII] VIII *Iust.* arcadio *om. Guelf.* a. *om. Erf.* 6 et *om. Guelf.* rufo *Guelf.* ppo.] p. p. k. *Guelf.* motionibus *Guelf.*$^{a}$, monitionibus *Guelf.*$^{b}$ 7 machinis] magnis *Erf.* ordinem modumque] omnem modum quem *Guelf.* praescribimus *Guelf.* 8 praecepti *Erf.* 9 de his *om. Guelf.* iudicare cognoscens *Guelf.* 10 et *om. Erf.* competit *Erf.* 11 redditione *Guelf.* obnoxios *Erf.* nouemb.] nouenli *Erf.* 12 constantinop. constantino pio et *Guelf.* a.] *Iust.*, *om. Grom.* 13 certum] rectum *G* petitur *NG*, petatur *E Iust.*

18 hon. th. et const. (constantinus *GE*) *MGE*, hon. et th. *N* 19 perpetuae *G*, perpetuam *E* obseruationis *G* 20 iugi *NE*$^{b}$, iure *GE*$^{v}$ uiro *G*$^{1}$ iudicis *E*$^{a}$ publicauerint *G* 21 contenuerint *N* debitores *NE*$^{1}$, debitores si *G*, debitoris in *E*$^{2}$ actiones *E*$^{a}$ priuentur *ME*$^{a}$, priuatur *N* infra *G* 22 absque *G* manu *G* sequestratione *N*, sequestrationis *E* obiecto *N* manu *NG* 23 cantatum] statutum *E* scriptura *N* prolatur *N*, probatur *E*, probator *G*$^{t}$ tamen *om. E* 24 sola] *M*, solum *NGE* falsarius] causator *M* aget *N* 25 imittetur *G*, emittetur *N* 26 publica iud. addicione *GE*$^{a}$? amitiarum *E*$^{a}$ inpetiuit *G* 27 effectio *N* priuatus *M* testes *N* libertus] et l. *E* admunere *N* (*Mo.*) 28 mortuis *E* uicinitatem *N*, ciuitate *E* se *om. G* causentur *G* absentem] absente praesertim *G*



ribus adstrui potest conuentio longinqua documentis, promissae solutionis epistulare rescriptum.
2a Ac ne id ipsum qui cautionem fingit imitetur, producat in medium portitores, qui alternae
partis scripta confirment, a quibus tamen uerum uel sacramento dignitas uel suppliciis terror
exploret quamuis ad inluminandam hereditarii debiti fidem et causas oporteat fenoris adpro-
2b bari et pecuniae baiulos hinc inde produci. His ac talibus si destituetur taciturnitas lon-
ginqua documentis, in euidenti est ueteratorum calumnias non solum repetitione priuandas,
3 uerum etiam seueritate cohibendas. Sed si uiuentis ante hanc legem facta cautio proferatur,
quam suam neget ille qui petitur, sequestret pecuniam litigaturus ex falso. Cauendum est
enim, ne infitiandi fomitem ministremus obnoxiis. Quod tamen tunc conueniet custodiri, si
inter praesentes utrosque uiuentes necdum uiginti anni, inter absentes necdum triginta do-
3a ceantur emensi. Alioquin, si chirografi fides sub silentio iudiciariae conuentionis statutum
tempus excesserit, probari prius debitum conueniet, tunc reposci sequestrationis necessitate
4 submota; sin uero suam quidem manum fateatur obnoxius, sed nihil sibi numeratum pro hac
obligatione causetur, tunc chirografi discuti oportebit aetatem, ut, si iure delata contestationibus
5 tempora debitor taciturnus exegit, cauillationis istius perdat obstaculum. De cetero uero
sancimus, ut omnes deinceps cautiones intra duodecennium uim contestationis accipiant, quam
6 debitor facta nouatione promittat. Sed si mediis temporibus peregrinetur obnoxius, quo no-
uatione longior obsit absentia, uolumus creditorem ante duodecennium praestitutum aditis
iudiciis edictum mereri auctoritatemque postibus debitoris adfigere, domesticas etiam conuenire
7 personas: nullus enim per tanta contestationum poterit documenta mentiri. Quod ideo ante
duodecennium iubemus agitari, ut per interualla temporis longioris inclamatus aduertat con-
futari debere, si fides non agnoscitur petitorum, nec obesse iam post adscripta tempora cre-
ditori, si post has contestationum uoces longa debitoris absentia uel redhibitio proteletur uel
nouatio iusta ludatur. Et quamuis nescire promulgata non liceat, per omnem hunc annum
pendere iubemus edictum. DAT. V KAL. AVG. RAV(ENNA) EVSTATHIO ET AGRICOLA CONSS. a. 421

INTERPRETATIO. De cautionibus mortuorum hoc praecipimus obseruari, ut, si debitor absens defunctus fuerit et mortuum eum creditor esse cognouerit, cautionem suam intra quinquennium iudici non differat publicare. Si uero praesente creditore defecerit, intra biennium defuncti publicet cautionem, ita tamen, ut manus mortui conferatur et agnosci possit illius esse subscriptio, aut conuenisse illum, dum uiueret, aliquibus scientibus ualeat adprobare, et causas ipsius debiti, unde pecuniam contraxit, exponat. Quod si supra personam mortui detegitur fortasse mentiri, non solum pecuniam non recipiat, sed etiam seueritatem legis incurrat. Nam de reliquo inter uiuorum personas haec obseruanda decernimus, ut omnes cautiones debitorum intra duodecim annos debeant contestari ita, ut a debitoribus renouentur.

*Br.* (*NMGE*)

1 longinqua] longinqua quae *M* promissae solutionis (—nes *N*) epistulare rescriptum] *lectionem corruptam uario modo sanare studuerunt uiri docti:* promissaeque *Gothofredus*, epistulari rescripto *Cuiacius*, expostulare rescriptum *Ritter* 2 cautionem] per *GE* fingit] fecit *G*$^{t}$ imittitur *NG*, emittitur *E*, medio *G* portitoris *E*, porteiures *N* 3 partes *NE* uel *om. G* sacramento] sacra *M* dignitatis *N* supplicio tortor *O* 4 exploret et quamuis *libri* hereditariis *G* 5 baiolus *N* ac talibus] actibus *M***E* si] se *G* distituitur *E*, distulis *G*$^{t}$, institutis *G*$^{v}$ longinquitas *M* 7 corrigendas *G*$^{t}$, cohercendas *E*$^{v}$ uiuentes *N* ante hac *MG*$^{a}$*E*$^{a}$ lege *M* acta *G*$^{t}$ 8 petitor *N*, patitur *M**, patiatur *M* pecunia *N* ex falso] id falso *M*, et falsum *G*$^{t}$ 9 inficiendi *GE*, infiniendi *N* fomitem] *M**, formite *M* tunc] ita *NG* conuenit *NG* custodire *N* 10 utriusque *N* doceatur *E*$^{a}$ 11 emensum *N* fides] des *E*$^{a}$ iudicianae conuentiones *N* 12 conuenit et tunc *G* sequestrationes *NE* 13 sin] si *MG* sua *MG* manum] *E*, manu *NMG* obnoxios *E* 14 tunc] tum pro *E*$^{a}$ *uel* tunc pro *E*$^{b}$ oportet ueritatem *G* dilata *GE* 15 debetur *N* exigit *E* cauillationis] cantionis *N* ceteros *NE*$^{a}$ 16 sancximus *G* contestationes *N* 17 debetur *N*, debitae *M* nouationi promittant *M* medii his *E*$^{a}$, mediis his *E*$^{b}$ nououatione *G*$^{a}$, nouationes *N*, non uocatione *G*$^{b}$ 18 longiore absistat *G* absentiae *N* praestitum *N* adhibiti iudicis *E* 19 edictum *om. M* debitores adfligere *N* 20 nullus] neque *G*$^{t}$ per] post *G*$^{b}$*E*, pos *G*$^{a}$ contestationem *N* 21 longiores *N* declamatus *G*, dei clamatus *E*$^{a}$? aduertat] aduersarium *M* 22 deberi *N*, debitorem *G* petitoris *G*$^{t}$ 23 contentionum *N* uoces *om. E*$^{a}$ debitores *GE*$^{a}$ derebitio *N* postoletur *G*$^{t}$ 24 laudatur *G*$^{t}$*E*$^{a}$, ledatur *G*$^{v}$ nesciri *G*, nouere *N* 25 v *om. G* rau. *om. G* eustasio *MGE*, constantino (—tio *Mo.*) *N* acricola *N*

Quod si forsitan ante duodecim annos debitorem peregrinari contigerit, iudicis mereatur edictum, quod in postibus debitoris sui pro contestatione debiti affigere et homines illius conuenire non desinat, ut cum fuerit taliter debitum contestatum, excusationem qui peregrinatur longi temporis habere non possit, nec ideo se excuset, quod non renouauerit cautionem. Sane si debitor suam esse dixerit cautionem, sed nihil se de ipsa cautione asserat accepisse, tempus debet inspici cautionis, ut, si intra quinquennium cautio conscripta cognoscitur et probatum fuerit, quod in cautione continetur acceptum, debitor suam inpleat cautionem. Si uero, quae in cautione scripta sunt, intra quinquennium tradita non probantur, is, cuius cautio est, non teneatur obnoxius: nam transacto quinquennio, si de cauta et non consignata pecunia debitor dixerit, nullatenus audiatur.

## XXVIII DE PECVNIAE SEQVESTRATIONE PROHIBITA[1]

1 [2]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PPO. POST ALIA: Quotiens ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescat: oportet enim debitorem primo conuinci et sic solutioni succumbere[3]). Quam rem cum iuris ratio, tum[4]) ipsa aequitas persuadet, ut probationes secum adferat debitoremque conuincat pecuniam petiturus. ET CETERA. DAT. V ID. IVL. RAV(ENNA) HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

INTERPRETATIO. Quotiens ab aliquo pecunia repetitur, non prius cogatur sequestrare pecuniam ille qui petitur, quam ille qui repetit debitorem suum certa prius probatione conuincat et sic pecuniam, quam se dedisse conuicerit, adhibita probatione recipiat.

## XXVIIII SI CERTVM PETETVR DE SVFFRAGIIS[5])

1 [6]) IMP. IVLIANVS A. AD POPVLVM. Foedis commentis, quae bonorum merito deferuntur,
quidam occupare meruerunt et, cum meruissent in re publica quolibet pacto uersari, repetendam sibi pecuniam, quam inhoneste soluerant, inpudentius atque inhonestius arbitrantur:
alii etiam, quae tunc donauerant uel potius proiecerant ob inmeritas causas, inuadenda denuo
1 crediderunt. Sed quia leges Romanae huiusmodi contractus penitus ignorant, omnem repetendi eorum, quae prodige nefarieque proiecerunt, copiam prohibemus. Qui itaque repetere nititur uel repetisse conuincitur, et quod dedit apud suffragatorem eius manebit uel extortum restituet et alterum tantum fisci uiribus inferre cogetur. DAT. KAL. FEBR. CONSTANTINOPOLI MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

INTERPRETATIO. Aliquanti pro sua uoluntate suffragia dedisse probantur et postea, cum ad militiam peruenerunt, ea quae dederant repetere uel auferre contra rationem inhoneste et inlicite praesumpserunt. Ideoque praecipimus, ut quicumque aliquid pro praestandis sibi, quae petiit, dedisse dinoscitur, non habeat licentiam repetendi: qui uero repetere fuerit conatus, hoc ille habeat qui accepit, aut si certe sublatum ei fuerit, reformetur et aliud tantum ille qui abstulit fisco cogatur inferre.

---

*Br.* (*MNGE*)

[1]) de prohibita s. pec. *Iust.* 4, 4 [2]) *Iust.* 4, 4, 1: *de iungendis cf. ad* 2, 13, 1 [3]) pulsari *Iust.* [4]) non tantum iuris ratio, sed et *Iust.* [5]) de suffragio *rel. om. Iust.* 4, 3 [6]) *cf. Ammianus* 22, 6, 5

---

11 pecunia *E*, *om. G* sequestatione $G^1$ prohibitae *N*, *om. G* 12 postuletur *G* 13 sequestrationes *N* 14 conuinci] conuici *M**, cognosci $G^t$ solutione *N*, solutionis $G^a$ tum] tam *G* 15 persuadit *NGE* probationis $G^tE$ et cetera *om. M* 16 v] *E cum iungendis plerisque*, VI *Iust.*, VII *NM*, VIII *G* XII *G*, XIIII *E* theod. X *om. G* 20 petitur *N*, petatur *E* suffragiis] suffr. ab eo cui denuntiatum fuerit nominandis *E* 21 imp. ... populum *om. E* fedis *M*, fides *NGE* commentes *N* meritorum defferantur *G* quidam] quam *M* meruerant *N*, meruissent $G^1$ in re] in rei *N*, iure $E^t$, inire $G^y$ publicam *N* quolibet et pactu *E* 23 inpudentius] *O*, inprudentius *NMGE* 24 tunc] tanto *G* donauerint *G* 25 legis *ME* omnes $G^tE$ repetendi eorum] repetendorum *G* 26 quae *om.* $E^a$ prodigi $NE^b$, **digi $E^a$ nefariaeque $E^b$, ne forum aeque $E^a$ cupia *N* repetere nititur] repetentur *N* 27 conuincetur *N* et *om. NG* manebit] mandauit $G^t$ extorto *E* 28 restituit *libri* inferri *G* cogatur *NGE* constantinopoli] const. pf. *M* 29 martino *E*, archad' *G* neuita *MG*



2 [1]) IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PPO. Si qui desideria sua
explicare cupientes ferri sibi a quoquam suffragium postularint et ob referendam uicem se
sponsione constrinxerint, promissa restituant, cum ea quae optauerint consequantur; si artibus
1 moras nectent, ad solutionem debiti coartandi sunt. Sed si quid eo nomine in auro uel ar-
gento uel in ceteris mobilibus datum fuerit, traditio sola sufficiat et contractus habebit per-
2 petem firmitatem, quoniam conlatio rei mobilis inita integra fide hac ratione cumulatur. Quod
si praedia rustica uel urbana placitum continebit, scriptura, quae ea in alium transferat,
emittatur, sequatur traditio corporalis et rem fuisse conpletam gesta testentur; aliter enim
3 ad nouum dominum transire non possunt neque de ueteri iure discedere. Quod si quis, dum
solo commonitorio de suffragio nititur, bona duxerit occupanda, reus temeritatis ac uiolentiae
retinebitur atque in statum pristinum possessio reducetur, eo a petitione excluso, qui non
dubitauit inuadere, quod petere debuisset. DAT. IIII NON. MART. CONSTANTINOPOLI ARCADIO III
ET HONORIO II AA. CONSS. a. 394

INTERPRETATIO. Si quis, dum necessitates suas expedire desiderat, aliquid commodi se daturum esse promiserit, perceptis, quae uoluit constrictus hoc sine ulla dilatione inplere cogatur. Quod si aliquid in auro uel argento uel in ceteris rebus mobilibus obtulerit, firmum sine scriptura permaneat, quia res mobiles in suffragiis scripturam penitus non requirunt, sed sola traditione firmantur. Quod si loca urbana uel rustica dare placuerit, scriptura sequatur atque traditio, et de conpletis omnibus uel re tradita gesta confecta proferantur, nam aliter possessio ad alterum dominum transire non poterit. Sane si, quis sine tali scriptura possessionem alterius crediderit occupandam, reus uiolentiae teneatur et integrum quod inuaserit reddat omni sua repetitione damnata.

## XXX DE PIGNORIBVS[2])

1 [3]) IMP. CONSTANTINVS A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. Intercessores a rectoribus pro-
uinciarum dati[4]) ad exigenda debita ea, quae ciuiliter poscuntur, seruos aratores aut boues
aratorios[5]) pignoris causa de possessionibus abstrahunt, ex quo tributorum inlatio retardatur.
1 Si quis igitur intercessor aut creditor uel praefectus pacis uel decurio in hac re fuerit detectus,
a rectoribus prouinciarum capitali sententia[6]) subiugetur. DAT. IIII NON. IVN. SIRMIO CON-
STANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS. a. 315

INTERPRETATIO. Multi pro fiscali debito seruos cultores aut boues aratorios de possessionibus causa pignoris auferre praesumunt, de quorum laboribus tributa redduntur, et ideo si quis creditor uel cura pacis uel curialis aut quicumque exactor hoc facere praesumpserit, a prouinciae iudice puniatur.

---

*Br.* (*NMGE*)

[1]) *Iust.* 4, 3, 1 [2]) *cf. Iust.* 8, 13 [3]) *Iust.* 8, 16, 7 [4]) Exsecutores a quocumque iudice dati *Iust.* [5]) aut instrumentum aratorium *ins. Iust.* [6]) detectus, aestimando a iudice supplicio *Iust.*

---

1 imppp.] interpr. *G* theod. et hon. arch. aug. *G* qui (quis $G^a$) desideria] quid de causa *N*, *inc.* $E^a$ 2 ferre *N* suffragio a quocumque *G* postularent *E*, postulauerint *G Iust.* 3 sponsionis *G* 4 nectant *Iust.*, nectunt *E*, necterint $G^a$ eo] eorum *G* argento] in arg. *GE* 5 in *om. Iust.* traditio *E* sufficiet *G Iust.* habes *G* perpetim *GE*, perpetuam *Iust.* 6 conlocatio *M* mobilis inito *G*, mobili sint *N* integra *E*, integraque *G* hac] *Iust.*, ac *libri* 7 transferat emittantur *E*, transferre nitatur $G^a$, transfert enitatur $G^b$ 8 sequetur *M* tradictio *E* conpleta *M* testantur *G*, testentque *N* 9 dominum] *NGE Iust.* (*dett.*), dominium *M Iust.* (*optimi*) uerteri *N* quod] nam *G* qui *G*, q̄ *E* 10 reus] eos *G* temeritates *N* 11 in] ad *M* reducitur *NGE* exclauso *N* 12 IIII] III *N Iust.* (*Hal.*), VI *Iust.* (*P*), V *Iust.* (*L*), *om. G* constantinop. *om. G* III] II *G* 13 hon.] theod. *G* aa. *om. G* 23 pigneribus *M* 24 a. *om. N* uniuersas *E* a] ac *E*, *om. G* 25 datis *ME* seruus *NE* aratores aut bones *om. M* 26 pigneris *M* possionibus $E^1$ abstrauntur *G* reddatur *G* 27 si] ut si *N* pacis] *libri cum Interpr. et Iust.* (*B* εἰρήναρχος), pagi uel uici *Iust.* (*Latini*) 28 sententiae *E* subiungitur *N*, iudicetur *G* IIII] III *Iust.* iul. *G* sermio *N*, firmio *M*, sirmi *Iust.* constantino a.] constantino constantinopolim *G* 29 lic. IIII] lic. *G Iust.*

1a [1]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PROBO COM. S. L. *Pignorum gratia aliquid quod ad culturam agri pertinet auferri non conuenit.* DAT. III ID. IVN.[2]) CONSTANTE ET CONSTANTIO CONSS. a. 414

2 [3]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PPO. POST ALIA: Nexum non faciat praediorum nisi persona, quae iure potuit obligare; per seruum autem uel procuratorem, colonum uel actorem seu conductorem praeiudicium possessioni inuito uel inscio domino inponi non posse et iuris et legum auctoritatibus decantatur. ET CETERA. DAT. ID. IVL. RAVENNA HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

INTERPRETATIO. Non obliget possessionem nisi ille, qui proprius dominus esse dinoscitur: nam neque per seruum neque per procuratorem siue colonum aut actorem aut conductorem, si res fuerit obligata, praeiudicium domino poterit exhiberi.

# XXXI QVOD IVSSV [4])

1 [5]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PPO. POST ALIA: Dominos ita constringi manifestum est actione praetoria, quae appellatur quod iussu, si certam numerari prae-
1 ceperint seruo actoriue pecuniam. Igitur in perpetuum edictali lege sancimus, ut, qui seruo colono conductori procuratori actoriue possessionis pecuniam commodat [6]), sciat dominos pos-
2 sessionum cultoresue terrarum obligari non posse. Neque familiares epistulas, quibus homines plerumque commendantur absentium [7]), in id trahere conuenit, ut pecuniam quoque [8]), quam non rogatus fuerat, inpendisse se pro praediis mentiatur, cum, nisi specialiter ut pecuniam commodet [9]) a domino fuerit postulatus, idem dominus teneri non possit. Creditaque quantitate multari uolumus creditores, si huiusmodi personis non iubente domino nec fideiussoribus specialiter acceptis fuerit commodata [10]) pecunia. DAT. V ID. IVL. RAV(ENNA) HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

INTERPRETATIO. Nullus dominum ad reddendum debitum, sicut hucusque fiebat, adstringat, nisi si seruo suo uel actori pecuniam rogante domino praestitisse conuicerit. Et ideo si quis seruo colono conductori procuratori uel actori pecuniam non rogante domino dederit, sciat dominos terrarum propter hoc debitum nullatenus posse teneri; sed qui non rogante domino pecuniam talibus personis crediderint aut fideiussores non acceperint, ea quae commodata sunt se nouerint perdituros nec a domino posse reposci.

---

*Br.* (*NMGE*): 30, 1a *supplet Iust.* 8, 16, 8

[1]) *iunge* 5, 16, 1g (*Iust.* 11, 59, 13) [2]) Constantinopoli *ins.* [3]) *Iust.* 8, 15, 8, *cf. Edictum Theoderici* 121: *de iungendis cf. ad* 2, 13, 1 [4]) *cf. Iust.* 4, 26 [5]) *Iust.* 4, 26, 13: *de iungendis cf. ad* 2, 13, 1 [6]) mutuam det *Iust.* [7]) commendant absentem *Iust.* [8]) quoque *om. Iust.* [9]) praestet *Iust.* [10]) credita *Iust.*

---

4 iohanne *E* post alia *om. NG* facit *G Iust.* 5 personam *E* iure] in iure *NG*, iuri *E*$^a$, in re *E*$^b$ obligare] *N Iust.*, obligari *MGE* autem uel] aut *M*, autem *Iust.* percuratorem *G* colonum uel *N*, colonumue uel *Iust.* (*dett.*) 7 posse et] posset *E*$^a$, posse *E*$^b$ iures *N*, iure *Iust.* et *om. E* id.] v id. *iungendae* iun. *N* rauenna] rau. *NM* 8 XII] XV *G* X *om. G* 12 quo *ME*, de quod *G* 13 talia *N* (*Mo.*) dominus *NE* 14 quod] quo *ME* certa *N*, certum *GE* nominari *G* praeceperit *NE* 15 actoriue] auctori uel *N* dictali *N*, edicta *E*$^t$, euicta *E*$^t$ legi *G* sanximus *G* 16 actoriue] *E*$^v$ *Iust.*, auctor ipse *N*, acminui *E*$^t$, ue *MG* 16 commendat *G*$^t$ dominus *NM*$^{*a}$ (*uel M*$^{*b}$) *GE* possessionem *G* 17 cultores ueterarum *NGE*$^b$ familiares] per f. *G* hominum *G* 18 plerumque] nonnumquam pl. *G* id] his *M* extrahere *G*, tradere *ME*$^a$ 19 non *om. G* se *om. Iust.* nisi] nihil *G*$^t$ ut] prout *M*, ** *G*$^a$ 20 commodet a domino] *NE*, commedata (commend. *G*$^b$) a domino *G*, commodatam dominus *M* creditamque *G*, credi itaque *N* (*Mo.*) quantitatem *NGE* 21 creditoris *G* nec] nec pro (per *G*$^a$) *G* fideiussoris *E*$^a$ 22 VI *MG* iun. *N* XIII] XVI *M*, X *Iust.* (*Hal.*) 23 X] VI *Iust.* (*Hal.*) aa.] a. *E*, *om. G*$^1$



# XXXII DE PECVLIO [1])

1 [2]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PPO. POST ALIA: Hoc quoque creditoribus non negamus [3]), ut, si liber a rationibus fuerit quas regebat inuentus actor seruus procuratorue praediorum, utilis actio pateat de peculio. ET CETERA. DAT. V ID. IVL. RAV(ENNA) DD. NN. HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

INTERPRETATIO. Hoc sane creditoribus uolumus esse praestandum, ut actor uel seruus siue procurator possessionis, qui pecuniam a creditore susceperit, si nihil de rationibus suis domino debuerit, pro pecunia quam accepit de peculio quod habet creditoribus reddat.

# XXXIII DE VSVRIS [4])

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD DRACILIANVM AGENTEM VICES PPO. Quicumque fruges humidas uel arentes indigentibus mutuas dederint, usurae nomine tertiam partem superfluam consequantur, id est ut, si summa crediti in duobus modiis fuerit, tertium modium amplius conse-
1 quantur. Quod si conuentus creditor propter commodum usurarum debitum recuperare no-
2 luerit, non solum usuris, sed etiam debiti quantitate priuandus est. Quae lex ad solas pertinet fruges: nam pro pecunia ultra singulas centesimas creditor uetatur accipere PP. CAESAREA XV KAL. MAI. PAVLINO ET IVLIANO CONSS. a. 325

INTERPRETATIO. Quicumque fruges humidas, id est uinum et oleum, uel quodcumque annonae genus alteri commodauerit, non plus ab eo propter usuram quam tertiam partem accipiat, id est ut super duos modios qui accepit tertium reddat. Quod si conuentus fuerit ille qui commodat et pro maiore usura noluerit debitum suum adiecto tertio modio a debitore recipere, etiam debitum perdat. Quam rem ad solas fruges praecipimus pertinere: nam quando pecunia fuerit commodata, nisi unam tantum censesimam a creditoribus exigi non iubemus.

1a [5]) IDEM A. AD POPVLVM. *Pro auro et argento et ueste facto chirographo licitas solui uel promitti usuras iussimus.*

2 [6]) IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. CYNEGIO PPO. Quicumque ultra centesimam iure permissam aliquid sub occasione necessitatis eruerit, quadrupli poenae obligatione constrictus sine cessatione, sine requie protinus ablata redhibebit. Hi uero, qui antea pari furore grassati uspiam detegentur, in duplum extorta restituant. DAT. VIII KAL. NOVEMB. CONSTANTINOPOLI HONORIO NB. P. ET EVODIO VC. CONSS. a. 386

[7]) INTERPRETATIO. Si quis plus quam legitima centesima continet, hoc est tres siliquas in anno per solidum, amplius a debitore sub occasione necessitatis accipere uel auferre praesumpserit, post datam legem sine ulla dilatione ea, quae amplius accepit, constrictus quadrupli poena restituat. Ea uero, quae ante legem tali ratione data sunt, in duplum uolumus reformari.

---

*Br.* (*NMGE*): c. 1a *supplet Iust.* 4, 32, 25

[1]) *cf. Iust.* 4, 26 [2]) *Iust.* 4, 26, 13 § 4: *de iungendis cf. ad* 2, 13, 1 [3]) Sane creditori licentiam damus *Iust.* [4]) *Iust.* 4, 32 [5]) *fortasse iungendae sunt* 2, 16, 1? 3, 30, 3? (d. id. Mart. Sirmi Constantino A. VII et Constantio C. CONSS. *a.* 326) [6]) *cf. Edictum Theodorici* 134: *iunge* 5, 13, 30. 5, 15, 2. 2a (*Iust.* 11, 58, 12). 5, 18, 1 [7]) *cf. Lex Wisigoth.* 285

---

2 ad iohannem *N* alia *om. G* 3 non *om. G* 5 liber a] liber *M*, liberta *G* fuerat quas gerebat *G*, quas gerebat fuerit *Iust.* 4 ue] uel *E*, *om. G* utiles *E* VI id. iun. *E* rau. *om. NM* 5 dd. nn.] domno *E*, *om. MG* XIII *om. G* 10 dracidianum *N*, tracilianum *M*, dratiliano *E*: *cf. Eusebii uita Constantini* 1, 31 *Δρακιλιανὸν . . . τῷ διέποντι τὰ τῶν ἐπάρχων* agentem] actorem agentem *NGE* uices (necis *E*) ppo.] *NE*, uices praefectus praetorio *G*, uicar. praef. *M* 11 superfluum *G* consequatur *GE*$^a$ 12 id est . . . consequantur *om. G* 13 recipere *MG* noluit *N*, noluerint *G* 15 creditoribus *G* uetator *N*, non uetatur *G* ppo. cesaream XV kal. mai. *N*, data XI k. mai. caesaria *G* 25 aaa. *om. N* genesio *N* 26 promissam *N* aliquid] quidquid *M* necessitates *NE* eruerit] seruauerit *G* quadrupi *E* poenae] *N*, poena et *G*, poena et hac *E* 27 contractus *E*$^a$ sine requie sine cessatione *G* reque *N*, reliqua *E*$^a$ redebebit *NE*, redemit *G* hii *NGE*$^a$ 28 crassati *G*, grassatu * *E*$^a$ uspia *N* denegentur *G*$^t$ duplo *E* VII *G* 29 nb. p.] *N*, nob. * *E*, VIIII *M*, VII *G* euuodio *N*, theodosio *G* uc.] uu. cc. *N*, *om. M**

3 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PPO. Frustra debitores in annis minoribus constitutorum usuras se restituere non debere contendunt, quia senatoria eos dignitate praeditos esse testantur. Unde sortem cum usuris in stipulationem deductis restituant. DAT. VIII KAL. DECEMB. CONSTANTINOPOLI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

INTERPRETATIO. Sine causa senatoribus in annis minoribus constitutis debitum cum usuris reddere dissimulant debitores propter hoc, quod senatorio genere nati debitum cum usuris integris recipere non iubentur: et ideo, quod cautione per stipulationem promissum est, reformetur.

4 IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. OPTATO PV. Senatores sub medietate centesimae usurae ad contractum creditae pecuniae censemus admitti. Itaque omnes intellegant nullum florentissimo coetui sociatum fenus exercentem ultra medietatem centesimae uel iure stipulari uel petere posse usuram: quin etiam, si quid praeter moderatam nostri *nu*minis definitionem fuerit flagitatum, inminuendae sorti pro huius legis auctoritate cessurum. DAT. PRID. ID. IVN. NICIAE STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS. a. 405

INTERPRETATIO. Senatores, qui pecuniam ad centesimam praestare uoluerint, non amplius usurae nomine quam medietatem legitimae centesimae a debitoribus suis accipiant, nec amplius ut caueant aut se cautione constringant, qui commodatam suscipiunt pecuniam, forte cogantur. Nam si ab eis amplius fuerit requisitum, sciant se senatores hoc quod commodauerint perdituros.

## [XXXIIII MANDATI]

1 IMP. CONSTANTINVS A. VOLVSIANO PPO [1]). *In re mandata non pecuniae solum, cuius est certissimum mandati iudicium, uerum etiam existimationis periculum est: nam suae quidem quisque rei moderator atque arbiter non omnia negotia* [2]), *sed pleraque ex proprio animo facit, aliena uero negotia exacto officio geruntur nec quicquam in eorum administratione neglectum ac declinatum culpa uacuum est.* a. 313—315?

*Br.* (*NMGE*): titulum 34 *suppleui ex Iust.* 4, 35, 21

[1]) pu.? [2]) negotia] e re? (*u. i.*)

1 euticiano *NMG*, eutatiano *E* frustra] omnes fr. *G* 2 constitorum *G*, constituti *ME* 3 testatur $E^{a}$ in *om.* $G^{t}$ stipulatione *NG* dedictis *N*, deducti *G* dat.] data lex *G* 4 VIII *M*, XVII $G^{b}$, XIIII $G^{a}$ attico] adgrecio *G* 9 hon.] et hon. *N* optato pu. (ppo. *E*)] *ME*, ppo. optato ppo. *N*, optato ppo. urbis *G* medietatem *NE* 10 pecuniam *E* censimus *N*, censuimus *G* 11 nullam *E* coetu $E^{a}$, cytuis *N* centesimo *G* 12 iuri *E* stipulare *N* posse *om. N* quid] quis *N* moderatum *G* nominis *libri* 13 flagitatum *V* leges auctoritatem *N* censurum *E*, censuram *NG* 14 prid.] IIII *G* niciae] *NMG*, nitiae *E* stilicone *NMGE* II *om. E* anthemio] anthemio uc. *ME*, antimio II *N* 22 negotia sed] *Iust.* (*M*), negotia *Iust.* (*CR*): *οὐ πάντα κατὰ τὸ πρᾶγμα, πολλὰ δὲ ἐξ οἰκείας ποιεῖ προαιρέσεως Iust.* (*Basilica*), *διοικεῖ τὰ ἴδια πράγματα οὐ πάντως κατὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν, ἀλλὰ ἰδίᾳ βουλήσει αὐτὰ διοικεῖ Thalelaei adnotatio*

LIBER TERTIVS

# I DE CONTRAHENDA EMPTIONE [1])

1 [2]) IMP. CONSTANTINVS A. AD PROFVTVRVM PF. ANNONAE. Venditionis atque emptionis fidem nulla circumscriptionis [3]) uiolentia facta rumpi minime decet. Nec enim sola pretii uilioris querella contractus sine ulla culpa celebratus litigioso strepitu turbandus est. PP. ID. AVG. CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

INTERPRETATIO. Cum inter ementem et uendentem fuerit res definito pretio conparata, quamuis plus ualeat quam ad praesens uenditur, hoc tantummodo requirendum est, si nihil fraudis uel uiolentiae egit ille, qui conparasse probatur: et si uoluerit reuocare qui uendidit, nullatenus permittatur.

2 [4]) IDEM AVG. AD GREGORIVM. Qui conparat, censum rei conparatae cognoscat: neque
1 liceat alicui rem sine censu uel conparare uel uendere. Inspectio autem publica uel fiscalis esse debebit hac lege, ut, si aliquid sine censu uenierit et id ab alio deferetur, uenditor
1ᵃ quidem possessionem, conparator uero id quod dedit pretium fisco uindicante perdat. Id etiam placuit neminem ad uenditionem rei cuiuslibet accedere, nisi eo tempore, quo inter uenditorem et emptorem contractus sollemniter explicatur, certa et uera proprietas a uicinis demonstretur; usque eo legis istius cautione currente, ut, etiamsi subsellia uel, ut uulgo
2 aiunt, scamna uendantur, ostendendae proprietatis probatio conpleatur. Nec inter emptorem et uenditorem sollemnia in exquisitis cuniculis celebrentur, sed fraudulenta uenditio penitus sepulta depereat. DAT. PRID. NON. FEBRVAR. CONSTANTINOPOLI FELICIANO ET TITIANO CONSS. a. 337

INTERPRETATIO. Quicumque uillam conparat, tributum rei ipsius, sicuti et ius possessionis se conparasse cognoscat, quia non licet nulli agrum sine tributo uel solutione fiscali aut conparare aut uendere. Quod si subpressa fiscali solutione aliquis uendere ausus fuerit uel conparare praesumpserit, nouerint, inter quos talis fuerit secreta transactione contractus,

*Br.* (*NMGE*)

[1]) *Iust.* 4, 38 [2]) *iunge* 14, 3, 1 [3]) circumscriptione aut *Gothofredus* [4]) *Vat.* 35, 3—6: *pr.* = *Iust.* 4, 47. 2 § 1 *extr.*

3 profuturam *G* pf.] ppo. $G^{a}$?, ppu. $G^{b}$ annonae] anno *G* uenditiones *N* emptiones *N*, emptionis *G* 4 fidem] idem $ME^{t}$ circumscriptiones *N*, circuminscriptionis *M* uiolentiam *N* factam *N*, fucto $E^{a}$, factu $E^{b}$ rumpi] rum *G* dicit *E* 5 uiliores $NE^{b}$ adquaerellae *N* litigiosus *G* pp.] dat. *NG* 6 id.] II id. *G* a. *om. N* c.] aug. *N*, IIII *G*, *om. E* 11 a. ad greg.] augg. et caess. *Vat.* comparare *NG* 12 liceant *N* censum *M* autem] aut *G* 13 haec *N* censum *N* uenierit] *Vat.*, uenerit *N*, uendiderit *MGE* id.] post *Vat.* aliquo *Vat.* deferretur *Vat.*, defertur *NG* 14 uero id.] uel *G* precio *G* deperdat *Vat.* 15 accedere] licet acc. *G* quo] quam *Vat.* 16 certa] *Vat.*, ut certa *libri* 17 cautione] ratione *N* etiamsi] etiam *N* (*Mo.*) *M* subselliae *G* ut *om. M* 18 ostendite *G* proprietates *N* neque *G* emptore et uenditore *M* 19 adquisitas *G* 20 dat ... feliciano (filic. *N*, felice *G*) et titiano (tyciano *E*, teciano *N*) conss.] data IIII kal. sept. a ppf. ad correctorem piceni aquileia. accepta IIII k. oct. albae constantino a. III conss. (*a.* 313) *Vat.*: *possis cogitare de iterata a.* 337 *constitutione, Gregorianus enim ppo. fuit a.* 336. 337

quod et ille pretium perdat, qui emptor accesserit, et uenditor possessionem amittat, quia iubetur, ut uicini rei quae uenditur testes esse debeant et praesentes, in tantum, ut etiam de mediocribus rebus si quid in usum uenditur, ostendi uicinis placeat et sic comparari, ne aliena uendantur.

2a IMP. CONSTANTINVS A. AD EVAGRIVM PPO. *Si per impressionem quis aliquem metuens saltem in mediocri officio constitutum rei suae in eadem prouincia uel loco, ubi tale officium peragit, sub uenditionis titulo fecerit cessionem, et quod emptum fuerit reddatur et nihilo minus etiam pecunia retineatur: simili poena seruanda, si qui uel coningis uel amici nominibus abutentes praedam tamen sibi adquirunt.* DAT. X K. OCT. AQVILEIAE CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTIO CONSS.[1] a. 354?

3 IMP. IVLIANVS AVG. AD IVLIANVM COM. ORIENTIS. Patrui mei Constantini constitutionem[2]) iubemus aboleri, qua praecepit minores feminas consortio uirorum copulatas sine decreti interpositione uenditiones posse celebrare, si uiri earum consensum pariter atque subscriptionem instrumentis putauerint esse praebendam, quoniam absurdum est maritos eis interdum inopes obligari, cum possint uenditionis iure ipso non ualente res proprias recipere ab his, qui se
1 inlicitis contractibus miscuerunt. Vetus igitur ius reuocamus, ut omnis uenditio, quaecumque fuerit a minore uiro siue femina sine decreti interpositione celebrata, nulla ratione subsistat. DAT. VIII ID. DECEMB ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA VV. CC. CONSS. a. 362

INTERPRETATIO. Constantini imperatoris fuerat lege praeceptum, ut minores aetate feminae, si maritos haberent, cum illorum consensu possent de facultatibus suis aliqua uendere. Sed hoc praesenti lege remotum est atque id obseruandum erit, ut in annis minoribus constituti seu uir seu femina, si ita necessitas exegerit, ut aliquid uendere uelint, qui conparare uoluerit, auctoritate iudicis aut consensu curiae muniatur; nam aliter a minoribus facta uenditio non ualebit.

4 [3]) IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD HYPATIVM PPO. Quisquis maior aetate atque administrandis familiarum suarum curis idoneus conprobatus[4]) praedia etiam procul posita distraxerit, etiamsi praedii forte totius quolibet casu minime facta distractio
1 est[5]), repetitionis in relicum pretii nomine uilioris[6]) copiam minime consequatur. Neque inanibus inmorari sinatur obiectis, ut uires sibimet locorum causetur incognitas, qui familiaris rei scire uires uel merita atque emolumenta debuerit. DAT. VI NON. MAI. MEDIOL(ANO) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383

INTERPRETATIO. Quaecumque persona iam perfecta aetate domum suam regere potest, si uillam, domum uel quodlibet aliud habita pretii definitione uendiderit et forsitan postea opponere uelit, quod minus pretii acceperit, quam res ualebat, quia forte agrum, quem uendidit, longe positus ignorasse se dicat, non ideo uenditio poterit reuocari, quia aetas perfecta potuit scire, quid uenderet aut quo pretio res uendenda ualere potuisset.

5 IDEM AAA. CYNEGIO PPO. Ne quis omnino Iudaeorum Christianum conparet seruum neue ex Christiano Iudaicis sacramentis adtaminet. Quod si factum publica indago conpererit,

*Br. (NMGE)*: *c.* 2a *supplet Iust.* 2, 19, 11

[1]) *Seeck Regesten* 78 *h. c. ad a.* 339 *refert* [2]) *non extat: particulae eiusdem effecisse uidentur* 2, 16, 1 *et quae ibi laudantur* [3]) *Iust.* 4, 44, 15 [4]) atque ... conprobatus *om. Iust.* [5]) etiamsi ... est *om. Iust.* [6]) repetitionis ... uilioris] uilioris pretii nomine repetitionis rei uenditae *Iust.*

5 constantinus] *Iust.* (*SC*), constantius *Iust.* (*PR*) 11 com. or. (orientes *N*)] constantinopolitanum committem *G* 12 aboliri *M*, abolire *N* qui *G* minoris feminis *N* 13 celebrari *GE* 14 putauerint] puta *N* maritus *libri* eius $GE^b$ 15 subligari *G* uenditiones *NE* ipso *om. G* ualeant *G* 17 minori *E* 18 VII *E* antioc. *M* mamertino *G* neuita *M*, nauita *G* uu. cc. *om. MGE* 25 ual.] et ual. *N* eppatium *G*, implatium *N* quisquis] q. ut *NG* 26 maiore aetate *E*, ob maiorem aetatem *G* idoneos *N*, ideo *M* comprobatur *libri* praediam *N* 27 contraxerit *G* praediis *G* facta] sit facta *G* 28 est *om. G* relicumdus] *M*, reliquum *NE*, reliquam *G* ciuiles cupia *N* 29 senator *NE* obiectus *G* ut] ua *G* uiris *NE*, ui****res *G* familiari *M* 30 debuerint *E*, debuerat *Iust.* mart. *N* 37 genesio *N* nec *G* 38 neue] $E^a$, neque $NE^b$, ne* *G*, uel *M* ex christianum iudaeis *E*, echristianum iudaicis (iudicis $G^t$) *G* adtaminet quod] adtamen et quod *E*, adtamen quod et *N* publicam *N* indagio *G* conperiret *E*



et serui abstrahi debent et tales domini congruae atque aptae facinori poena subiaceant: addito eo, ut, si qui apud Iudaeos uel adhuc Christiani serui uel ex Christianis Iudaei repperti fuerint, soluto per Christianos conpetenti pretio ab indigna seruitute redimantur. ACCEPTA X KAL. OCTOB. REGIO RICOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 384

INTERPRETATIO. Conuenit ante omnia obseruari, ut nulli Iudaeo seruum Christianum habere liceat, certe nullatenus audeat, ut Christianum si habuerit, ad suam legem transferre praesumat. Quod si fecerit, nouerit se sublatis seruis poenam dignam tanto crimine subiturum: nam ante legem datam id fuerat statutum, ut pro Christiano seruo, si inquinatus fuisset pollutione Iudaica, sciret sibi pretium quod dederat a Christianis esse reddendum, ut seruus in Christiana lege permaneret.

6 [1]) IDEM AAA. FLAVIANO PPO. ILLYRICI ET ITALIAE[2]). Dudum proximis consortibusque concessum erat, ut extraneos ab emptione remouerent neque homines suo arbitratu uendenda distraherent. Sed quia grauis haec uidetur iniuria, quae inani honestatis colore uelatur, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti, superiore lege cassata unusquisque suo arbitratu quaerere uel probare possit emptorem[3]). DAT. VI KAL. IVN. VINCENTIAE TATIANO ET SYMMACHO CONSS. a. 391

INTERPRETATIO. Prior ordinatio legis fuerat, ut si unus ex consortibus pro quacumque necessitate rem uendere uoluisset, extraneus emendi licentiam non haberet. Sed hoc melius probatur indultum, ut quicumque de suis rebus libero utatur arbitrio et praetermissis consortibus uel propinquis cui uoluerit uendendi habeat liberam facultatem.

7 [4]) IDEM AAA.[5]) REMIGIO PF. AVGVSTALI. Semel inter personas legitimas initus empti contractus et uenditi ob minorem adnumeratam pretii quantitatem nequeat infirmari. DAT. III[6]) KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. IIII ET HONORIO A. III CONSS. a. 396

INTERPRETATIO. Cum inter duas quascumque personas de pretio cuiuscumque rei conuenerit, quamuis uilius quam ualebat res fuerit conparata, nullatenus reuocetur.

8 [7]) IDEM AAA.[5]) MESSALAE PPO. POST ALIA: Hi qui inposita fuga munera ciuitatis[8]) prouinciarumque[9]) destituunt et ineundos furtim existimant esse contractus, intellegant sibi nihil haec profutura esse commenta et pretio emptorem[10]) multandum esse, quod dederit. ET CETERA. DAT. XII KAL. SEPTEMB. THEODORO VC. CONSS. a. 399

INTERPRETATIO. Quicumque debita curiae seruitia aut patriae suae fugientes res suas occulte uendere uoluerint, sciant non posse ualere, quod fecerint, et se ipsos ad debita seruitia reuocandos et illos qui emerint pretium perdituros.

9 [11]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AD POPVLVM. Venditiones donationes transactiones, quae per potentiam extortae sunt, praecipimus infirmari. DAT. XIII KAL. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

*Br. (NMGE)*

[1]) *Iust.* 4, 38, 14: *iunge* 1, 1, 2 [2]) et Italiae *om. Iust.* [3]) nisi lex specialiter quasdam personas hoc facere prohibuerit *addit Iust.* [4]) *iunge* 1, 2, 10 [5]) idem AA. *requiritur* [6]) XIII 1, 2, 10 [7]) *Iust.* 4, 44, 17: *iunge* 1, 24, 3. 9, 38, 6. 12, 1, 161 [8]) munera ciuitatum fuga *Iust.* [9]) prouinciarumque *om. Iust.* [10]) fugae conscium *ins. Iust.* [11]) *Iust.* 2, 19, 12

1 talis *N* poena *NG* subiaceat *G* 2 quis $GE^a$? ex] e *G* christianis iudaei] christiani serui *M* repeti $G^a$ solutio *G* pro christiani *E* acc.] dat. *NG* X *om. E* 4 remigio *G* riccomere *N* clearco *NM*, cleardo *E*, quearcho *G* 11 hilliricae *N* que *om. G* 12 remauerint $E^a$ 13 distraxissent et quia *M* honestates *N* colore] scelere *G* 14 superiori *NG* cessata $G^t$, causata $G^v$ unusquisque] et un. *G* 15 quaerere] iubemus ut q. *G* probari *N* empore *G* V *G* iul. *N* uincentiae] iuncentio et *E* datiano *N* 20 facultatem] potestatem *N* 21 idem] imp. arc. et hon. *E* remegio ppo. *NGE* austali *G*, a. *E* emptionis *G* 22 uenditi ob] uenditionibus *N* IIII *E* 23 a. III] III aug. *E*, III *G* 26 hi] *Iust.*, hii *NGE*, *om. M* munerae $E^a$ (*Mo.*) ciuitates *N* 27 ineundus *N*, eundo $G^a$ aestimant *N* intellegent *N* nihil sibi *G* 28 precium $G^a$ dederat *N* 29 XIIII *E* theodosius *G* uu. cc. *N*, aug. *G* 33 uinditionis $E^t$ 34 praecepimus *N* XI *N* 35 hon. X (X *om. NG*) et theod. VI (VI *om. N*) aa. (aaa. *E*) conss.] th. VI a. conss. *M*, ipsis aa. VIII et III conss. *Iust.* (*Hal.*)

INTERPRETATIO. Sciant omnes, quaecumque a potentioribus personis oppressi aut donauerint aut uendiderint, posse reuocari.

10 [IDEM AA. AD PALLADIVM PPO. . . . . . . . . . .] [1])

## [I A] QVAE RES VENIRE NON POSSVNT ET QVI VENDERE VEL EMERE VETANTVR

1 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. FAVSTO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. *Fucandae atque distrahendae purpurae uel in serico uel in lana, quae blatta uel oxyblatta atque hyacinthina dicitur, facultatem nullus possit habere priuatus. Sin autem aliquis supra dicti muricis uellus uendiderit, fortunarum se suarum et capitis sciat subiturum esse discrimen.* a. 387—393

2 IDEM AAA. CARIOBAVDI DVCI MESOPOTAMIAE. *Comparandi serici a barbaris facultatem omnibus, sicut iam praeceptum est, praeter comitem commerciorum etiamnunc iubemus auferri.* a. 387—392

3 [2]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD SENATVM ET POPVLVM. *Quia nonnunquam in diuersis litoribus distrahi publici canonis frumenta dicuntur, uendentes et ementes sciant capitali poenae se esse subdendos et in fraudem publicam commercia contracta damnari.* D. XVII K. MART.[3]) CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

4 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. FAVSTINO PP. *Ne frumentum, quod deuotissimo exercitui mittitur, in praedam lucrumque uertatur, hac sanctione decernimus, ut, quicumque hoc fuerint forte mercati, honestiores quidem stilum proscriptionis incurrant, inferiores autem uilioresque personae capitali supplicio subiaceant.* a. 410

5 IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. NESTORIO COM. R. P. *Vestium et argenti seu mancipiorum coemendorum, si quando a priuatis nostris ea contigerit uenumdari, palatini sciant sibi copiam denegatam: poena in eos amissionis pretii exercenda.* DAT. III K. IAN. R. ARCADIO . . . . . a. 402 uel 406

6 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AD PALLADIVM PPO.[4]) . . . . . . . . . . . a. 415—421

## [I B] QVAE RES EXPORTARI NON DEBEANT

1 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD THEODOSIVM MAGISTRVM MILITVM. *Ad barbaricum transferendi uini et olei et liquaminis nullam quisquam habeat facultatem ne gustus quidem causa aut usus commerciorum.* a. 368—375

## [I C] DE COMMERCIIS ET MERCATORIBVS

1 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. TATIANO COM. S. L. *Non solum aurum barbaris minime praebeatur, sed etiam si apud eos inuentum fuerit, subtili auferatur ingenio. Si ulterius aurum pro mancipiis uel quibuscumque speciebus ad barbaricum fuerit translatum a mercatoribus, iam non damnis, sed suppliciis subiugentur, et si id iudex repertum non uindicat, tegere ut conscius crimina festinat.* a. 374

---

*Br. (NMGE): suppletae sunt* 1 A *r.* 1—4 *ex Iust.* 4, 40: 1 A 5 *ex Iust.* 4, 44, 18: 1 B *ex Iust.* 4, 41: 1 C *ex Iust.* 4, 63 *r.* 2—6

[1]) *deperditam constitutionem nouella* 32 *pr. Valentiniani III his uerbis citat:* in administratione enim et in militia positis emendi licentiam denegatam superflua nonnullorum dicitur esse persuasio, cum lex diui Honorii ad Palladium ppo. missa, in Theodosianum redacta corpus hanc copiam talibus legatur dedisse personis: *eam titulo I restituit Haenel, post* 8, 15, 8 *inseruit Gothofredus* [2]) *de iungendis cf. ad* 6, 2, 17 [3]) Mai Mediolano *iungendae* [4]) *cf. Iust.* 8, 34



2 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. THEODORO PPO. *Nobiliores natalibus et honorum luce conspicuos et patrimonio ditiores perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeium et negotiatorem facilius sit emendi uendendique commercium.* DAT. . . . . . a. 408. 409

3 IDEM AA. ANTHEMIO PPO. *Mercatores tam imperio nostro quam Persarum regi subiectos
ultra ea loca, in quibus foederis tempore cum memorata natione nobis conuenit, nundinas
1 exercere minime oportet, ne alieni regni, quod non conuenit, scrutentur arcana. Nullus igitur
posthac imperio nostro subiectus ultra Nizibin Callinicum et Artaxata emendi siue uendendi
species causa proficisci audeat nec praeter memoratas ciuitates cum Persa merces existimet
commutandas: sciente utroque qui contrahit et species, quae praeter haec loca fuerint uenum-
datae uel comparatae, sacro aerario nostro uindicandas et praeter earum ac pretii amissionem,
2 quod fuerit numeratum uel commutatum, exilii se poenae sempiternae subdendum. Non de-
futura contra iudices eorumque apparitiones per singulos contractus, qui extra memorata loca
fuerint agitati, triginta librarum auri condemnatione, per quorum limitem ad inhibita loca
3 mercandi gratia Romanus uel Persa commeauerit. Exceptis uidelicet his, qui legatorum Per-
sarum quolibet tempore ad nostram clementiam mittendorum iter comitati merces duxerint
commutandas, quibus humanitatis et legationis intuitu extra praefinita etiam loca mercandi
copiam non negamus, nisi sub specie legationis diutius in qualibet prouincia residentes nec* [1])
*legati reditum ad propria comitentur: hos enim mercaturae insistentes non immerito una cum
his, cum quibus contraxerint, cum resederint, poena huius sanctionis persequetur.* a. 408 uel 409

4 [2]) IDEM AA. AETIO PV. *Cessante omni ambitione, omni licentia quingentorum sexaginta trium collegiatorum numerus maneat nullique his addendi mutandiue uel in defuncti locum substituendi pateat copia, ita ut iudicio tuae sedis sub ipsorum praesentia corporatarum in eorum locum, quos humani subtraxerint casus, ex eodem quo illi fuerant corpore subrogentur: nulli alii corporatorum praeter praedictum numerum per patrocinia immunitate concessa.* D. XII K. SEPT. EVDOXIOPOLI HONORIO XIII ET THEODOSIO VIII AA. CONSS. a. 418

5 IDEM AA. MAXIMINO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. *Si qui inditas nominatim uetustis
legibus ciuitates transgredientes ipsi uel peregrinos negotiatores sine comite commerciorum
suscipientes fuerint deprehensi, nec proscriptionem bonorum nec poenam perennis exilii ulterius
1 euadent. Ergo omnes pariter, siue priuati seu cuiuspiam dignitatis siue in militia constituti,
sciant sibi aut ab huiusmodi temeritate penitus abstinendum aut supra dicta supplicia
subeunda.* a. 424 uel 425

## [I D] DE EVNVCHIS

1 IMP. CONSTANTINVS A. VRSINO DVCI MESOPOTAMIAE. *Si quis post hanc sanctionem in orbe Romano eunuchos fecerint, capite puniatur: mancipio tali nec non etiam loco, ubi hoc commissum fuerit domino sciente et dissimulante, confiscando.* DAT. VI K. MART.

## [I E] DE VETERIS NVMISMATIS POTESTATE

1 [3]) IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. GERMANIANO PPO.[4]) *Solidos ueterum principum ueneratione formatos ita tradi ac suscipi ab ementibus et distrahentibus iubemus, ut nihil omnino refragationis oriatur, modo ut debiti ponderis sint et speciei probae: scituris uniuersis, qui aliter fecerint, haud leuiter in se uindicandum.*

---

1 C 2—5 *supplet Iust.* 4, 63, 3—6: 1 D *Iust.* 4, 42 *r.* 1: 1 E *Iust.* 11, 11

[1]) ad sua redeant *suppl. Mommsen* [2]) *iunge* 6, 33, 2 [3]) *Gothofredus iungit* 12, 6, 13. 10, 19, 4 (d. VI id. Ian. Lupicino et Iouino conss. a. 367) [4]) com. s. l. *iungendae*

---

7 artaxata] *Iust.* (*W*), artaxate *Iust.* (*CE*), artaxatam *Iust.* (*R*) 10 earum] *Iust.* (*CE*), earum rerum *Iust.* (*R*) 21 mutandiue] *Iust.* (*C in lege gemina Iust.* 1, 24), mutandi *Iust.* 4, 42, 1 37 germano *Iust.*

2 IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD IVLIANVM PPO.[1]) *Pro imminutione, quae in aestimatione solidi forte tractatur, omnium quoque specierum pretia decrescere oportet.*

3 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. ARINTHEO PPO. *Vniuersos auctoritas tua proposito edicto commoneat obryziacorum omnium solidorum uniforme pretium postulare, scilicet capitali supplicio puniendo, qui uel iussa nostrae maiestatis auaritiae caecitate contempserit, uel aeternales uultus, dum fraudibus studet, duxerit uiliores.*

## II DE COMMISSORIA RESCINDENDA[2])

1 [3]) IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. Quoniam inter alias captiones praecipue commissoriae[4]) legis crescit asperitas, placet infirmari eam et in posterum omnem eius memoriam aboleri. Si quis igitur tali contractu laborat, hac sanctione respiret, quae cum praeteritis praesentia quoque depellit et futura prohibet. Creditores enim re amissa iubemus recipere quod dederunt. DAT. PRID. KAL. FEBR. SERDICAE CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS. a. 326?

INTERPRETATIO. Commissoriae cautiones dicuntur, in quibus debitor creditori suo rem ipsi oppigneratam ad tempus uendere per necessitatem conscripta cautione promittit: quod factum lex ista reuocat et fieri penitus prohibet, ita ut, si quis creditor rem debitoris sub tali occasione uisus fuerit conparare, non sibi de instrumentis blandiatur, sed cum primum uoluerit ille, qui obpressus debito uendidit, pecuniam reuocet et possessionem suam recipiat.

## III DE PATRIBVS QVI FILIOS DISTRAXERVNT[5])

1 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. TATIANO PPO. Omnes, quos parentum miseranda fortuna in seruitium, dum uictum requirit, addixit, ingenuitati pristinae reformentur. Nec sane remunerationem pretii debet exposcere, cui non minimi temporis spatio seruitium satisfecit ingenui. DAT. V ID. MART. MEDIOL(ANO) TATIANO ET SYMMACHO CONSS. a. 391

INTERPRETATIO. Si quemcumque ingenum pater faciente egestate uendiderit, non poterit in perpetua seruitute durare, sed ad ingenuitatem suam, si seruitio suo satisfecerit, non reddito etiam pretio reuertatur.

## IIII DE AEDILICIIS ACTIONIBVS[6])

1 [7]) IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. NEBRIDIO PV. Habito semel bonae fidei contractu mancipioque suscepto et pretio dissoluto ita demum repetendi pretii potestas est ei qui mancipium conparauerit largienda, si illud, quod dixerit fugitiuum, po-

*Br.* (*NMGE*): 1B *supplet Iust.* 11, 11

[1]) proc. Africae *Seeck* [2]) *cf. Iust.* 8, 34 [3]) *Iust.* 8, 34, 3: *iunge* 11, 7, 3. 4, 4, $1^a$ (*Iust.* 6, 23, 15). 4, 1, $1^d$ (*Iust.* 6, 37, 21). 4, 1, $1^b$ (*Iust.* 6, 9, 9). 8, 16, 1 [4]) pignorum *ins. Iust.* [5]) *Iust.* 4, 43 [6]) *Iust.* 4, 58 [7]) *Iust.* 4, 58, 5

8 cautiones Ɛ 9 leges crescet *N* eius omnem *G* 10 aboliri *M*, oboleri *G* contractum *N* hanc *NE* sanccionem *N* respirit *G* quae cum] quaecumque *G* 11 depellet *N* prohibit *M* recuperare *Iust.* 12 serdicie *N*, serdce *E* VII] *N cum* 4, 13, 3, VI (= *a.* 320) *MG cum* 8, 16, 1. 11, 7, 3 constantio] theud. *MG* c. *om. G* 18 reuocet] reddat *dett. teste Haenelio* 19 parentibus *E* distraxerunt] *NE Iust.* 4, 43, distraxerint *MG* 20 et *om. G* tattiano *N*, titiano *MG* 21 requirit *E*, adquirit *G* adduxit $G^t$, indixit $G^v$ ingenuitata $G^a$? 22 minime *NE* tempus *M* spatium *G* 23 seruitium *om. MG* satisfacit *G* ingenuus *MGE* id.] kal. *G* 27 de] id *G* actionum *G* 28 grat. ual. et theod. *Iust.* nebredio *G*, nimbridio *M*, nimbrio *G* pu.] po. *N*, ppo. *GE* 29 susceptu *N*, susceptum *E* et *om. E* (*Mo.*) soluto *Iust.* pretiique *MGE* 30 ei] et** (etiam $G^a$?) *G*



tuerit exhibere. Hoc enim non solum in barbaris, sed etiam in prouincialibus seruis iure praescriptum est. DAT. III KAL. IVL. CONSTANTINOPOLI HONORIO N. P. ET EVODIO VC. CONSS. a. 386

INTERPRETATIO. Cum inter emptorem ac uenditorem de mancipii pretio conuenerit et fuerit conscripta uenditio, nullatenus poterit reuocari, nisi forte ille qui emit mancipium probauerit fugitiuum, et tunc habebit licentiam pretium recipere, si mancipium reddiderit uenditori.

## [IIII A DE NVNDINIS]

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD PROBVM PPO. *Qui exercendorum mercatuum aut nundinarum licentiam uel ueterum indulto uel nostra auctoritate meruerunt, ita beneficio rescripti potiantur, ut nullum in mercatibus atque nundinis ex negotiatorum mercibus conueniant, uel in uenaliciis aut locorum temporali quaestu et commodo priuata exactione sectentur, uel sub praetextu priuati debiti aliquam ibidem concurrentibus molestiam possint inferre.* a. 368

## V DE SPONSALIBVS ET ANTE NVBTIAS DONATIONIBVS[1])

1 [2]) IMP. CONSTANTINVS[3]) A. AD RVFINVM PPO. Pater noster nullam uoluit liberalitatem ualere, si actis inserta non esset. Nos etiam inter sponsos quoque ac sponsas omnesque personas eam solam donationem ex promulgatae legis tempore ualere sancimus, quam testificatio actorum secuta est. DAT. IIII ID. MAI. SIRMIO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.[4]) a. 319

INTERPRETATIO. Ante tempus legis istius donationes etiam sine gestorum testificatione ualebant. Nunc uero post hanc legem nec nubtialis nec quaelibet alia inter quascumque personas donatio de quibuscumque rebus ualere potest, si gestis non fuerit allegata.

2 [5]) IDEM A. AD MAXIMVM PV. Cum ueterum sententia displiceat, quae donationes in sponsam nubtiis quoque non secutis decreuit ualere, ea, quae largiendi animo inter sponsos et sponsas iure celebrantur, redigi ad huiusmodi condiciones iubemus, ut, siue in potestate patris degere siue ullo modo proprii uideantur esse iuris et[6]) tamquam futuri causa matrimonii aliquid sibi ipsi uel consensu parentum mutuo largiantur, si quidem sponte uir[7]) sortiri noluerit uxorem, id, quod ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditum et, si quid apud
1 donatorem resedit, ad sponsam[8]) submotis ambagibus transferatur. Quod si matrimonii non contrahendi causa ab sponsa, uel in cuius agit potestate, detegatur extitisse[9]), tunc sponso

*Br.* (*NMGE*): 4A *supplet Iust.* 4, 60

[1]) *cf. Iust.* 5, 1. 3 [2]) *iunge* 2, 9, 1: *cf. Burg.* 22, 3 [3]) *re uera Constantii, sub quo Rufinus ppo. fuit* (*Gothofredus*) [4]) *fuit* Constantio A. V et Constantio C. conss. (*a.* 352) [5]) *pr.* § 1. 2 *usque* ad 100, 2 sit = *Iust.* 5, 3, 15 [6]) in potestate . . . et] siue adfinitatis coeundae causa siue non ita, uel in potestate degentes uel ullo modo proprii iuris constituti *Iust.* [7]) sponte uir] sponsus uel parens eius *Iust.* [8]) et heredes eius *ins. Iust.* [9]) matrimonii . . . extitisse] sponsa uel is in cuius agit potestate, causam non contr. matr. praebuerit *Iust.*

1 seruis] et s. *N* 2 perscriptum *MGE* IIII *N* iun. *N* n. p.] *Iust.*, VIII np. *N*, VIIII *ME*, VII *G* euuodio *N*, anocio *G* uc.] uu. cc. *N*, *om. G* 12 V] *sub numero* XV *uidetur citari in scholiis Sinaiticis* 2 (*cf.* 104, 10 13 *numeros constitutionum* 1—7 *confirmant numeri* c. 6—8 *in T adscripti* rufinum *N* ppu. $G^a$ libertatem *N*, *om.* $G^a$ 14 quoque inter sponsus *E* sponsos] sponsis *M** 15 leges *E* 16 IIII] III *M* mar. *E* c. *om. MG* 20 ad maximo *N* pu.] p. *N*, ppu. *G*, ppm. *E* sententiam *N* 21 sponsas *G* non *om.* $N^a$ eam *N* animus $G^t$ 22 eiusmodi *NE* condicionis *G* 23 propriis *M*, proprio *E* iuris esse *G* causam *NE* matrimonii *E*, mancipii *NM* 24 aliquid] quid $G^t$ uel *om. N* largiatur *E* sponte] $GE^t$, sponso $NME^v$, *cf. Iust.* (*not.* 6) sortire nol. *NE*, nol. sortiri (—re $G^a$) *G* 25 uxore *M* quod] quod amplius *N* datum *M* 26 residet *G* remotis *G*, sub mortis $ME^t$ matrimonium *G* 27 contrahendi] tradendi *MG* causam *E* ab sponso $G^v$, ad sponsam (—sa *E*) $MG^tE$ in *om. E* aget *N* potestate] *NE Iust.*, potestatem *MG* detegitur *G*

2 eiusque heredibus sine aliqua deminutione[1]) redhibeantur. Quae similiter obseruari oportet, et si ex parte sponsae in sponsum donatio facta sit; nullis causis ulterius requirendis, ne forte mores aut origo dicatur, uel quidquam aliud opponatur, quod sibi quisquam non conuenire existimat, cum longe ante, quam sponsalia contrahantur, haec cuncta prospici debuerint. Sola igitur indagetur uoluntas, et mutata animi sententia ad restitutionem seu repetitionem rerum donatarum sufficiat, cum uniuersis causationibus pulsis nihil amplius constare
3 debeat, nisi ut appareat, quis sibi contrahendum matrimonium dixerit displicere. Et quoniam fieri potest, ut moriatur alter adhuc incolumi uoluntate, priusquam nubtiae contrahantur, congruum duximus, eo, in quem fuerat facta donatio, ante matrimonium diem functo, quae sponsaliorum titulo uel data uel ullo genere donata sunt, ad eum qui donauerat reuocari: eo etiam qui donauerat ante nuptias mortuo mox infirmari donationem et ad eius heredes sine
4 aliqua difficultate retrahi res donatas. Quod beneficium usque ad personam patris ac matris, filiorum etiam, si qui de priore matrimonio fuerint, stare decernimus, si quocumque modo ex his persona aliqua defuncto successerit. Quod si ex his nulla persona defuncti heres erit, sed ex reliquis gradibus quisquam succedat, donationes conuenit etiam non insecutis ex causa mortis nubtiis conualescere, quoniam illis tantum personis credimus consulendum. DAT. XVII KAL. NOVEMB. PP. VI KAL. SVPRA SCRIPTAS ROM(AE) CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS. a. 319

INTERPRETATIO. Quotiens inter sponsos et sponsas de futuris nuptiis specialiter fuerit definitum et donationem sponsaliciae largitatis uir in sponsam suam aut ex consensu parentum aut ipse, si sui iuris est, propria uoluntate conscripserit et omni eam scripturarum sollemnitate firmauerit, ita ut et gesta legitime facta doceantur et introductio locorum uel rerum traditio subsequatur: quidquid tali et tam sollemni donatione ad ius dominiumque sponsae transierit, si uir postea sponte eam, quam depectus est, factis supra scriptis sollemnibus chartis, accipere noluerit uxorem, omnia quae sunt tradita non reposcat. Et si quid de nominatis tam sollemniter rebus et traditis apud se habere dinoscitur, ad sponsae dominium, quam accipere noluit, sine dilatione aliqua transferatur. Reliquum legis istius opus non fuit explanare, quia sequentibus legibus uacuatur.

3 [2]) IDEM A. VALERIANO AGENTI VICARIAM PRAEF(ECTVRAM). Quamuis in lucro nec feminis ius ignorantibus subueniri soleat[3]), contra aetatem adhuc inperfectam [locum] hoc non habere
1 retro principum statuta declarant. Ne igi[tur so]luta matrimonii caritate inhumanum aliquid statuatur, [cens]emus, si futuris coniugibus tempore nubtiarum intra aeta[tem c]onstitutis res fuerint donatae et traditae, non ideo eas [posse] reuocari, quia actis consignare donationem quondam [marit]us noluit. DAT. IIII KAL. MAI. GALLICANO ET SYMMACHO CONSS. a. 330

---

*T* (*incipit* 30 ntibus subueniri: *uncinis* [ ] *inclusa perierunt*) *Br.* (*NMGE*)

[1]) per condictionem aut per utilem in rem actionem *ins. Iust.* [2]) *pr.* = *Iust.* 1, 18, 11 [3]) tamen *ins. Iust.*

---

1 diminutione *MG* redhibeantur] *M Iust.*, redebeantur *E*, redebantur *N*, reddebuntur *G* 2 et *om.* *G* in] eius *G* sponso *NGE* requirendendis *G* 3 moris *N*, mortis *G* 4 aestimat *GE*, aestimet (—at *Mo.*) *N* ante] at *N* contradantur *M*, trahantur *G* debuerant *N* 5 indagetur] inde agitur *N* et mutata] inmuta *N*, inmutata $G^{\gamma}$ inimi *N* sententiam *G* 6 donatorum $G^a$ cautionibus $MGE^a$? 7 quis] *N*, quid *M*, qui *G*, quod *E* contradendum *M* 8 incolomis *GE* contradantur *M* 9 diximus *N* eo] *E*, et *N*, eum *MG* donatione $E^a$ matrimonii *MG* diem] die $E^a$, de $E^b$, diem de *G* 10 ullo] uno *M* reuocare *E* eo etiam] cum etiam cui donata sunt ad eum *G* 11 mortuo ante nuptias *G* 12 detrahi *M*, detraheret *G* persona *M* ac] *N*, aut *MGE* 13 etiam] etiam eius *G* priori *G*, proprio *N* matrimonium *N* fuerunt *N* 14 defucto $G^a$, defuncti *E* defucti $G^a$ erit] *NE*, habetur *M*, habeatur *G* 15 reliquis] requis $G^a$ donationis *GE* 16 credidimus *N* XVI $G^b$, XVIII *Iust.* 17 supra scriptas] s̅s̅tas *M*, sepb. *N*, *om.* *G* nou. . . . kal. *om.* *N*, pp. VI k. nou. *om.* *G*, pp. . . . rom. *om.* *Iust.*, . . . roma *G* V *om.* *GE* caes.] uc. *NM*, *om.* *G* 29 a.] aaa. *E* ualerianum *N* agenti uicariam ppo. *G*, uicari *Iust.* 30 ius *om.* *M* 31 retro] ex retro *E* solutam *MG*, [so]lata $T^a$, in soluta *E* caritatem *TMG* 32 censuimus *E* si] ut si *T* coniugis $T^a$ incontra *G* aetate *NM*, *deficit* *T* res puerint donatam et traditam *M* 33 qui *N*, quod *G* 34 condam *N*, quoddam *M*, quandam $E^b$ IIII] III *N Iust.* (*Hal.*) mart. *T* symmago *E*



INTERPRETATIO. Quamquam et feminis, quae per fragilitatem interdum excusari possunt, in aliquibus causis, si neglegentes fuerint, lex subuenire noluerit, hic tamen specialiter uoluit esse consultum, ut si qua in pupillaribus annis marito fuerit copulata et sponsaliciam largitatem per neglegentiam actis non allegauerit, huius legis beneficio, etsi gesta desint, inuiolabilem in suo dominio donationem nouerit permanere.

4 [1]) [*IDEM*] A. PACATIANO PPO. Si is, qui puellam suis nubtiis pactus est, [*intra*] biennium exsequi nubtias[2]) supersederit eiusque spatii fine [*decur*]so in alterius postea coniunctionem puella peruene[*rit*, *ni*]hil fraudis ei sit, qu*ae* nubtias maturando uota sua diuti[*us lu*]di non pass*a* est. DAT. PRID. ID. APRIL. MARCIANOPOLI PACATI[*ANO*] ET HILARIANO CONSS. a. 332

5 [3]) [IDEM A.] AD PACATIANVM PPO. Patri aut *tutori* puellae aut curatori aut cui[libet] eius adfini non liceat, cum prius militi puellam despon[deri]t, eandem alii in matrimonium tradere. Quod si intra bi[enni]um, ut perfidiae reus in insulam relegetur. Quod si pac[tis n]ubtiis transcurso biennio qui puellam desponderit al[teri e]andem sociauerit, in culpam sponsi potius quam puel[lae r]eferatur, nec quicquam noceat ei, qui post biennium pu[ella]m marito alteri tradidit. DAT. PRID. ID. APRIL. MARCIANOPOLI [PACATIANO E]T HILARIANO CONSS. a. 332

INTERPRETATIO. Si quis aut priuatus aut militans, postquam sponderit, cum patre, tutore uel curatore puellae uel propinquis de puellae coniunctione definierit, debet post definitionem intra biennium nuptias celebrare. Quod si tarditate aut neglegentia sponsi biennii tempus excesserit et alio uiro se puella coniunxerit, absoluta erit a calumnia uel ipsa uel quicumque suorum eam tradiderit, quia culpa est illius, qui differendo coniunctionem suam alteri nubendi locum patefecit. Nam si intra biennium data fuerit, quid obseruetur, euidentius sequenti lege[4]) cognoscitur.

6 [5]) [IDEM A. AD TIBERIANVM VICARIVM HISPANIARVM]. Si a[b spons]o rebus spo[n]sae donatis interueniente osculo ante nubtias hunc uel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem pertinere praecipimus, dimidiam ad defuncti uel defunctae heredes, cuiuslibet gradus sint et quocumque iure successerint, ut donatio stare pro parte media et solui pro parte media uideatur: osculo uero non interueniente, siue sponsus siue sponsa obierit, totam infirmari donationem et donatori sponso siue heredibus eius restitui.
1 Quod si sponsa interueniente uel non interueniente osculo sponsaliorum[6]) titulo (quod raro accidit) fuerit aliquid sponso largita et ante nubtias hunc uel illam mori contigerit, omni donatione infirmata ad donatricem sponsam siue eius successores donatarum rerum dominium transferatur. DAT. ID. IVL. CONSTANTINOPOLI. ACCEPTA XIIII K. MAI. HISPALI NEPOTIANO ET FACVNDO CONSS. a. 335. 336

INTERPRETATIO. Si quando sponsalibus celebratis interueniente osculo sponsus aliquid sponsae donauerit et ante nubtias sponsus forsitan moriatur, tunc puella, quae superest, mediam donatarum sollemniter rerum portionem poterit uindicare et dimidiam mortui heredes adquirunt quocumque per gradum successionis ordine uenientes. Si uero osculum non interuenerit, sponso mortuo nihil sibi puella de rebus donatis uel traditis poterit uindicare. Si uero a puella sponso aliquid donatum est et mortua fuerit, quamuis aut intercesserit osculum aut non intercesserit, totum parentes puellae siue propinqui, quod puella donauerat, reuocabunt.

---

*T* (*desinit in u.* 24 donatis: *uncinis* [ ] *inclusa perierunt*) *et ad c.* 6 *Br.* (*NMGE*)

[1]) *Iust.* 5, 1, 2: *iunge c.* 5 [2]) in eadem prouincia degens *ins. Iust.* [3]) *iunge c.* 4: *cf. Burg.* 27 [5]) *c.* 11 *Iust.* 5, 3, 16 [6]) donationis *Iust.*

---

6 idem a.] imp. constantinus a. et constantinus (*uel* constantius) c. ad pacatianum *Iust.* pp. *Iust.*, pu. *T* 8 quae . . . passa] *Iust.*, qui . . . passus *T* 10 a.] aaa. *E* pagatianum *N*, patianum *E* ppo.] $NG^aE$, pu. *TM*, ppu. $G^b$ aut tutori puellae] *scripsi*, aut puellae *T*, aut puellae aut tutori *NME*, puellae aut tutori *G* cuiuslibet e. adfinis *N*, rei cuilibet e. adfine *E* 11 non *om.* *M* desponderit] *G*, desponderit *NME*, *inc.* *T* matrimonio *T*, matrimonīō *N* 12 religetur *TG* 13 desponderit] *TNM*E*, desponderint *M*, desponderet *N* eadem $G^a$ sociauerint *E* 14 nec] ne *N* ei] et *N* 15 marciano ppo. *G*, martiano *E* pactiano *N*, *om.* *E* halariano *N* (*Mo.*) 16 cum] *NG*, et cum *M* 23 uicacrium *G* hispaniae *M*, his *N*, *deficit* *T* ab] a *Iust.* sponso rebus] sponsoribus *NGE* 24 interueniente (—nem *Mo*) osculum *N* huc $G^a$ illam] puella *G* 25 praecepimus *N* dimidium *G* defucti $G^a$ 26 heredis *E* sit *G* et] is *E* 27 uideatur] teneatur *N* 28 obierint *E* sponsus siue] sp. uel *Iust.*, siue sp. uel *G* sponsam obierint *E* 30 accedit *NGE* illa *N* 31 ad] a *E* successoris *E* 32 XIII *N* hispalis *M*, hispl. *NE*, spaniis *G* neposiano *G*

7 [1]). . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
duntaxat seruata oblatio habeat integrum robur, ets[*i minime*] testationi fide*m* adcommodauit actorum: quippe satis [*est ido*]neus testium conuocatorum in haec uota conuentus: du[*mmodo*] in ceteris uniuersis donationibus secundum constituta [*diui pa*]tris nostri actorum confectio requiratur. DAT. V ID. IV*[AGRIP]PINAE AMANTIO ET ALBINO CONSS. a. 345

8 IMP. IVLIANVS A. AD HYPATIVM VICARIVM VRBIS ROMAE. Quotiens sp[*onsae*] in minori constitutae aetate futurae coniugi aliqua con— in praediis Italicis uel stipendiariis seu tributariis int[*ercedente*] stipulatione donantur, largitas perpeti firmitate s[*ubnitatur*], etiamsi traditionis sollemnitas defuisse uideatur: ita [*tamen*], ut etiam in his donationibus, quae in minores conferunt*ur*, *a*ctorum confectio omnifariam flagitetur. DAT. VIIII K. M[*ART.*] ANTIOCHIAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS. a. 363

9 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PPO. Multa a[*nte nup*]tias sponsaliorum nomine pro sollemnitate trad[*untur*], quae nequaquam in damnum debent dantis adcresce[*re, sed*] mortua in matrimonio puella ad dantis commodum re[*uoca*]ri, ueteri scilicet iure neglecto. Patris igitur explosa p[*erso*]na propinquorumque his personis, quae ante coeptum [*matri*]monium uidentur obtulisse, incunctanter ea redhi[*beri opor*]tet. DAT. III ID. IVL. TRIV(ERIS) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CON[SS.] a. 370? 373?

10 [2]) IMPPP. GRATIANVS *VALENTINIANVS* ET T[*HEODOSIVS AA*]A. AD [*EVTROPIVM PPO.* Arris sponsaliorum nomine datis, si interea sponsus uel sponsa deces*serit, quae data sunt, iubemus restitui, nisi causam, ut nuptiae non celebrentur, defuncta persona iam praebuit.* DAT. XV KAL. IVL. THESSALONICAE GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS. a. 380

11 [2]) IDEM AAA. EVTROPIO PPO. Patri matri tutori uel cuicumque ante decimum puellae annum datis sponsalibus quadrupli poenam remittimus, etsi nubtiae non sequantur; et si
1 interea puella decesserit, sponsalia iubemus sponso restitui. Quod si decimo anno uel ultra pater quisue alius, ad quem puellae ratio pertinet, ante duodecim annos, id est usque in undecimi metas, suscepta crediderit pignera esse retinenda, deinceps aduentante tempore
2 nubtiarum a fide absistens quadrupli fiat obnoxius. Viduae autem ratio diuersa est, cui auxilium non suffragatur aetatis, scilicet ut ea matrimonium non inplens ad quadruplum ex
3 uetere constitutione [3]) teneatur. Duodecimo autem anno inpleto quisquis de nubtiis paciscitur, si quidem pater, semetipsum obliget, siue mater curatorue aut alii parentes, puella fiat
4 obnoxia. Cui quidem contra matrem tutorem curatorem eumue parentem actio ex bono et aequo integra reseruetur eorum pignerum, quae ex propriis iuxta poenam iuris reddiderit facultatibus, si ad consensum accipiendarum arrarum ab his se ostenderit fuisse conpulsam. DAT. XV KAL. IVL. THESSAL(ONICAE) GRATIANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS. a. 380

---

*T* (*incipit u.* 2, *desinit u.* 18: *uncinis* [ ] *inclusa perierunt*: *c.* 10 *expleuit Iust.* 5, 1, 3): *ad c.* 11 *Br.* (*NMGE*)

[1]) 8, 12, 1. 3—5   [2]) 3, 8, 10. 11 *iunge cum* 3, 6, 1. 4, 20, 1. 6, 10, 1. 9, 27, 2. 9, 42, 8. 9 4, 4, 1: *eiusdem constitutionis partes quamquam ad alios directae uidentur esse* 3, 11, 1. 6, 27, 3. 8, 15, 6 4, 5, 2, *cf. etiam* 3, 8, 1[a]: *c.* 11 *citatur in fr. Sinaiticis* 3: *ad* § 3. 4 *cf. Burg.* 27   [3]) *non extat*

---

1 *ante* dumtaxat *XVII uersus libri T perierunt, quorum XIIII c.* 6 *inde a* 101, 24 donatis *occupasse litterarum computatione facta apparet: constat igitur initio c.* 7 *non plus quam tres uersus desiderari*   3—5 *supplementa Vesmii sunt*   3 hac *T*   6 impp. *T uersus* 8—10. 12—16 *expleuit Vesme*   7 con—] con[lata] *Mommsen*, co[nferente] *Vesme*   8 s[ubnitatur] *scripsi*, s[ubsistat] *Vesme*   22 idem] impp. grat. ual. (ual. gr. *G*) et theod. *Br.* quicumque *E*   23 annum puellae *G*   quadrupi *E*[a]   poena *MGE*   24 discesserit *G*   retinenda] reddenda *MG*   25 quisue] *L*[b], quis uel *NMGE* duodecimum annun *G*, duodecimo anno *E* id est] etiam *G*   in] *N*, ad *MGE*   26 adueniente *N*, aduentante *E* undecimi metas] *M*, undecimum (undecimo die *E*[b]) aetas *NGE*   pignora *G*   27 quadrupi *E*[a], q. poena *G*   obnoxios *E*   cui] cum *G*   28 aetates *N*   ut ea] (eam *E*) minoris antea *N*   patrimonium *N*   29 teneantur duodecimum a. annum *N*   pascitur *N*   30 siue] sin *NE*   curatorue] curatori *N*   31 tutorum *MG*   curatorum eumue *M**, curatorumue *MG*, uel curatorem eumue *E*[a], uel curatoremue *E*[b]   32 reseruentur *M*, reserentur *E*   pignornm *E*   33 arrarum] rerum *G*   his] hi *M**[a], eis *G*, ipsis *E*   ostenderet *N*   conpulsum *N*   34 XV] XII *G*   I *om. NGE*



INTERPRETATIO. Pater uel mater puellae aut, si pater defuerit, tutor, curator uel aliquis ex propinquis si antequam decimum annum puella contingat, de nubtiis pacti fuerint et sponsalia susceperint, si, postea mutata uoluntate rennuere uoluerint, quem prius susceperant, non addicuntur ad quadruplum, sed ea tantum quae sunt suscepta restituant: nam et si puella mortua fuerit, hoc tantum quod acceperant reddunt. Sin uero iam puella decimum agens annum usque ad undecimum plenum susceptas arras uel ipsa uel parentes tutores curatoresue tenuerint, id obseruandum est, ut si fidem placiti mutare uoluerint et illum renuant, cuius sponsalia suscepit, ad quadrupli poenam sine dubio teneatur persona, quaecumque de puellae nubtiis placitum fecit. Quod si antequam annus undecimus conpleatur, pignoera suscepta reddiderit, nullam de susceptis arris calumniam pertimescat. Nam si uidua fuerit, nihil per aetatem poterit excusare, si animum alibi deuerterit et priorem sponsum renuere uoluerit. Tunc quaecumque suscepit sponsaliorum titulo, in quadruplum reddat. Puella uero post duodecimum aetatis suae annum, si pater de nubtiis illius aliud facere uoluerit, quam promisit, ad quadrupli poenam et ipse tenendus est. Si pater mortuus est et de nubtiis puellae mater tutor aut curator aut propinquus aliquis definierit et puella alteri nubere maluerit, ipsa sponso priori de propriis facultatibus quadruplum satisfaciat, quod accepit: hac tamen condicione seruata, ut postmodum contra praedictas personas agere possit, si illius arras, quem rennuit, illis cogentibus inuita suscepit.

12 [1]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AD MARINIANVM PPO. POST ALIA: Si pater pactum de filiae nubtiis inierit et humana sorte consumptus ad uota non potuerit peruenire, id inter sponsos firmum ratumque permaneat, quod a patre docebitur definitum, nihilque permittatur habere momenti, quod cum defensore, ad quem minoris commoda pertinebunt,
1 docebitur fuisse transactum. Periniquum est enim, ut contra patriam uoluntatem redempti forsitan tutoris aut curatoris admittatur arbitrium, cum plerumque etiam ipsius feminae aduersus commoda propria inueniatur laborare consilium. ET CETERA. DAT. III NON. NOVEMB. RAV(ENNA) DD. NN. HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

INTERPRETATIO. Ubi de coniunctione filiae patris sententia fuerit definitum, si humano casu, antequam puella iungatur, mortuus fuerit pater, mutari placitum nulla poterit ratione, nec habebit puella licentiam aliud faciendi, etiamsi mater aut tutor aut curator uel propinqui alium uoluerint fortasse suscipere, quam pater elegit, sed patris promissio circa sponsum, quem ipse suscepit, firma permaneat nec ipsi puellae suo consilio contra uoluntatem patris aliud uelle ulla ratione permittatur.

13 [2]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HIERIO PPO. POST ALIA: Si donationis instrumentum ante nubtias actorum sollemnitate firmatum sit, de traditione, utrum nubtias antecesserit an secuta sit uel penitus praetermissa, minime perquiratur: in illa donatione, quae in omnibus intra ducentorum solidorum est quantitatem, nec actorum confectione quaerenda.
1 renda. Haec enim commoda nec mariti fraude nec successorum eius inprobitate nec scrupulositate iuris, etsi inperite uel callide rerum offerendarum in dotem habeat donatio mentionem, denegari uxoribus deceptis patimur uel his, qui in earum iura succedunt, sed a marito uel ab heredibus eius exacta restitui; illa manente lege, quae minoribus aetate feminis etiam actorum testificatione [3]) omissa, si patris auxilio destitutae sint, iuste consuluit [4]). ET CETERA. DAT. X KAL. MART. CONSTANTINOPOLI TAVRO ET FELICE CONSS. a. 428

---

*Br.* (*NMGE*)

[1]) *Iust.* 5, 1, 4: *iunge* 3, 8, 1[a] (*Iust.* 6, 56, 4. 5, 9, 1) 3, 13, 3. 3, 8, 2[a] (*Iust.* 5, 9, 4)   [2]) § 1 *inde a. u.* 40 minoribus = *Iust.* 5, 3, 17: *iungendae citantur ad* 2, 3, 1   [3]) in ante nuptias donatione ad eas facta *ins. Iust.*   [4]) consulitur, ut firma donatio sit *Iust.*

---

19 marianum *Iust.*   20 ingerit *NG*[v], finierit *G*[t]   consumptos *N*   poterit *NM*   21 sponsus *E*[a]   maneat *E*   id] id est *G*   22 quod cum] quodcumque *G*   defensorem *N*   ad quem minoris] atque minores *NG*[t]   23 periniquum] *E*[b] *Iust.*, pro iniquum *N*, per initium *G*, iniquum *ME*[a]   24 tutores a. curatores *N*   admutantur *G*[a]   feminae] familiae *M*   25 III] *NE cum iungendis*, IIII *MG*, *om. Iust.* (*PL*)   26 dd. nn.] *NE*, dd. a. *M*, *om. G*   theod. XIII et hon. *N*   XIII] XVI *E*   X aa.] *M*, X *N*, aug. *G*, aaa. *E*   33 hiero *G*, higerio *E*   donationes *N*   34 instrumenta *G*   sit] est *N*   tratione *N*   35 antecesserint an *G*[a], accesserit ante *M*   sint *G*[a]   intermissa *G*   minime] uel m. *G*   36 quantitate *NME*   confectionem *G*   37 scripulosi fuit iuris *M*   38 etsi] *NE*, si et *M*, etati *G*   calide *E*   in *om. M*   dote *G*   donatio mentionem] donationem *ME*   39 deceptis] denuptis *N*   patemur *N*, non patimur *GE*   uel his] uitiis *N*   qui] quae *E*   40 ab *om. G*   actor *N*   41 distituta sit *G*   42 XI *G*   felice] f. II *G*

INTERPRETATIO. Si donatio sponsalicia ante nubtias gestis inseritur, etiamsi res donata non traditur, non poterit infirmari. In illa uero donatione, cuius summa infra ducentorum solidorum pretium inuenitur, etiamsi gesta defuerint, nulla feminis poterit sub quacumque calliditate aut obiectione calumnia commoueri, sed qualiscumque cum die et tempore scriptura sufficiet. Et ideo seu illa donatio, quae sine traditione gestis habetur inserta, seu illa, quae infra ducentorum solidorum summam consistit, nullis calumniarum argumentis in aliquo uacuentur, sed a marito uel ab heredibus eius feminis iubentur exacta restitui: illo tamen beneficio legis circa eas feminas, quae in minoribus annis defuncto patre nuptae sunt, permanente, ut de quantalibet summa fuerit conscripta donatio, etiamsi gestis allegata non fuerit, omni firmitate subsistat.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## VI SI PROVINCIAE RECTOR VEL AD EVM PERTINENTES SPONSALIA DEDERINT[1]

1 [2]) IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO PPO. POST ALIA: Si quis in potestate publica positus atque honore administrandarum prouinciarum, qui parentibus aut tutoribus aut curatoribus aut ipsis, quae matrimonium contracturae sunt, potest esse terribilis, sponsalia[3]) dederit, iubemus, ut deinceps, siue parentes siue eaedem mutauerint uoluntatem, non modo iuris laqueis liberentur poenaeque expertes sint, quae quadruplum statuit[4]), sed extrinsecus data pignera lucratiua habeant, si ea non putent esse reddenda.
1 Quod ita late patere uolumus, ut non solum circa administrantes, sed et circa administrantium filios, nepotes[5]), propinquos, participes[6]) domesticosque censeamus[7]), quibus tamen ad-
2 ministrator operam dederit. Inpleri autem id postea matrimonium non uetamus, quod tempore potestatis ob eas personas, de quibus locuti sumus, arris fuerat obligatum, si sponsarum consensus accedat. DAT. XV KAL. IVL. THESSAL(ONICAE) DD. NN. GRATIANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS. a. 380

INTERPRETATIO. Iudex prouinciae cuiuslibet uel quicumque in administratione constitutus, si habeant aliqui adultos secum filios in praedicto honore positi aut propinquos uel qui ipsis in consortio administrationis uidentur adiuncti, si per potestatem aut comminando parentibus aut terrendo forte tutores siue curatores uel ipsas quoque puellas sponsaliorum nomine aut arrarum ad obligandam cuiuslibet domum aliqua dederint, si contra hanc uoluntatem aut parentes uel ipsae puellae resultare uoluerint, habeant liberam facultatem renuere, quod ita suscepisse uidentur. Nec poenam sibi nouerint quadrupli exigendam, sed etiam ea, quae sub terrore uisae sunt accepisse, in lucrum suum, si uoluerint, retinebunt, nec constringi possunt, nisi forte ex suo arbitrio reddere uoluerint. Nam si post administrationem aut parentum aut puellarum circa eos, qui sponsalia dederint, uoluntas nubendi permanserit, sequatur electa coniunctio.

---

*Br.* (*NMGE*)

1) *Iust.* 5, 2 2) *Iust.* 5, 2, 1: *de iungendis cf. ad* 3, 5, 10 3) arras sponsalicias *Iust.* 4) poenaeque statutae expertes sint *Iust.* 5) ac *ins. Iust.* 6) id est consiliarios *ins. Iust.* 7) locum habeat *Iust.*

---

10 *decimam quintam huius tituli const. citant fr. Sinaitica 2 his uerbis: . . . ἀκίνδυνον εἶναι τὴν παράβασ[ιν] τῇ μνηστῇ καὶ τῷ μνηστῆρι* π̄ *ἀλλ' ἐν τῷ γ' βιβλίῳ τοῦ Θεοδοσιανοῦ κώδικος τίτλῳ ιε' (ε' scr.) ἢ ιε' τοῦ τίτλου διάταξις κρατύνει τὰς περὶ συστάσεως τῶν γάμων* poenas *καὶ μεχρὶ τοῦ διπλοῦ* 11 rector prouinciae *Iust.* 5, 2 12 sponsalicia *E* 15 contractores *N*, contractae *G* sint *Iust.* potestates se terribilia *G* 16 dederunt *G* 17 eadem $NE^t$, alia eadem $G^a$, alii eandem $G^b$ dementauerint *M*, mutauerunt $G^a$ 17 liberantur *G* expertae sunt *G*, experti sint $NE^v$, expetissent $E^t$ 18 statuisset sed *G* pignora *GE* lucratua $G^a$ eam *N* potent $NE^a$, putauerint *G* 19 quod] quod si *E* late] latere $G^b$, lateat $E^b$, late** $G^a$ administratores *G* et *om. G* 20 filiorum *G* censemus *MGE* 21 opera *N* dederint $G^a$ implere *E* quo potestatis tempore *G* 22 ob] *L*, ab *NE*, ut *MG* fuerit *GE* 23 thessale *N*, tessalonica *G* dd. nn.] domno *G* a. v] v *N*, v aug. *G*, *om. E* theod.] honorio *M* 24 a. I] aug. *NE*, I *M*, *om. G*



## VII DE NVBTIIS[1]

1 [2]) IMPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD SENATVM. Viduae intra uicesimum et quintum annum degentes, etiamsi emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nubtias non sine patris sententia conueniant aut in obpugnatione. Cessent itaque sequestres atque interpretes, taciti nuntii renuntiique corrupti. Nubtias nobiles nemo redimat,
1 nemo sollicitet, sed publice consulatur adfinitas, adhibeatur frequentia procerum[3]). Quod si in condicionis delectum mulieris uoluntas certat[3]) sententiae propinquorum, placet admodum, ut in pupillarum[4]) coniunctionibus sanctum est, habendo examini auctoritatem quoque iudiciariae cognitionis adiungi, ut, si pares sunt genere ac moribus petitores, is potior aestimetur,
2 quem sibi consulens mulier adprobauerit. Sed ne forte ii, qui gradu proximo ad uiduarum successiones uocantur, etiam honestas nubtias inpediant, si huius rei suspicio processerit, eorum uolumus auctoritatem iudiciumque succedere, ad quos, etiamsi fatalis sors intercesserit, tamen hereditatis commodum peruenire non possit. DAT. XVII KAL. AVG. GRATIANO A. II ET PROBO CONSS. a. 371

INTERPRETATIO. Viduae intra uicesimum et quintum annum si fuerint constitutae adhuc uiuis patribus, tametsi emancipatione adquisierint libertatem, si ad secundas nubtias uenire uoluerint, nouerint coniunctionem suam in patrum potestate, non in propria uoluntate consistere, et eorum electioni, non quorumcumque amicorum aut familiarium sequendum esse consensum. Si uero patres mortui sunt, nec sic quoque ex suo singulariter arbitrio nubendi habeant potestatem, sed pro honestate coniunctionis iudicium sequendum est propinquorum. Quod si duo petitores extiterint, consulendi sunt quidem parentes, nec praetermittendus est etiam iudex, qui uoluntatem feminae pro honestiore dumtaxat parte prospiciat. Nec illis tantum propinquis praestet adsensum, qui suspicione hereditatis utuntur, qui forte, dum nubtias differunt, pro successione hereditatis mulieris mortem expectare uidentur: sed illorum magis, si talis condicio intercedit, electio sequenda est, qui nihil possunt de ipsius hereditate conquirere.

2 [5]) IMPP. VALENTINIAVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. CYNEGIO PPO. Ne quis Christianam mulierem in matrimonio Iudaeus accipiat neque Iudaeae Christianus coniugium sortiatur. Nam si quis aliquid huiusmodi admiserit, adulterii uicem commissi huius crimen obtinebit, libertate in accusandum publicis quoque uocibus relaxata. DAT. PRID. ID. MART. THESSALONICA THEODOSIO A. II ET CYNEGIO VC. CONSS. a. 388

INTERPRETATIO. Legis huius seueritate prohibetur, ut nec Iudaeus Christianae matrimonio utatur nec Christianus homo Iudaeam uxorem accipiat. Quod si aliqui contra uetitum se tali coniunctioni miscuerint, nouerint se ea poena, qua adulteri damnantur, persequendos et accusationem huius criminis non solum propinquis, sed etiam ad persequendum omnibus esse permissam.

2a IDEM. AAA. INFANTIO COMITI ORIENTIS. *Nemo Iudaeorum morem suum in coniunctionibus retinebit nec iuxta legem suam nuptias sortiatur nec in diuersa sub uno tempore coniugia conueniat.* DAT. III KAL. IAN. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

---

*Br.* (*NMG* [*G desinit in* 32 huius] *E*): 7, 2a *supplet Iust.* 1, 9, 7

1) *Iust.* 5, 4 2) *Iust.* 5, 4, 18 3) aut . . . procerum *om. Iust.* 4) uirginum *Iust.* 5) = 9, 7, 5 (*Iust.* 1, 9, 6)

---

3 quintum et uicesimum *Iust.*, et *om. M* legentis $E^a$ libertatem *M* gaudeant *G* 4 sine p. sent. non *Iust.* obpugnationem *N*, obpigneratione $G^t$ sequestris *E* 5 nuntii] nuptii *N* nobilis *N* 6 consuleatur *G* si] non *E* 7 condiciones *M* delectum] *NM Iust.*, delictum *GE* certa *G* sententia $N^aE$, sequentia $N^b$ placent *N* ammodum *M* 8 ut (et *N*) in *om. G* sancto $G^2$, *inc.* $G^1$ exanimi $G^t$ auctoritate *N* (*Mo.*) *MG* iudicariae *N* 9 patres *N* ac] aut *G* minoribus *E* petitoris *E* his *NMG* potiora *E*, potius *G* extimetur *M* 10 adprobaret $NG^t$ hii *NME*, alii *G* grado $E^a$ proximi *G* 11 successionem *G* etiam] et *Iust.* huius] huiusmodi *Iust.* praecesserit *N* 12 auctoritate *M* fatales *N* 13 hereditates *N* commodum $E^a$ XVII] VI *G* gratiano] iuuino *G* II . . . conss. *om. E* 14 probino *G* 27 christianum *N* 28 matrimonium $GE^b$ iudaeos *E* iudaeae] iudeam *G*, iudei *E* christianam *E* coniugio *N*, coniungio *G* 29 admiserit] commisit *G* commissi huius] commisisse huiusmodi *E* 30 libertatem *MGE* relaxatam *G* prid. *om. G* 31 thessalonica] *NE*, tessal. *M* a. II] XII *MG*, aug. *N*, a. XII *E* uu. cc. *N*, *om. G*

2b IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PP. *Celebrandis inter consobrinos matrimoniis licentia huius legis salubritate indulta est, ut reuocata prisci iuris auctoritate restinctisque calumniarum fomentis matrimonium inter consobrinos habeatur legitimum, siue ex duobus fratribus siue ex duabus sororibus siue ex fratre et sorore nati sunt, et ex eo matrimonio editi legitimi et suis patribus successores habeantur.* D. III ID. IVN. NICAEAE STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS. a. 405

2c [1]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AD THEODORVM PP. *In coniunctione filiarum in
sacris positarum patris expectetur arbitrium: si sui iuris puella sit intra quintum et uice-
simum annum constituta, ipsius quoque exploretur adsensus. Si patris auxilio destituta,
1 matris et propinquorum et ipsius quoque requiratur adultae iudicium. Si uero utroque or-
bata parente sub curatoris defensione consistat et inter honestos competitores matrimonii ori-
atur forte certamen, ut quaeratur, cui potissimum puella iungenda sit, si puella cultu uere-
cundiae propriam noluerit depromere uoluntatem, coram positis propinquis iudici deliberare
permissum sit, cui melius adulta societur* [3]). a. 408—409

2d [4]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. BASSO PP. *A caligato milite usque ad protectoris personam et sine aliqua sollemnitate matrimoniorum liberam cum ingenuis dumtaxat mulieribus contrahendi coniugii permittimus facultatem* [5]). a. 426

3 [6]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HIERIO PPO. Si donationum ante nubtias uel dotis instrumenta defuerint, pompa etiam aliaque nubtiarum celebritas omittatur, nullus aestimet ob id deesse recte alias inito matrimonio firmitatem uel ex eo natis liberis iura posse legitimorum auferri, inter pares honestate personas nulla lege inpediente consortium, quod ipsorum consensu atque amicorum fide firmatur. ET CETERA. DAT. X KAL. MART. CONSTANTINOPOLI FELICE ET TAVRO CONSS. a. 428

INTERPRETATIO. Si occasio talis emerserit, ut nubtiae sollemnitate debita careant aut etiam donationes sponsaliciae fieri aut dos celebrari non possit, sed conuenientibus animis se matrimonio copulauerint, sufficiet aequalibus personis conueniens electio atque consensus, sic tamen, ut conscientia intercedat amicorum, et tunc, si ita res cesserit, et coniunctio stabilis et filii legitimi probabuntur.

# VIII DE SECVNDIS NVBTIIS [7])

1a IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO PP. *Si qua mulier
nequaquam luctus religionem priori uiro, ex quo filios seu filias non habet* [8]), *nuptiarum festi-
natione praestiterit, ex iure quidem notissimo sit infamis, nisi huiusmodi maculam imperiale
1 beneficium ei remittat. Sin autem ei filii erunt seu filiae et impetrauerit indulgentiam, infa-
miae abolitionem permittimus et ceterarum poenarum antiquationem, si facultatum omnium,
quae fuerint tempore nuptiarum, medietatem filio filiaeue, filiis seu filiabus donauerit, quos
habebat ex uiro priore susceptos, pure scilicet et omni donationis sollemnitate completa nec
2 retento quidem usufructu. Quem quidem semissem si duobus filiis seu filiabus pluribusue
donauerit et sorte fatali unus uel una, seu alius uel alia ex isdem intestatus uel intestata
3 obierit, semper ad superstites fratres uel sorores uolumus pertinere. Sin autem uniuersae*

*Br.* (*NMGE*): 7, 2b—2d *Iust.* 5, 4, 19—21

1) *iungenda* 3, 10, 1? 2) *iungendae* 4, 6, 7? 4, 10, 3: *cf. etiam* 4, 6, 8 3) dat. III K. April. Rauenna Theodosio XII et Valentiniano II AA. conss. (*a.* 426) 4, 10, 3 4) *Iust.* 5, 4, 22: *de iungendis cf. ad* 2, 3, 2 5) dat. K. Nou. Rauennae Honorio VIII et Theodosio III AA. conss. (*a.* 409) 3, 10, 4 6) 8, 1a *pr.*—§ 3 *supplet Iust.* 6, 56, 4 7) *Iust.* 5, 9 8) luctus *et* ex quo f. n. habet *et* nisi ... remittat *om. Iust.* 5, 9, 1 (= *Iust.* 6, 56, 4 *pr.*)

12 ut] *Iust.* (*Pt*), et *Iust.* (*PvC*) 13 iudici] *Iust.* (*C*), iudicio *Iust.* (*P*) 18 donationem *ME* 19 dotas *N* pompe *N* alieque *N* 20 rectam *M* patrimonio *M* 21 inter] *O Iust.*, si inter *Br.* partes honestatem *E* 22 constant. *om. E* 35 filiaeue filiis] *Iust.* (*dett. cum Graecis*), filiae filiisue *Iust.* (*C*), filiaeue *Iust.* (*R*)



*uel uniuersi intestati diem obierint durae fortunae ad matrem solacia ex integro reuertantur,
ita scilicet, ut hunc semissem, quem filiis seu filiabus donauerat, intestato diem filiis seu fili-
4 abus obeuntibus rursus ipsa separatim ab ultimi filii uel filiae hereditate praesumat. Prae-
terea secundo uiro ultra tertiam partem bonorum in dotem ne det neque ei testamento plus
5 quam tertiam partem relinquat. Omnium praeterea hereditatum legatorum fideicommissorum
suprema uoluntate relictorum, mortis causa donationum sit expers. Haec namque ab here-
dibus uel coheredibus aut ab intestato succedentibus uindicari iubemus, ne in his, quibus
6 correctionem morum induximus, fisci uideamur habere rationem. His etiam amittendis, quae
prior maritus ei suprema reliquerit uoluntate, quamquam haec, quae mulieri a priore uiro
relinquuntur et per immaturum matrimonium uacuata esse coeperunt, primo a decem personis
edicto praetoris enumeratis, id est adscendentibus et descendentibus et ex latere usque ad se-
7 cundum gradum, scilicet gradibus seruatis, deinde praesumi a fisco iubemus. Eandem quoque
mulierem infamem redditam hereditates ab intestato, uel legitimas uel honorarias, non ultra
tertium gradum sinimus uindicare.* PP. XV K. IAN. [1]) GRATIANO V ET THEODOSIO AA. CONSS. a. 380

1 [2]) IDEM AAA. EVTROPIO PPO. Si qua ex feminis perdito marito intra anni spatium alteri festinarit innubere, (paruum enim temporis post decem menses seruandum adicimus, tametsi id ipsum exiguum putemus) probrosis inusta notis honestioris nobilisque personae et decore et iure priuetur atque omnia, quae de prioris mariti bonis uel iure sponsaliorum uel iudicio defuncti coniugis consecuta fuerat, amittat et sciat nec de nostro beneficio uel adnotatione sperandum sibi esse subsidium [3]). DAT. III KAL. IVN. CONSTANTINOPOLI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS. a. 381

INTERPRETATIO. Mulier, quae post mortem mariti intra annum alteri uiro nubserit, sciat se infamiae subiacere et notabilem usque adeo reddi, ut quaecumque sponsalicia largitate percepit, uel si per testamentum ipsi aliquid prior maritus donauit, amittat, et totum illius filiis cedat: si filii non fuerint, illis profuturo personis, qui priori marito gradu proximiore iunguntur et hoc sibi per successionem poterunt uindicare.

2 [4]) IDEM AAA. FLORO PPO. Feminae, quae susceptis ex priore matrimonio filiis ad secundas [5]) transierint nubtias, quidquid ex facultatibus priorum maritorum sponsaliorum iure, quidquid etiam nubtiarum sollemnitate perceperint, quidquid aut mortis causa donationibus factis aut testamenti iure directo aut fideicommissi uel legati titulo uel cuiuslibet munificae liberalitatis praemio ex bonis [6]) maritorum fuerint adsecutae, id totum, ita ut perceperint, integrum ad filios, quos ex praecedente coniugio habuerint, transmittant uel ad quemlibet ex filiis (dummodo ex his tantum, quos tali successione dignissimos iudicamus), in quem contemplatione meritorum liberalitatis suae iudicium mater crediderit dirigendum. Nec quidquam eaedem feminae ex isdem facultatibus abalienandi in quamlibet extraneam personam uel successionem ex alterius matrimonii coniunctione susceptam praesumant atque habeant potestatem, possidendi tantum [7]) in diem uitae, non etiam abalienandi facultate concessa. Nam si quid ex isdem rebus per fraudem scaeuioris animi [8]) in alium quemlibet fuerit a possi-

*Br.* (*NME*): *c.* 1 § 4—6 *supplet Iust.* 5, 9, 1 § 1—3

1) Iul.? (*cf.* 3, 5, 10) 2) *Iust.* 5, 9, 2: *cf. Burg.* 16, 1 3) et sciat ... subsidium *om. Iust.* 4) *Iust.* 5, 9, 3 5) post tempus luctui statutum *ins. Iust.* 6) ut dictum est priorum *ins. Iust.* 7) ac fruendi *ins. Iust.* 8) per f. s. animi *om. Iust.*

7 coheredibus *Iust.* (*MN*), coh. suis *Iust.* (*C*) 10 relinquantur *Iust.* (*C*) 15 idem] imppp. grat. ualent. et theod. *Br.* 16 festinaret *N*, festinauerit *E*, festinauit *Iust.* innubere] *NE Iust.* (*P*), nubere *Iust.* (*AC*), iam nubere *M* parum *NE* enim] etiam *E* addicimus *N* (*Mo.*) 17 exinguum *E* probrosis] in p. *N* iniusta *E* honestiores *NE*, honestiori *M* nobilesque *E*, nobisque *M* 18 sponsaliarum *N*, sponsalium *Iust.* 19 coniuge *E* adnotationes *E* 20 iun.] *E Iust.*, iul. *N*, ianuar. *M* 27 ad] ac *N* 28 transierit *M* sponsalium *Iust.* 29 quidquid ... perceperint *om. Ea* aut quidquid *Iust.* donationibus] de d. *N* 30 manumunificiae *N* 31 liberalitates *N*, libertatis *Et* 32 praecedenti *NE* 33 quas *N* dignissimus *NMmEa* que *N* contemplationem *E* 34 iudicio *NE* 35 eadem *NE* subcessionem *E* 36 suscepta *NE* potestate *N* 37 die *N* 38 isdem] his *E* scebioris *M*, sceuiores *N* saeuioris *Ea*, saeuiores *Eb*

dente[1]) translatum, maternarum redintegrabitur conpensationibus facultatum[2]), quo inlibata
1 ad hos quos statuimus heredes[3]) bona et incorrupta perueniant. Illud etiam addimus legi, ut, si aliquis ex isdem filiis, quos ex priore matrimonio susceptos esse constabit, forte decesserit, qui sorores uel sororem, non etiam fratrem relinquens senatus consulti beneficio matri simul ac sororibus successionis locum fecisse uideatur, seu etiam filia, quae nullo exsistente fratre et superstitibus matre ac sororibus tantum, adeundae hereditatis locum matri pro dimidia portione seruabit, quod successionis beneficio[4]) mater uidebitur consecuta, in diem uitae pro sibi debita portione sola tantum possessione delata, omne his, qui supererunt ex priore suscepti matrimonio, filiis relinquat nec super istiusmodi facultatibus testandi in quamlibet
2 aliam extraneam personam uel quidquam abalienandi habeat potestatem. Quod si nullam ex priore matrimonio habuerit successionem uel natus natiue decesserint, omne, quod *quo*quo modo perceperit, pleni proprietate iuris obtineat, atque ex his nanciscendi dominii et testandi
3 circa quem uoluerit liberam habeat potestatem. [5]) Simili etiam admoneri maritos uolumus et pietatis et legis exemplo; quos etsi uinculo non adstringimus uelut inpositae seuerius sanctionis, religionis tamen iure cohibemus, ut sciant id a se promptius sperari contemplatione iustitiae, quod necessitate propositae obseruationis matribus imperatur: ne, si ita necessitas suaserit, et circa eorum personam subsidio sanctionis exigi ab his oporteat, quod optari interim sperarique condeceat. DAT. XVI KAL. IAN. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

INTERPRETATIO. Mulieres, quae amissis maritis ad alias postea nuptias legitimo tempore, id est expleto anno, uenerint, si ex priore marito filios habuerint, quidquid per sponsaliciam largitatem uel nubtiarum tempore consecutae sunt, totum filiis conseruabunt nec in alias uel extraneas personas nouerint transferendum. Quidquid uero prior maritus per testamentum seu fideicommissum seu legati titulo uel mortis causa uxori donauerit, de his rebus, quas tali mulier donatione percepit, seu omnibus filiis, seu in unum pro merito seruitii, si conferre uoluerit, habebit liberam facultatem, ita ut ei de bonis prioris mariti a filiis ipsius quidquam alienare non liceat. Quod si praesumpserit, de propriis facultatibus nouerit conpensandum. Hoc specialius huic legi credidit inserendum, ut mulieri, cum ad alias nubtias uenerit, si de filiis, quos ex matrimonio priore susceperat, masculus moriatur, eo casu, ut matrem et sorores aut certe sororem superstitem dimittat et fratrem non dimittat, qui matrem possit excludere, tunc beneficio legis mater cum filiabus uel filia aequali sorte succedat. Si uero filia moriatur et matrem et sorores tantum dimittat, mediam defunctae filiae hereditatem mater adquirat et media sororibus seu una, seu plures sint, proficiat: ea tamen ratione, ut dum aduixerit mater, adquisitam ex hac filii aut filiae medietatem tantummodo in usufructu possideat et reliquis, si supererunt ex priore matrimonio, filiis post obitum derelinquat, ad alias personas in transferendo nec per testamentum nec per donationem habitura licentiam. Cui mulieri si de priore marito filii non supersint, tunc quaecumque sub hac occasione percepit, sibi uelut propriam uindicet facultatem et in quemcunque uoluerit, iure transmittat. In hac etiam lege similem et patribus mortuis uxoribus condicionem, si ad alias nubtias uenerint, uoluit obseruare, ut, si de priore uxore filii aut filiae fuerint, ex quibus aliqui moriantur et in suam portionem locum patri faciant, post illius obitum fratribus sororibusue qui supererunt de ipso coniugio, portio relicta proficiat nec poterit per patriam potestatem ad alias transire personas.

---

*Br.* (*NME*)

[1]) ab ea *Iust.* [2]) ex maternis redintegrabitur facultatibus *Iust.* [3]) liberos *Iust.* [4]) 16 qui ... beneficio] matre iam secundis nuptiis funestata, aliis etiam ex eodem matrimonio progenitis liberis superstitibus, id, quod per eandem successionem ab intestato uel ex testamento suae posteritatis *Iust.* [5]) § 3 *om. Iust.*

---

1 quo] *O Iust.*, quod *Br.* 2 quos] quo *E* instituimus *M* addemus *N* 3 priori *E* susceptus *NE*[a] forte decesserit (deesserit *M*[a], dessent *M**) *om. N* 4 matris *E* 5 successiones *N* 6 fratre *N* (*sic*), fraude *E* ad eundem *M* hereditatis ... 7 portione *om. E*[a] matris *N*, *deficit E*[b] 7 seruauit *NE* 8 dilata *N* omnes hii *N* 9 susceptis *Iust.* relinquant *E* huiusmodi *M* 10 alienandi *Iust.* habeant *N* nulla *N* 11 priori *N* omnem *M* quod quoquo] *O Iust.*, quod quo *E*, quoquo *M*, quodcumque *N* 12 perceperint *ME* pleni *om. M* proprietatem *M* obtineant *N* dominis *M* 13 maritus *E* 14 pietates *N* inpositae] in potestate *E* 15 se] se esse *E* contemplationem *E* 16 inpetratur *N* ne si] nisi *NE* 17 suaserit] *E*, persuaserit *N*, erit *M* et] *NE*, *om. M* persona *M* 18 concedat *E* XVII *M* ian.] *E Iust.*, iun. *M*, mar. *N* 41 sororibusue] *Mommsen*, et sororibus uel *libri*



2a [1]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MARINIANO PP. *Cum aliis sanctionibus iusserimus materna bona integra ad liberos peruenire, quod tamen mulier mariti largitate perceperit, ex eo tantum liberi coniugio procreati sibi speciale tamquam paternum nouerint uindi-*
1 *candum. Itaque si habens filios in secundas nuptias fortasse transierit, sponsaliciam largitatem, quam uir secundus contulerit in uxorem, tantummodo filii qui ex secundo matrimonio suscepti sunt pro soliditate possideant, nec prosit liberis ex priore susceptis marito, quod mu-*
2 *lier in tertia minime uota migrauerit. Quod si posterior uir sine liberis ex eodem matrimonio susceptis decesserit, quidquid ab eo ex sponsalium largitate uxor fuerit consecuta, id sibi iurique suo sciat esse collatum, etiamsi ex priore matrimonio donator filios reliquisse doceatur.*
3 *Ad maternas sane ueniens uel ex hoc uel ex quolibet alio titulo facultates omnis posteritas ex quocumque suscepta uiro pro debita sibi portione, ut a matre uel spontanea largitate uel*
4 *per testamentum eius fuerit collata, possideat. Nos enim hac lege id praecipue custodiendum esse decreuimus, ut ex quocumque coniugio suscepti filii patrum suorum sponsalicias retineant facultates.* D. III NON. NOV. RAVENNAE HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

3 [2]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PPO. Nulli uideatur ambiguum eorum, quae nubtiarum tempore mulieres accipiunt, etiamsi ad secundas nubtias, extantibus ex priore matrimonio liberis emenso tempore forte migrauerint, in diem uitae usumfructum circa eas debere durare, salua his proprietate, quibus ius integrum post earum obitum leges sacratissimae[3]) reseruarunt, ut manifestum est, quod delatum ex priore coniugio liberis constat. DAT. X KAL. IVL. RAVENNA DD. NN. HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

INTERPRETATIO. Notissimum ualde est has facultates, quas tempore nubtiarum mulieres a maritis accipiunt, suo dominio uindicare: et si maritos mori contigerit, qui tamen filios derelinquant, et post transacta luctus tempora legitime ad alias nubtias uenerint, in diem uitae suae donatarum rerum teneant usumfructum. Post obitum uero earum ad prioris mariti filios omnia reuertuntur nec exinde aliquid matribus uiuis filiis in aliorum iura transferre permissum est.

## VIIII SI SECVNDO NVBSERIT MVLIER, CVI MARITVS VSVMFRVCTVM RELIQVERIT[4])

1a IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. TATIANO PP. *Si usumfructum maritus rerum suarum decedens uxori reliquerit eaque in secundas nuptias consortiumque conuenerit, usumfructum, quem ex priore marito consecuta fuerit, amittat atque eum filiis ex*
1 *die quo nupserit mature restituat. Quod si liberos ex priore matrimonio adhuc imbecillitas habebit infantiae nec muniet tutoris auxilium ac per huiusmodi occasionem mater quae relicta fuerant usurpauerit, omnia, cum legitime repetantur, cum competentibus fructibus ad li-*
2 *quidum deducta ratione restituet. Haec de usufructu, quem uir extremam constituens uoluntatem de rebus propriis uxori reliquerit. De usufructu uero rerum ante nuptias donatarum ea seruari quae anteriores constitutiones decreuerunt sancimus.* D. ID. MART. ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS. a. 392

1 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ASTERIO COM. ORIENTIS. Aperta definitione signamus longe aliud esse, quod de rebus ante nubtias a nostra mansuetudine constitutum est[5]), aliud,

---

*Br.* (*NME*): *c.* 2a *supplet Iust.* 5, 9, 4: 9, 1a *supplet Iust.* 5, 10, 1

[1]) *de iungendis cf.* ad 3, 5, 12 [2]) *cf. Burg.* 16, 2 [3]) 3, 8, 2 [4]) *Iust.* 5, 10 [5]) *cf. Iust.* 5, 10, 1

---

3 nouerint] *Iust.* (*M*[b]), nouerit *Iust.* (*CM*[a]) 15 eorum] *O*, earum *NME* 16 mulieris *NE* accipiant *E* 17 emisso *N* die *N* 18 legis *NE* 19 reseuarunt *N* priori *M* 20 rauenna] *NE*, rau. *M* dd. nn. *om. M* VIIII] *E*, VIII *NM*, VI* *M** V *om. NE* aa.] uu. cc. *N* 22 maritus *NME* 27 secundum *N* maritum usufructum *N* 34 cum] *Iust.* (*C*), *om. Iust.* (*P*) 39 astyrio *N* com.] ppo. *N* 40 quo de *M* consuetudine *E* aliud] ut *M*

quod de his, quae ex patrimonio proprio uir suo arbitrio ad usumfructum uxori derelinquit. Nam in eo usufructu, quem uir extremam constituens uoluntatem de rebus propriis uxori dimiserit, statim post secundas nubtias mulieri uolumus inminere iacturam secundum eam legem [1]), quae de hoc articulo non dubitatur emissa; [2]) de usufructu uero rerum ante nubtias donatarum ea seruari, quae saluberrima lex anterior plena definitione decreuit. DAT. XVI KAL. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

INTERPRETATIO. Clara interpretatione has duas sententias explanauit, ut praeter sponsaliciam donationem, si maritus moriens de patrimonio suo usumfructum relinquit uxori, iuxta uoluntatem eius relicta possideat, ita ut si mulier postea alio uiro nubserit, mox usumfructum ex testamento adquisitum filiis eius refundat, a quo usumfructum fuerat consecuta: usumfructum uero de sponsalicia largitate usque ad obitum suum, sicuti superius alia lex locuta est, merito retinebit: unde haec ipsa post obitum matris ad illius mariti filios, qui donauit, proprietas reditura est.

## X SI NVBTIAE EX RESCRIPTO PETANTVR [3])

1 [4]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. THEODORO PPO. Quidam uetusti iuris ordine praetermisso obreptione precum nubtias, quas se intellegunt non mereri, de nobis aestimant postulandas, se habere puellae consensum confingentes. Quapropter tale sponsalium genus
1 praesentis legis definitione prohibemus. Si quis igitur contra hanc definitionem nubtias precum subreptione meruerit, amissionem bonorum et poenam deportationis subiturum se esse non ambigat et amisso iure matrimonii, quod prohibita usurpatione meruerit, filios se iuste hac ratione susceptos [5]) non habiturum nec umquam postulatae indulgentiae adnotationisue indultu efficacem se ueniae effectum meruisse: exceptis his, quos consobrinorum, hoc est quarti gradus, coniunctionem lex [6]) triumphalis memoriae patris nostri exemplo indultorum supplicare non uetauit, exceptisque his [7]), qui parentum sponsionem de nubtiis filiarum inpleri desiderant uel sponsalia, hoc est arrarum data nomine, reddi sibi praecepto legum cum quadrupli [8])
2 poena deposcunt. [9]) Nos enim peti de nobis nubtias supplicatione prohibemus, quas deceat de uoluntate parentum uel de ipsis adultis puellis aut mulieribus impetrari. Nam si negato coniugio, quod fuerat ante promissum, lis aliqua legum praecepto nascatur, de iure nos consuli non uetamus. DAT. X [10]) KAL. FEBRVAR. RAV(ENNAE) DD. NN. HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

INTERPRETATIO. Fit aliquotiens a quibusdam, ut obliti seueritatem legum obrepere principis audeant maiestati et coniugia sibi expetant ex praecepto, quae consequi non merentur, ut de consensu parentum uel puellae mentiantur: qua de causa huiusmodi audaciam interdicit. Quicumque ergo sub tali obreptione matrimonium se obtinere putauerit, et amissione bonorum et exilii relegatione se nouerit esse damnandum nec matrimonium, quod taliter quaesierit, habiturum, nec filios tali ordine et ambitione susceptos legitimos appellandos, nec etiam per supplicationem huius praesumptionis ueniam promereri. His uero, quos in quartum

*Br.* (*NME*)

[1]) 3, 8, 2 [2]) *cf. Iust.* 5, 10, 1 § 1 [3]) *Iust.* 5, 8 [4]) *Iust.* 5, 8, 1 [5]) se ex hac coniunctione susceptos iustos *Iust.* [6]) *non extat, citatur autem in* 3, 12, 3 *pr.*: *alia testimonia collegit Gothofredus* [7]) quos . . . his *om. Iust.* [8]) statuta *Iust.* [9]) § 2 *om. Iust.* [10]) *a XII K. Febr. incipiunt constitutiones ad Caecilianum successorem Theodori directae*

1 de *om. N* 2 usumfructum *N* extremam] *dett.*, extrema *NE*, extremus *M* uoluntate *N* uxore *N* 3 inmineri *E* iactura *N* 4 quae] quem *N* amissa *E* usumfructum *N* 5 XVI] *dett.*?, XVII *NME* 6 euticiano *libri* 15 theudoro *M*, thedoro *N* uetustate *N* 16 existimant *N* (*Mo.*) *Iust.* 17 confingentis *E*[a] 18 praesentes *N*, praesenti *M* definitione *N* (*Mo.*) 19 subreptione precum *Iust.* meruerint *M* amissione *N* 20 amissio *M* matrimonio *N* meruerint *M*, meruit *N* 21 susceptus *NE*[a] adnotationisue] *E Iust.*, adnotationis suae principis *N*, ad principis uel *M* indultum *NE*, indulto *Iust.* 22 efficatiae *N* 23 indulturum *M* 24 uetuit *N* exceptis] est*****s *N*[a] sponsione *NM* filiorum *M* 25 sibi] sibi iure *N* 26 nos] non *E*[t] de *om. N* 28 fuerit *N* 29 x] *E*, *om. NM*



gradum originis coniunctio praesumptiua copulauerit, quia notabile est, tamen si supplicauerint, ueniam relaxabit. Nec his interdici, ut praeceptum expetant maiestatis, quoniam parentum placito copulantur. Illi uero, qui, pactas sibi uiuis parentibus puellas, ab ipsis puellis post parentum obitum contemnuntur, praecepti tenore in quadruplum arrarum nomine data uel donata recipiant; nam de reliquo si ante definita non fuerint, per supplicationem coniugia postulari omni seueritate prohibuit. Ceterum si cum parentibus puellae aut cum ipsa puella quis de nubtiis pactus fuerit et unus ex his uoluerit de placito eius resilire, nos ab eo qui despicitur consuli non uetamus. Reliqua pars legis istius alibi iam habetur exposita.

## XI SI QVACVMQVE PRAEDITVS POTESTATE NVBTIAS PETAT INVITAE [1])

1 [2]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. NEOTERIO PPO. Si quis ordinaria uel qualibet praeditus potestate circa nubtias inuitis ipsis uel parentibus contrahendas, siue pupillae siue apud patres uirgines siue uiduae erunt, siue iuris sui uiduae, denique cuiuscumque sortis, occasione potestatis utatur et minacem fauorem suum inuitis his, quorum utilitas agitur, exhibere aut exhibuisse detegitur, hunc et [3]) multae librarum auri decem obnoxium statuimus et, cum honore abierit, peractam dignitatem usurpare prohibemus: tali scilicet poena, ut, si circa honorem eum, quo male usus est, uindicandum statuti nostri sanctioni [4]) parere noluerit, semper [5]) eam prouinciam, in qua sibi hoc [6]) usurpauerit, habitare per
1 iuge biennium non sinatur. Quia tamen contra latentem malitiam praeterea quasdam domos uel quosdam parentes intellegimus muniendos, iubemus, ut, quicumque his et quaecumque erit latentibus per iudicem promissis minisue temptata, ad id matrimonium cui aspernatur praestare consensum, confestim contestatione proposita cum sua suorumque domo ad iurisdictionem eius desinat pertinere [7]): curaturis hoc uniuscuiusque ciuitatis uindicibus [8]) et eius-
2 dem iudicis apparitoribus. Et quidem si haec prauitas ordinarii iudicis erit, uniuersa eius domus ratio atque omnia uel ciuilia uel criminalia negotia, quamdiu idem in administratione fuerit, uicario conpetant; sin autem uicarius uel similis potestatis uim in huiusmodi contrahendo matrimonio molietur, uicissim ordinarius iudex intercessor exsistat; sin erunt uterque suspecti, ad inlustrem praefecturam specialiter talium domorum, quamdiu idem administrauerit, tutela [9]) pertineat. DAT. XV KALEND. IVL. THESSAL(ONICAE) GRATIANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS. a. 380

*Br.* (*NME*: *in E* 111, 18 parere . . . 19 sinatur *bis extant*)

[1]) *cf. Iust.* 5, 7 [2]) *Iust.* 5, 7, 1: *cf.* 3, 5, 10 [3]) et] licet prohibitas nuptias non peregerit, attamen pro tali conamine *Iust.* [4]) statutis nostris *Iust.* [5]) semper *om. Iust.* [6]) hoc *om. Iust.* [7]) Illo uidelicet adiciendo, ut et in potestate adhuc constituto, liceat personae, quam huiusmodi ambitu circumire temptauerit, confestim contestatione proposita, cum sua suorumque domo iurisdictionem eius euitare *Iust.* [8]) defensoribus *Iust.* [9]) tuitio *Iust.*

3 pactis s. u. par. puellis *edd.* 9 nuptiae petantur (*omisso* inuitae) *E* 11 neuterio *NME* quis] q̄ (= quae) *E* 13 pupillae] puellae *NE* patris *E* uirginis *E*[a] iuris] *N Iust.* (*Graeci*), iuri *E*, et in iuris *M*, et iuris *Iust.* (*Latini*) 14 sortes *N* occasionem *E* potestates *N* moenacem *E* 16 et cum honore *om. M* abierit] *E*[a] *Iust.*, habuerit *NE*[b], haberi qui *M* peractam] p. ad *N* 17 poenam *E* statutis *NE*[b] sanctione *NM*, sancxionem *E* 18 parare *NE* (*priore loco*) uoluerit *NM*, uoluerint *E priore loco* semper *om. O Iust.* 19 iugi *E priore loco* non] num *N*[a], nam *N*[b] quia] *O*? *edd.*, qui *libri* praeterea] *O* (*Mo.*) *edd.*, praeterea enim *M*, parum *NEO* (*Haenel*) domus *NE* 20 muniendus *E* ut quicumque] ubicumque *N* 21 matrimonio *N* 22 contestationem (— ne *E*) propositam *NE* domu *N* 23 eius (eius *om. N*) desinat] eiusdem sinat *E* curaturis] *Iust.*, curatores *NME* uindicibus] *ME*, iudices *N* 24 apperitoribus *N* (*Mo.*), apparatoribus *E* et quidem] *L Iust.*, equidem *NME* iudices *N* eius] cuius *N* 25 ciuiliā *E* 26 uicariae *M* eiusmodi *N* 27 multetur *N* ordinarios *E* sin] si *M* 28 suscepti *NE*[t] 29 tutelae *N* iul. *uacuo spatio relicto om. M* thessalone *E* a. V] V *N* 30 a. I] augg. *N*, a. *E*

INTERPRETATIO. Si aliquis de his iudicibus, qui prouincias administrant, uel etiam his, quibus ciuitates uel loca commissa sunt, per potentiam inuitis parentibus uirgines aut etiam uiduas, si sui iuris sint, per potestatem ad nubtias suas addixerint, aut si pupillae sint, et earum utilitatibus obuiantes per terrorem aut per quorumcumque conludium addicantur, ut his personis, de quibus loquitur, inuitae iungantur: quicumque hoc praesumpserint, decem pondo auri se nouerint condemnandos, et in ea prouincia, in qua iudex fuerit, dignitate amissa biennio prohibeatur accedere. Beneficium tamen lex ista aduersus eiusmodi homines parentibus uel ipsis mulieribus, quae in suo iure sunt, uel qui minorum aetates tuentur, indulsit, ut contestationes ad alios iudices uel ciuitates proximas deferant et eorum patrociniis defendantur: ut, si in eadem prouincia sit alia potestas, ut puta si sint duo iudices, unus priuata et alius dominica iura gubernans, si ab altero sub hac condicione quaecumque persona prematur, alterius tutela debeat defensari, aut certe ad magnificam potestatem, quae principis auribus hoc possit intimare, recurrat.

## XII DE INCESTIS NVBTIIS[1]

1 IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD PROVINCIALES FOENICES. Si quis filiam fratris sororisue faciendam crediderit abominanter uxorem aut in eius amplexum non ut patruus aut auunculus conuolauerit, capitalis sententiae poena teneatur. DAT. PRID. KAL. APR. ANTIOCHIAE CONSTANTIO III ET CONSTANTE II AA. CONSS. a. 342

INTERPRETATIO. Quicumque hominum cum fratris filia uel sororis incestam coniunctionem se habere crediderit, capitale periculum se nouerit subiturum.

2 IMPP. CONSTANTINVS ET CONSTANS AA. ET IVLIANVS C.[2]) AD VOLVSIANVM PPO. Etsi licitum ueteres crediderunt nubtiis fratris solutis ducere fratris uxorem, licitum etiam post mortem mulieris aut diuortium contrahere cum eiusdem sorore coniugium, abstineant huiusmodi nubtiis uniuersi nec aestiment posse legitimos liberos ex hoc consortio procreari: nam spurios esse conuenit qui nascentur. DAT.[3]) PRID. KAL. MAI. ROM(AE) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS. a. 355

INTERPRETATIO. Fratris uxorem ducendi uel uni uiro duas sorores habendi penitus licentia denegatur; nam ex tali coniugio procreati filii legitimi non habentur.

2a IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD ANDROMACHVM COMITEM RERVM PRIVATARVM. *Qui contra legum praecepta uel contra mandata constitutionesque principum nuptias forte contraxerit, nihil ex eodem matrimonio, siue ante nuptias donatum siue deinceps quoquo modo datum fuerit, consequatur, idque totum, quod ab alterius liberalitate*
1 *in alterum processerit, ut indigno indignaeue sublatum fisco uindicari sancimus: Exceptis tam feminis quam uiris, qui aut errore acrissimo, non adfectato insimulatoue, neque ex causa*
2 *uili decepti sunt aut aetatis lubrico lapsi. Quos tamen ita demum legis nostrae laqueis eximi placuit, si aut errore comperto, aut ubi ad legitimos peruenerint annos, coniunctionem huiuscemodi sine ulla recrastinatione diremerint.* D. VII K. MART. a. 387—393?

*Br.* (*NME*: 12, 1 *omittunt NM, habent EBLK Paris.* 4406): *c.* 2a *supplet Iust.* 5, 5, 4

1) *Iust.* 5, 5 2) Imp. Constantius A. *requiritur* (*Beck*) 3) acc. *Gothofredus*, pp. *Mommsen*

14 de nuptiis incestis *N* 15 constantius] constantinus *EB* 4406, const. *LK* et *om. E* constans] *EL*, constantius *B* fenices *K* 4406, phinices *EL*, ponices *B* 16 sororisue fac. *om. B* sororis suae *L* facienda *E*a abhominante *K*, exabominanter *E* uxore *K* in e. ampl. *om. K* amplexu *ELK* ut] et *K* 17 conuolarit *LK* capitali *ELK* sententia *K* tenetur *L*a *subscr. om. E* prid.] III *L*a*K* 18 constantino *BK* 4406 III *om. L*a 4406 constantio *B* II *om. L* 4406 20 subiturum] sub. et spurios esse conuenit qui ex tali coniunctione nascentur 4406, *cf. u.* 25. 28 21 constantius] constantinus *E* sonstans] constant. *N* uolusiano *E* ppo.] *NE*, uic. urb. *M* licitu *N* 22 ueteris crediderint *E* fratres s. d. fratres *N* uxore *N* licitum *om. N* 23 contraherit *N* sororem *N* coniugio *NE* abstineat *E* 24 extiment *E*a 25 spuriūs *E*a, superius *N* romae ambitione *E* 32 idque] *Iust.* (*M*), idemque *Iust.* (*P*), ideoque *Iust.* (*C*)



2b IDEM AAA. CYNEGIO PP. *Fratris uxorem ducendi uel duabus sororibus coniungendi penitus licentiam submouemus nec dissoluto quocumque modo coniugio.* D. . . . K. DEC. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

3 [1]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PPO. Manente circa eos sententia, qui
post latam dudum legem quoquomodo absoluti sunt aut puniti, si quis incestis posthac con-
sobrinae suae uel sororis aut fratris filiae uxorisue eius postremo, cuius uetitum damnatumque
coniugium est[2]), sese nubtiis funestarit, designato quidem lege[3]) supplicio, hoc est ignium et
proscriptionis, careat[4]), proprias etiam[5]), quamdiu uixerit, teneat facultates: sed neque uxorem
1 neque filios ex ea editos habere credatur. Nihil prorsus praedictis ne per interpositam quidem
2 personam uel donet superstes uel mortuus derelinquat. Dos, si qua forte sollemniter aut
3 data aut dicta[6]) aut promissa fuerit, iuxta ius antiquum fisci nostri commodis cedat. Testa-
mento suo extraneis nihil derelinquat, sed siue testato siue intestato legibus ei et iure succe-
dant, si qui forte ex iusto et legitimo matrimonio editi fuerint, hoc est de descendentibus
filius filia nepos neptis pronepos proneptis, de ascendentibus pater mater auus auia, de latere
4 frater soror patruus amita. Testandi sane ita demum habeat facultatem, ut his tantum per-
sonis pro iuris ac legum quod uoluerit arbitrio relinquat, quas succedere imperialis praecepti
tenore mandauimus: ita tamen, ut hereditate defuncti penitus arceatur, si quis ex his quos
memorauimus in contrahendis incestis nubtiis participatum atque[7]) consilium inisse monstra-
5 bitur, successuro in locum illius, qui post eum gradum proximus inuenitur. Id sane, quod[8])
de uiris cauimus, etiam de feminis, quae praedictorum sese consortiis commacularint, custo-
6 7 diatur. Memoratis uero personis non exstantibus fisco locus pateat. [9]) Ad cuius legis nexum
et condicionem pertinere iubemus, si qui forte iam dudum, hoc est ante promulgationem
huiusce legis, inlicitis memoratarum nubtiarum sceleribus commaculati quoquo modo latere potue-
runt. DAT. VII ID. DECEMB. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.[10]) a. 396

INTERPRETATIO. Post prioris legis sententiam, quae de talibus personis lata est, id praecipit obseruari, ut districtione legis, supplicio et proscriptione liberi, quisque ille aut sororis aut fratris filiam aut tertii gradus consobrinam aut certe ulterioris gradus consobrinam aut certe fratris uxorem sceleratis sibi nubtiis iunxerit, huic poenae subiaceat, ut de tali consortio separetur, atque etiam si filios habuerint, non habeantur heredes. Sed infamia sint notatae utraeque personae, ita ut possidere tantum proprias facultates principis beneficio uideantur, ceterum nullum praesumant subire contractum. Donandi atque testandi facultate submota: sed nec ipsis feminis, quas taliter sortiti sunt, aliquid conferant, et si etiam aliquid tempore nubtiarum sibi dederint, reuocetur ad fiscum: aut etiamsi filios habuerint, non per subpositam aut per aliam personam aut per commenticiam donationem ad illos quidquam ex eorum facultate perueniat, sed ipsis mortuis ad legitimos heredes, quoscumque gradus

*Br.* (*NME*): *c.* 2b *supplet Iust.* 5, 5, 4. 5

1) *Iust.* 5, 5, 6 2) manente . . est] si quis incesti uetitique coniugii *Iust.* 3) *cf. ad* 3, 9, 1 § 1 4) designato . . . careat *om. Iust.* 5) etiam *om. Iust.* 6) aut dicta *om. Iust.* 7) participatum atque *om. Iust.* 8) ea sane quae *Iust.* 9) § 7 *om. Iust.* 10) *Eutychianus anno 397 demum Caesario in praefectura uidetur successisse* (*Mommsen*)

2 d. ro. K. *Iust.* (*P*), d. p. lx. *Iust.* (*D*) 3 abundantio] *scripsi*, abiratio *Iust.* (*P*), *om. Iust.* (*D*): *cum Cynegius ppo. fuerit a.* 384 —388, *possis etiam de a.* 388 *cogitare* 4 euticiano *libri* manenti *N* sentia *N* qui . . . 5 incestis *om. M* 5 paeniti *N*, poniti sunt *E* 6 uxoris uel *M*, uxoris suae *N* uetitum] uel tantum *NM* damnosque *M* 7 sese] si se *N* funestaret *N*, funestari *E*, funestauerit *Iust.*? designatum *E* legis *E* 8 proscriptiones *N* uxore *N* 9 nihil] ut nihil *M* praedictis] pr. nepotibus *E* ne] nec *E Iust.* 10 superstis *M*, superstitis *N*, suprestitis *E* mortuos *E* dos] duos *N* 11 data] donata *E* quomodis *N* 12 relinquat *NE Iust.* testato] testamento *E* 13 si que *N*, siquis *E*, qui si *M* edicti *N* 14 filios *NE* filia] familia E proneptes *N* 16 praecepit *N* 17 hereditate] *Iust.* (*P*a) hereditatem *NME*, ab hereditate *Iust.* (*reliqui*) defuncti] *NE Iust.*, diem functi *M* 18 memorabimus *N* inisse] E *Iust.*, in his se *N*, in his *M* 19 loco E gradu *N* id] is *M* 20 cauemus E, causemus *N* consortis *N*a commaculauerint E custodiantur *Iust.* 21 minoratis *N* 22 quis E hoc est] *NE*, *om. M* 23 memoratorum *E*a sceleribus] in sc. *M*, celebremus *N* 24 VII] *NE*, V *M* id.] K. *NE* constantinopoli *om. N* 27 ulterioris] *L*, *om. NME* 28 certe fratris] priuignam *E*t, fratris *E*v 30 utraeque] *dett.*, utrique *N*, uterque *ME* 32 ipsis] *ME*, in ipsis *N*

admittit, usque ad certum originis locum ab intestato ipsi succedunt. Testandi etiam eis in his tantum personis, quibus lege concessum est, permissa potestas, ita ut ex his, quos elegerit, scribat heredes, ita tamen, ut, si qui in tali consortio consensum cum his habuisse docentur, hereditate exclusi aliis in proximo gradu uenientibus locum faciant: nam si desint personae propinquorum, quos lex ad successionem uocat, tunc in eorum facultatibus fiscus accedat.

4 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AVRELIANO II PPO. Tamquam incestum commiserit, habeatur, qui post prioris coniugis amissionem sororem eius in matrimonium proprium crediderit sortiendam; pari ac simili ratione etiam, si qua post interitum mariti in germani eius nubtias crediderit adspirandum: illo sine dubio insecuturo, quod ex hoc contubernio nec filii legitimi habebuntur nec in sacris patris erunt nec paternam ut sui suscipient hereditatem. DAT. XVII KAL. IANVAR. CONSTANTINOPOLI DD. NN. HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

INTERPRETATIO. Quaecumque mulier sororis suae maritum post illius mortem acceperit, uel si quis ex uiris mortua uxore sororem eius aliis nubtiis sibi coniunxerit, nouerint tali consortio se esse notabiles, et filii, qui exinde fuerint procreati, et successione excluduntur nec inter filios habebuntur.

## XIII DE DOTIBVS [1]

1 [2]) IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD PHILIPPVM PPO. De moribus actio ultra personam extendi non potest nec in heredem dabitur nec tribuetur heredi. DATA XII KAL. OCTOB. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS. a. 349

INTERPRETATIO. Si de moribus uxorem maritus accuset, hoc est in maleficio, in adulterio similibus aliisque criminibus, si mortua uxor fuerit, heredes eius accusari non possunt, quia crimina cum auctore deficiunt: tamen et si maritus mortuus fuerit, qui accusabat uxorem, ab herede mariti mulier non potest accusari.

2 IMP. IVLIANVS A. AD MAMERTINVM PPO. In dote reddenda et retentiones ex iure uenientes et pacta, quae legibus consentanea esse monstrantur, placet etiam ex huius sanctionis auctoritate intemerata inuiolataque seruari. DAT. IIII KAL. MART. IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS. a. 363

INTERPRETATIO. Pacta inter maritum et uxorem, quae de dote inita sunt et cum lege concordant, haec lex sicut reliquas pactiones ualere praecepit. De retentionibus uero, quia hoc lex ista non euidenter ostendit, in iure, hoc est in Pauli sententiis sub titulo de dotibus requirendum aut certe in Pauli responsis sub titulo de re uxoria.

3 [3]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MARINIANO PPO. Post alia: Si constante matrimonio maritus fatali fuerit sorte consumptus, dos, quae data dicitur uel promissa ex eius uxoris facultatibus, ad feminam [4]) reuertatur nihilque sibi ex hoc defuncti heres audeat uindi-
1 care, quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. Et si fortasse [5]) constante matrimonio a marito uxori dos [6]) refusa est, quod legibus stare non potest, quia donationis instar perspicitur obtinere, eadem uxore defuncta marito ab eius heredibus cum fructibus ex die refusae dotis restituatur, ita ut proprietas eiusdem a liberis ex eadem susceptis alienari [7]) a marito

*Br.* (*NME*)

[1]) *cf. Iust.* 5, 12 [2]) *iunge* 8, 13, 2. 1 [3]) *pr.* = *Iust.* 5, 18, 11: § 1 = *Iust.* 5, 19, 1: *iunge* 3, 5, 12. 3, 8, 2a (*Iust.* 5, 9, 4) [4]) eam *Iust.* [5]) et si fortasse] si *Th.* [6]) sine causa legitima *ins. Iust.* [7]) contra leges *ins. Iust.*

2 elegerit] *NE*, elegerint *M* 6 aurelianum *N*, aurelio *E* II ppo.] *M*, ppo. II *E*, ppo. *N* 7 priores *N* 8 sortiendum *M* 9 illos *E* insecutor *N* 10 habeantur *E* suscipiant *E* 11 XVII] VII *N* ianuar.] *M*, iun. *C*, iul. *NE* constantinopoli . . . honorio] constantino *M* 18 constantius] constant. *M*, constantinus *NE* plippo *N* 19 persona *NM* in *om. E* dabitur] habetur *M* tribuitur *E* 20 liminio *E*, leminio *N* catulino *NME* 25 retentionis *N* uenientibus *ME* 26 monstrabitur *N* sanctiones *NE* 27 IIII] XIIII *E* psallustio *M* 33 marriano *E*, ad marinianum *N* post alia *om. M* constantem *E* 34 sorte] consorte *N* dicetur *E* 35 femina *N* heris *E*, heredes *N* audiat *N* 37 a *om. M?* (*non M**) praespicitur *ME* 38 uxorem *N* marito *post* 39 dotis *Iust.* 39 dotes *E* a *om. Iust.*, a l. ex eadem *om. N* alienare *N* a] *E Iust.*, *om. NM*



non possit. ET CETERA DAT. III NON. NOVEMB. RAV(ENNA) HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

INTERPRETATIO. Si contigerit, ut maritus uxore superstite moriatur, quaecumque a muliere marito in dotem data fuerant, ad suum dominium feminae reuocabunt, nec heredes defuncti mariti hoc uindicare praesumant. Nam si maritus dum aduiueret, hoc ipsum, quod a muliere in dote perceperat, fortasse refuderit, quia similitudo donationis est refusio, nullam obtinet firmitatem. Si mortua fuerit mulier, non poterunt hoc eius heredes sibimet uindicare, sed marito etiam cum fructibus hoc iubetur debere restitui: sic tamen, ut, si erunt filii, non sibi hoc, dum aduixerit pater eorum, quasi ex bonis maternis uindicent, nec pater aliquid aliud nisi usumfructum exinde habere debebit, nec transferendi in aliam personam habebit liberam potestatem, sed omnia post eius obitum ad communes filios reuertantur.

4 [1]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HIERIO PPO. POST ALIA: Ad exactionem dotis, quam semel praestari placuit, qualiacumque sufficere uerba censemus [2]), etiamsi dictio uel [3]) stipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit subsecuta. ET CETERA. DAT. X KAL. MART. CONSTANTINOPOLI FELICE ET TAVRO CONSS. a. 428

INTERPRETATIO. Ad inplendam uel exigendam dotem, hoc est, quae a muliere tempore nubtiarum uiro datur, etiamsi desit stipulatio promittentis et uerba iuridica, dos ualere iubetur.

## XIIII DE NVBTIIS GENTILIVM

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD THEODOSIVM MAG(ISTRVM) EQVITVM. Nulli prouincialium, cuiuscumque ordinis aut loci fuerit, cum barbara sit uxore coniugium, nec ulli gentilium prouincialis femina copuletur. Quod si quae inter prouinciales atque gentiles adfinitates ex huiusmodi nubtiis extiterint, quod in his suspectum uel noxium detegitur, capitaliter expietur. DAT. V KAL. IANVAR. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. (370 *uel* 373)

INTERPRETATIO. Nullus Romanorum barbaram cuiuslibet gentis uxorem habere praesumat neque barbarorum coniugiis mulieres Romanae in matrimonio coniungantur. Quod si fecerint, nouerint se capitali sententia subiacere.

## XV DE FIDEIVSSORIBVS DOTIVM [4])

1a IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. CYNEGIO PPO. *Siue ex iure siue ex consuetudine lex proficiscitur, ut uir uxori fideiussorem seruandae dotis exhibeat, eam iubemus aboleri.* DAT. VIII [5]) NON. SEPT. EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS. a. 381

1 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. MARTINIANO COM. ORIENTIS. Omnium sponsorum uel fideiussorum deinceps in cauenda dotis sponsione promissiones absoluimus. DAT. III ID. NOVEMB. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS. a. 392

INTERPRETATIO. Si quis inplendae dotis causa pro muliere fideiussor accesserit, pro hac fideiussione non teneatur obnoxius.

*Br.* (*NME*): 15, 1a *supplet Iust.* 5, 20, 1

[1]) *Iust.* 5, 11, 6: *de iungendis cf. ad* 2, 3, 1 [2]) siue scripta fuerint siue non *ins. Iust.* [3]) dictio uel *om. Iust.* [4]) *cf. Iust.* 5, 20 [5]) *numerus corruptus*

1 III] V *Iust.* (*Hal.*) rauenna *om. Iust.* (*Hal.*) honorio VIII et th. III *Iust.* (*Hal.*) 2 aaa. *E* 12 pierio *M* aliam *N* 13 dotes *N* semel] semper *N* praestare *M** 14 pullititationem *N* 15 XI *N*, *om. Iust.* filice *N* 18 gentium *N* 19 theudorum *M* 20 cuiusque *N* sit *om. N* ullum *N* 21 prouinciali feminae *M* quod si] nisi *M* intra *E* adfinitatis *E* 22 nuptias *N* suspectum] *E*v, susceptum *NME*t 23 iun. *E* ualentiniano] ualent. *M*, *om. N* aa. *om. E* 31 martiano *N* oriente *N* 32 in *om. N* dotes *N* promissionis *NME* absoluemus *N* 33 a. *om. M*

## XVI DE REPVDIIS [1])

1 [2]) IMP. CONSTANTINVS A. AD ABLAVIVM PPO. Placet mulieri non licere propter suas prauas cupiditates marito repudium mittere exquisita causa, uelut ebrioso aut aleatori aut mulierculario, nec uero maritis per quascumque occasiones uxores suas dimittere, sed in repudio mittendo a femina haec sola crimina inquiri, si homicidam uel medicamentarium uel sepulchrorum dissolutorem maritum suum esse probauerit, ut ita demum laudata omnem suam dotem recipiat. Nam si praeter haec tria crimina repudium marito miserit, oportet eam usque ad acuculam capitis in domo mariti deponere et pro tam magna sui confidentia in insulam deportari. In masculis etiam, si repudium mittant, haec tria crimina inquiri conueniet, si moecham uel medicamentariam uel conciliatricem repudiare uoluerint. Nam si ab his criminibus liberam eiecerit, omnem dotem restituere debet et aliam non ducere. Quod si fecerit, priori coniugi facultas dabitur domum eius inuadere et omnem dotem posterioris uxoris ad semet ipsam transferre pro iniuria sibi inlata. DAT. . . . . . . BASSO ET ABLAVIO CONSS. a. 331

INTERPRETATIO. Certis rebus et probatis causis inter uxorem et maritum repudiandi locus patet; nam leui obiectione matrimonium soluere prohibentur. Quod si forte mulier dicat maritum suum aut ebriosum aut luxuriae deditum, non propterea repudiandus est, nisi forte eum aut homicidam aut maleficum aut sepulchri uiolatorem esse docuerit, quibus criminibus conuictus sine culpa mulieris merito uidetur excludi et mulier recepta dote discedit: nam si haec crimina mulier non potuerit adprobare, hac poena multatur, ut et dotem, quam dederat uel pro ipsa data fuerat, et donationem, quam percepit, amittat atque etiam exilii relegatione teneatur. Quod si a uiro mulier repellatur, nec ipse, nisi certis criminibus ream docuerit, pro leui, ut solet, iurgio repudiare non permittitur, nisi fortasse adulteram aut maleficam aut conciliatricem eam probare sufficiat. Quod si docere non potuerit, dotem mulieri restituat et aliam ducere non praesumat uxorem. Quod si forte temptauerit, habebit mulier facultatem, quae innocens eiecta est, domum mariti sui atque eius substantiam sibimet uindicare. Quod dinoscitur ordinatum, ut etiam secundae uxoris dotem repudiata iniuste mulier iubeatur adquirere.

1a. IDEM AD DALMATIVM. *Vxor, quae in militiam profecto marito post interuentum annorum quattuor nullum sospitatis eius potuit habere indicium atque ideo de nuptiis alterius cogitauit nec tamen ante nupsit, quam libello ducem super hoc suo uoto conuenit, non uidetur nuptias inisse furtiuas nec dotis amissionem sustinere nec capitali poenae esse obnoxia, quae post tam magni temporis iugitatem non temere nec clanculo, sed publice contestatione deposita*
1 *nupsisse firmatur. Ideoque obseruandum est, ut, si adulterii suspicio nulla sit nec coniunctio furtiua detegitur, nullum periculum ab his quorum coniugio erant copulatae uereantur, cum, si conscientia maritalis tori furtim esset uiolata, disciplinae ratio poenam congruam flagitaret.* D. . . . . . . NAISSO FELICIANO ET TITIANO CONSS. a. 337

2 [3]) IMPP. HONORIVS THEODOSIVS ET CONSTANTIVS AAA. PALLADIO PPO. Mulier, quae repudii a se dati oblatione discesserit, si nullas probauerit diuortii sui causas, abolitis donationibus, quas sponsa perceperat, etiam dote priuetur, deportationis addicenda suppliciis: cui non solum secundi uiri copulam, uerum etiam postliminii ius negamus. Sin uero morum uitia ac mediocres culpas mulier matrimonio reluctata conuicerit, perditura dotem uiro donationem

*Br.* (*NME*): *c.* 1a *supplet Iust.* 5, 17, 7

1) *Iust.* 5, 17 2) *cf. Burg.* 21, 2. 3 *lex Germ. Burg.* 34, 3. 4 *Ed. Theod.* 54 3) *pr. in Iust.* 9, 9, 34 *sic contractum extat:* Si mulier repudii oblatione sine ulla legitima causa a se dati discesserit, ne uiduitatem — deferimus, *reliqua omissa sunt*

2 impp. *N* abliuium *uel* abluium *N* 3 paruas *N* adolatori $NE^t$ 4 per q. occ. *om. M* dimitterint *N* 5 crima $E^a$ 6 laudata omnem] laudationem $E^a$ 7 marito repudium *E* 8 insula *N* 9 depotari $E^a$, deputari *N* 10 uoluerit *N* 12 priore coniugii *N* posteriores uxores *N* 13 iniuriam *N* dat basso *sic* (*uacuo spatio relicto*) *M*, data basso *NE*, dat. III non. mai. basso *L*, dat. III K. iun. *Paris.* 4405 28 delmatium *Iust.* (*S*), malmatium *Iust.* (*RM*), almachium *Iust.* (*C*) 31 poenae] *Iust.* (*R*), pena *Iust.* (*CM*) 37 theod.] et th. *NE* constant. *M*, constantin. *N*, ualentinianus *E* 38 nullus *ME* 39 dotem *N* deportationes addicendam ad suppl. *N* 40 secundo *N* postluminii *N* 41 ac] *N*, in *M*, aut *E* mediocris c. mulieris *N* perdituram *N*, periura *M* uiro] *B*, uero *NME*



refundat, nullius umquam penitus socianda coniugio: quae ne uiduitatem stupri procacitate
1 commaculet, accusationem repudiato marito iure deferimus. Restat, ut, si graues causas atque inuolutam magnis criminibus conscientiam probauerit, quae recedit, dotis suae compos sponsalem quoque obtineat largitatem atque a repudii die post quinquennium nubendi recipiat potestatem; tunc enim uidebitur sui magis uiri id exsecratione quam alieni adpetitione fecisse.
2 (1) Sane si diuortium prior maritus obiecerit ac mulieri graue crimen intulerit, persequatur legibus accusatam impetrataque uindicta et dote potiatur et suam recipiat largitatem et ducendi mox
3 alteram liberum sortiatur arbitrium. Si uero morum est culpa, non criminum, donationem
4 recipiat, dotem relinquat, aliam post biennium ducturus uxorem. Quod si matrimonium solo maluerit separare dissensu nullisque uitiis peccatisque grauetur exclusa, et donationem uir perdat et dotem, ac perpetuo caelibatu insolentis diuortii poenam de solitudinis maerore sus-
5 (2) tineat, mulieri post anni metas nubtiarum potestate concessa. Super retentionibus autem dotium propter liberos iuris antiqui praecipimus cauta seruari. DAT. VI ID. MART. RAV(ENNA) EVSTATHIO ET AGRICOLA CONSS. a. 421

INTERPRETATIO. Si mulier prior repudium marito intulerit et statutas lege non docuerit causas, amittat sponsaliciam largitatem nec repetat, quod marito in dotem dedit atque insuper exilio relegata nec nubendi locum habeat nec ad propria reuertendi. Nam si leues culpas edocuerit, quibus diuortium uideatur adpetere, et dotem careat et donationem refundat neque alteri uiro nubendi habeat potestatem. Si uero postea maritum dimittens adulterio se forte miscuerit, maritus etiam post repudium habeat licentiam persequendi. Quod si mulier, quae discedit, in uirum grauia crimina et certa probauerit, et dotem reuocabit et quod ei maritus in sponsalicia largitate contulerat, uindicabit et post quinquennium nubendi habebit liberam facultatem. Nam si maritus repudium prior intulerit, probatis causis uindicta percepta expulsae uxoris dotem uindicet donationemque recipiat et continuo, si uoluerit, aliam ducat uxorem: nam si crimina certa non fuerint, sed, ut solet fieri, femina morum leuitate displiceat, maritus donationem suam reuocet et illi quidquid ab ea perceperat mox refundat et post biennium aliam ducat uxorem. Quod si nec morum culpa docebitur et sola est dissensio animorum, mulier, quae innocens expulsa est a marito, et donationem a uiro factam sibi uindicet et suam dotem reuocet; ille uero in perpetuo solitarius permanebit nec praesumat alterius mulieris coniugio sociari: mulier uero post annum ad aliud coniugium, si uoluerit, transire permittitur. Propter communes uero liberos, si fuerint, ea praecipit obseruari, quae in iure de retentionibus statuta sunt pro numero filiorum, quod Paulus in libro responsorum dicit sub titulo de re uxoria.

## [XVI A DE CONCVBINIS]

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. *Nemini licentia concedatur constante matrimonio concubinam penes se habere.* PP. XVIII K. IVL. CAESAREAE CONSTANTINO A. VII ET C. CONSS. a. 326

## XVII DE TVTORIBVS ET CVRATORIBVS CREANDIS

1 [1]) IMP. CONSTANTINVS A. ET AD BASSVM PV. In uniuersis litibus placet non prius puberem iustam habere personam, nisi interposito decreto aut administrandi patrimonii gratia

*Br.* (*NME*): titulum 17 *A supplet Iust.* 5, 26

1) *Iust.* 5, 34, 11

1 sociam de coni. *M* nec uiduitate st. procacitatem *N* 2 praestat *NE* 3 inuiolatam *N* magni *N* dotes *NE* compos] hanc post *E* 4 a *om. E* 5 id] id est *NE* execrationem *N* apellatione *E* fecissent *NE* 6 ac] aut *M* muliere *N* 7 accusata *N* uindictam et dotem *NE* 8 altera *E*, alteram qui $M^2$ $M^*$ 9 dotem] et d. *E* uxore *N* matrimonio *N* solo] se *N* 10 dissensum *N* 11 celebrato insolentes *N* poena *M* 13 praecepimus *N* VII id. *E*, XII kal. *Iust.* (*Hal.*), id. *N* rau. *om. Iust.* 14 eustathio] *B*, eustasio *NME* acricola *N* 39 c.] constantius c. *Iust.* (*VCR*) pu.] *Iust.*, ppo. *M*, ppm. *E*, pm. *N* 40 iustum *E* gratiam *E*

aut ad litem fuerit curator datus, ut iuxta praecedentia nostrae prouisionis [1]) statuta [2]) legitime initiatae litis agitata in iudiciis controuersia finiatur. DAT. IIII ID. OCTOB. [3]) AQVILEIA CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

INTERPRETATIO. Si pupillis actio inferatur, quamuis adulti uideantur, ad litem uenire non possunt, nisi forte aetas eorum curiae testificatione firmetur aut certe prouisus curator patrimonium pupilli uel negotium tueatur.

2 IDEM A. ET C. AD POPVLVM. In feminis tutelam legitimam consanguineus patruus non recuset. DAT. PRID. KALEND. IANVAR. IPSO A. VII ET C. CONSS. a. 326

Haec lex expositione non eget.

3 [4]) IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. PROCVLO PV. Inlustris p(rae)-
f(ectus) urb(i) adhibitis decem uiris e numero senatus amplissimi et praetore clarissimo uiro,
qui tutelaribus cognitionibus praesidet, tutores curatoresue ex quolibet ordine idoneos faciat
1 retentari. Et sane id libero iudicio expert*es*que damni constituent iudicantes. Et si regendis
pupillaribus censibus [5]) singuli creandorum pares esse non possunt, plures ad hoc secundum
leges ueteres conueniet aduocari, ut, quem coetus ille administrandis negotiis pupillorum
2 dignissimum iudicarit, sola sententia obtineat praefecturae [6]). Itaque hoc modo remoti a metu
qui consilio adfuerint permanebunt et paruulis adultisque [7]) iusta defensio sub hac prudentium
3 (1) deliberatione proueniet. Quod tamen circa eorum personas censuisse nos palam est, quibus
neque testamentarii defensores neque legitimi uita aetate facultatibus subpetunt. Nam ubi
forte huiuscemodi homines offeruntur, si nihil ad defensionem sui priuilegiis conparabunt, ut
4 (2) teneri possint, iure praescribimus. Ceterum alia, quae in causis minorum antiquis legibus
cauta sunt, manere intemerata decernimus. DAT. VI KAL. IANVAR. MEDIOL(ANO) TIMASIO ET
PROMOTO CONSS. a. 389

INTERPRETATIO. Quotiens de pupillorum tutela tractatur, debent primi patriae cum iudice secundum aetates minorum aut tutorem aut curatorem eligere, ut ille, qui susceperit tutelam tali electione, possit esse securus. Quae tamen electio circa eas personas obseruabitur, quae nec testamento decretae sunt nec propinquitate ad id officium adducuntur. De aliis sane minorum commodis legum priorum statuta praec*i*pit obseruari.

4 [8]) IDEM AAA. TATIANO PPO. Matres, quae amissis uiris tutelam administrandorum nego-
tiorum in liberos postulant, priusquam confirmatio officii talis in eas iure ueniat, fateantur
1 actis [9]) ad alias se nubtias non uenire. Sane in optione huiuscemodi nulla cogitur, sed libera
in condiciones quas praestituimus uoluntate descendat; nam si malunt alia optare matrimonia,
2 tutelas filiorum administrare non debent. Sed ne sit facilis in eas post tutelam iure susceptam
inruptio, bona eius primitus, qui tutelam gerentis affectauerit nubtias, in obligationem uenire

*Br.* (*NME*)

[1]) pietatis *Iust.* [2]) 2, 4, 1 [3]) *inde a k. Sept. a.* 319 *Maximus pu. fuit* [4]) *Iust.* 5, 33, 1 [5]) substantiis *Iust.* [6]) super cuius nomine sollemnitate seruata postea per praetorem interponatur decretum *ins. Iust.* [7]) clarissimis *ins. Iust.* [8]) *Iust.* 5, 35, 2 [9]) sacramento praestito *ins. Iust.*

1 ad] in *Iust.* ut] aut *M* praecedentiae n. p. statutae *N* 2 initiatae] *E Iust.*, initiatur *M*, enitiae *N* lectis *N* agitata i. i. controuersia (controuersiae *E*) finiatur (finiantur *NE*)] *NE Iust.*, agitatae i. i. controuersiae finiantur *M* aquileia] *NE*, aquil. *M* 3 v et lic. c.] et lic. *Iust.* (*Hal.*) 7 consanguineus] et sanguineos *M* patruos *M*, pater *E* 8 VII] V *N* c.] cesar *E* 10 pu.] ppo. *NE Iust.* inlustris p. u.] u. iul. praef. praet. *E* 11 numerus *N* amplissimo *N* uero *N* 12 praesidii *N* idoneus *E* 13 expertesque] *O Iust.*, expertis quae (—que *E*) *NE*, ex litis quae *M* 14 puellaribus *M* singulis *NM* patres *N* adhuo *N* 15 ueteris *E* conueniat *N* que *N* 16 iudicaret *NE*, iudicauit *O Iust.* a metu qui] a metumque *N*, ametur qui *E* 17 consilium *E* adfuerunt *N* paruolis *M**, parabolis (—ulis *E*[b]) *E* 18 perueniet *Iust.* 19 neque test.] test. *E* legitimae *E* uitae *N*, uiuita *M* 20 suis *M Iust.*, sub *E* 21 perscribemus *N* 22 decernemus *N* VI] III *Iust.* (V) timacio *E* 28 praecepit *NME* 29 aaa.] a. *M* ppo.] praef. *M* matribus *M* 30 tales *N* ueniant *N* 31 obiectione *E* 32 praestitimus *N*[a] discendant *N* 33 ne *om. M* faciles *N* suscepta *N*, susceptum *E*[a] 34 inruptio *om. E* gerentes *N* oblegatione *E*



et teneri obnoxia rationibus paruulorum praecipimus, ne quid incuria, ne quid fraude depereat.
3 His illud adiungimus, ut mulier, si aetate maior est, tum demum petendae tutelae ius habeat,
cum tutor [1]) legitimus defuerit uel priuilegio a tutela excusetur uel suspecti genere submo-
ueatur uel ne suis quidem per animi aut corporis ualetudinem administrandis facultatibus
4 idoneus inueniatur. Quod si feminae tutelas refugerint et praeoptauerint nubtias neque quis-
quam legitimus ad pares possit causas uocari [2]), tum demum uir inlustris praefectus urb*i* ad-
scito praetore, qui inpertiendis tutoribus praesidet, siue iudices, qui in prouinciis iura resti-
tuunt, de alio ordine per inquisitionem dari minoribus defensores iubebunt. DAT. XII KALEND.
FEBR. MEDIOL(ANO) VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS. a. 390

INTERPRETATIO. Mulieres mortuis maritis, si ipsae uoluerint tutelam suscipere filiorum, priusquam hoc adsumant, actis profiteantur se non esse nubturas. Sed hoc ipsum non extorquendum est, sed si maluerint, hoc uoluntate propria fateantur: nam si ad alias nubtias migrare uoluerint, tutelam filiorum administrare non possunt. Sciant hoc etiam uiri, qui sibi iungendas matres postulant paruulorum, quod, si mulieres tutelam administrare coeperint filiorum et postea nubserint, ille, qui in consortio recipitur maritale, bona sua nouerit obligata et se ad rationem reddendam minoribus obnoxium esse futurum. Additur etiam illud, quod mulier, nisi maior aetate fuerit, tutelam suscipere prohibetur. De his uero, qui cum lege ueniunt ad tutelam, si quis ex his uidebitur aut deceptus facultatibus aut moribus uilis, admitti non poterit, ne minorum bona depereant: sed illi accedant in tutelam, qui integritate mentis et certa propinquitate iunguntur. Nam si defuerint personae quas diximus et mater tutelam suscipere noluerit, tunc, sicut prius constitutum est, electio iudicis uel prouincialium tutores minoribus deputabunt.

5 IDEM AAA. AVRELIO [3]) PV. *Generali lege prospectum est, ne qui ad illustrium senatorum tutelam curialibus occupati necessitatibus uocarentur.* DAT. VIII K. AVG. THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

6 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MONAXIO PV. *Ne magistratuum ulterius procedat licentia, plenius designamus, ne patrimonialem colonum siue alium, qui priuilegio ab hac nuncupatione defenditur, tutelae muneris adstringat officium.* D. . . . . . . . . . HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

## XVIII QVI PETANT [4])

1 IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS C. HAVE ORFITE KARISSIME NOBIS. Auos quoque et auias tutoris necessitas postulandi teneat obligatos, si nepotibus pupillaris aetatis testamentaria uel legitima tutela defuerit. Nam si tutor forte petitus non fuerit, secundum ea, quae priscis legibus statuta sunt, emolumentum successionis amittant, ad quos poterat hereditas peruenire. DAT. ID. IVL. CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO C. II CONSS. a. 357

INTERPRETATIO. Si auus paternus defuerit, auos matern*o*s etiam atque auias tam paternas quam maternas iubet ad tutores paruulorum petendos legis praeceptione constringi, si tamen testamentarii uel legitimi deesse probantur. Quod si nepotibus paruulis tutores prouidere despexerint, iubet eos huiusmodi dispendio subiacere, ut, si forte cesserit luctuosa

*Br.* (*NME*): 17, 5 *supplet Iust.* 5, 33, 2: 17, 6 *Iust.* 5, 34, 13

[1]) testamentarius uel *ins. Iust.* [2]) neque . . . uocari *om. Iust.* [3]) Aureliano *scr.* [4]) *Iust.* 5, 31

1 obnoxiam *E* praecepimus *NE* incuriose *Iust.* ne quid fr.] neque fr. *N*, ne quid in fr. *E* 2 adiunximus *N* aetatem *E* maior est tum (tunc *Iust.*, et *M*)] maiore statum *E* 3 cum tutor] contutor *N* generis *E* submoueantur *N* 4 per] aut *M* aut] uel *E* ualitudine *N* 5 si *om. E* refugerent *N* 6 ad paris *E*, appares *NM* tunc *NE* praefectus *om. E* urbis *NME Iust.* abscito *N* 7 in perficiendis t. praesedit *N* restituant *E* 8 inquisitione *M* 9 neuterio *NME* 31 constant. *M*, constantinus *N*, cons. E a. *om.* E habe *NME* orpite *N* kar. n.] *M*, karissime nbb. (nb. *E*[b]) *E*, kl. noueb. *N* auus *E*[a], abus *N* 32 tutores *E*, tutelae *M* obligatus *N* aetates *N* tes testamentaria *E* 33 forte *om. N* petitus] potius *N* 34 instituta *NE* emolumento *E* emittent *E* 35 id.] kl. *N* constantino *N* c. II *om. N*

hereditas, de successione minorum, quibus tutores aut non petierint aut noluerint prouidere, habeantur extranei.

2 [1]) . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [2])

## XXX (*Br.* XVIIII) DE ADMINISTRATIONE ET PERICVLO TVTORVM ET CVRATORVM[3])

1 [4])IMP. CONSTANTINVS A. Pro officio administrationis tutoris uel curatoris bona, si debitores existant, tamquam pigneris titulo obligata minores sibimet uindicare minime prohibentur[5]). DAT. VII KAL. APRIL. TREVERIS VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS. a. 314

INTERPRETATIO. Quicumque tutor siue curator neglegentia administrationis suae debitor minoribus conprobatur, nouerit facultates suas ita obligatas, ut, si non satisfecerit, ratione deducta bona sua a minoribus loco pigneris teneantur.

2 [6])IDEM A. AD MAXIMVM PV. POST ALIA: Minorum[7]) defensores, si per eos donationum condicio neglecta est, rei amissae periculum praestent. ET CETERA. DAT. III KAL. FEB. ROM(AE) SABINO ET RVFINO CONSS.[8]) a. 316?

INTERPRETATIO. Si in his, quae minoribus donari possunt, per tutoris neglegentiam siue conludium donationis sollemnitas uel condicio inpleta non fuerit, id, quod minori deperierit, de proprio cogitur exsoluere.

3 [9])IDEM A. AD POPVLVM. *Lex, quae tutores curatoresque necessitate adstrinxit, ut aurum argentum gemmas uestes ceteraque mobilia pretiosa, urbana etiam mancipia, domos balnea horrea atque omnia intra ciuitates, uenderent omniaque ad nummos redigerent praeter*
1 *praedia et mancipia rustica, multum minorum utilitati aduersa est. Praecipimus itaque, ut haec omnia nulli tutorum curatorumue liceat uendere, nisi hac forte necessitate et lege, qua rusticum praedium atque mancipium uendere uel pignorare uel in dotem dare in praeteritum licebat, scilicet per inquisitionem iudicis, probationem causae, interpositionem decreti, ut fraudi*
2 *locus non sit. Ante omnia igitur urbana mancipia, quae totius supellectilis notitiam gerunt, semper in hereditate et in domo retineant: nam boni serui fraudem fieri, prohibebunt, mali,*

*Br.* (*NME*) *om. c.* 3: *c.* 3 *usque ad* 121, 23 poterit *ex Iust. suppleta est*

[1]) *Nòu. Theod.* 11) *abrograuit constitutionem, cuius argumentum sic refert:* matres pupillis uel minoribus defensionem legitimam non petentes uel relictarum rerum inuentarium non facientes mori praecepit intestatas. *quam constitutionem huius Codicis fuisse testatur Interpretatis Nouellae his uerbis:* lex ista liberat matres a poena illa, quae fuerat in Theodosiani codicis corpore constituta, ut: lex ista liberat matres a poena illa, quae fuerat in Theodosiani Codicis corpore constituta, ut si non prouidissent filiis tutores uel rerum inuentarium non fecissent, faciendi de rebus suis testamenta uel donandi cui uoluissent non haberent liberam potestatem et insuper notarentur infamia. *Ad hanc Interpretationem uidetur efficta isse constitutio, quam hoc loco inserit L:* Idem A. Si mater defensorem legitimum filiis (filii is *L*[a]) non poposcit, uel tutor pupillis inuentarium (inuenta in eo *L*) rerum propria auaritia (auari *L*[a]) uel temeritate (—tem *L*) non conscripserit, ita plectantur infamia (infamiae *L*), ut nec testandi nec donandi habeant (habant *L*[a]) libertatem. Dat. pd. kl. Apl. Mosto conss. Expositione non eget (egit *L*). *Cf. Hauboldi Opuscula II* 918 *Mommsen Iurist. Schriften II* 414 [2]) *titulorum XXVIIII, qui secundum T hunc titulum antecesserunt, Br. XVIII tradit, VI supra ex Iust. restituti sunt* (*IA—IE. IIII A*), *perierunt quinque* [3]) *cf. Iust.* 5, 37. 38 [4]) *Iust.* 5, 37, 20 [5]) idem est et si tutor uel curator quis constitutus res minorum non administrauit *addit Iust.* [6]) = 8, 12, 1 *pr. i. f. Iust.* 5, 37, 21: *plenior traditur in Vat.* 249 [7]) Pupillorum seu minorum *Iust.* [8]) *Maximus pu. fuit a.* 319—323 [9]) *Iust.* 5, 37, 22: *iungenda est* 2, 16, 1: *cf. etiam* 2, 33, 1[a]

7 a.] *Iust.*, a. et c. *Br.*, a. basso proposito *O* tutores *E* curatores *NE* 8 pignoris *NE* 9 treueris] *E*, triu. *M*, trium *N* 13 a. *om. E* pu.] *Iust.*, pfu. *M*, ppo. *N*, ppm. *E* 14 condicio neclecta] *M*[1] *M**, conditione electa *NM*[2], condicio electa *E* admissae *E* pertinent *E*[t] III] VII *M* kal.] non. 8, 12, 1 feb.] 8, 12, 1 *Iust.* (*V Hal.*), nouemb. libri *hoc loco: in Vat. extant mutila haec* pp. [. . . .] conss. in foro diui [. . . .] rom. *M*[1] *M**, roma *E*, romae *N*



2a *si res exegerit, sub quaestione positi, poterunt prodere ueritatem. Atque ita omnia obseruabunt, ut nec inuentaria minuere nec mutare uel subtrahere aliquid tutor ualeat: quod in ueste*
2b *margaritis gemmis et in uasculis ceteraque supellectili necessarium est. Et tolerabilius est, si ita contigerit, seruos mori suis dominis, quam seruire extraneis: quorum fuga potius tutori adscribitur, siue neglegentia dissolutam patiatur esse disciplinam, siue duritia uel inedia atque*
2c *uerberibus eos adficiat. Nec enim dominos execrantur, sed magis diligunt, ita ut haec lex per hoc quoque melior antiqua sit. Tunc enim remota seruorum custodia etiam uita minorum*
3 *saepius prodebatur. Nec uero domum uendere liceat, in qua defecit pater, minor creuit, in qua maiorum imagines aut uidere fixas aut reuulsas non uidere satis est lugubre. Ergo et domus et cetera omnia immobilia in patrimonio minorum permaneant, nullumque aedificii genus, quod integrum hereditas dabit, collapsum tutoris fraude depereat. Sed et si parens uel cuiuscumque heres est minor reliquerit deformatum aedificium, tutor testificatione operis ipsius et multorum fide id reficere cogatur: ita enim annui reditus plus minoribus conferent,*
4 *quam per fraudes pretia deminuta. Serui etiam, qui aliqua sunt arte praediti, operas suas commodo minoris inferent et reliqui, qui in usum minoris domini esse non poterunt, quibus-*
5 *que ars nulla est, partim labore suo, partim alimoniarum taxatione pascantur. Lex enim non solum contra tutores, sed etiam contra feminas immoderatas atque intemperantes prospexit minoribus, quae plerumque nouis maritis non solum res filiorum, sed etiam uitam ad-*
5a *dicunt. Huic accedit, quod ipsius pecuniae, in qua robur omne patrimoniorum ueteres posuerunt, fenerandi usus uix diuturnus, uix continuus et stabilis est: quo facto saepe interci-*
6 *dente pecunia ad nihilum minorum patrimonia deducuntur.* [1]) *Iam ergo uenditio tutoris nulla sit sine interpositione decreti, exceptis his dumtaxat uestibus, quae detritae usu aut corruptae seruando seruari non poterint,* . . . . uel curatore sollicito, ut easdem inspiciat frequenti re-
7 [cogni]tione incolumes[2]). [3])Animalia quoque superuacua minorum [*quin*] ueneant, non uetamus. DAT. ID. MART. SIR(MIO) CONSTANTINO [A. VII E]T CONSTANTIO C. CONSS. a. 326

4 [4])[IDEM A. AD V]NIVERSOS PROVINCIALES. POST ALIA: Minorum defensores, [*hoc es*]t tutores uel curatores, si participes rei quae lite posci[*tur it*]a, ut iussum est, edere detractauerint, eosdemque[5]) contra ue . . . nominauerint, quoniam pupillo nihil uel adulto perire opor[*tet in*] quolibet litis euentu, tantum de proprio pecuniae fisco infe[*rant, q*]uantum aestimatione habita ex tertia parte colligitur. Quod [si *paup*]eres sint, capitis deminutione plectantur et desinant ciues [*esse R*]omani, ita ut ius integrum ipsis minoribus reseruetur. ET CE[*TERA*. *D*]AT. K. AVG.[6]) BASSO ET ABLABIO CONSS. a. 331

5 [7])[IDEM A. FELIC]I. Quoniam per neglegentiam seu proditionem tuto[rum e]t curatorum possessiones iuris enfyteutici uitio in[terce]dente commissi e minorum fortunis auelluntur, pla[cet, ut] tutor curatorue, cuius officio manente possessiones [mino]ris iuris enfyteutici praerogatiuam commissi offen[sa pe]rdiderint, tantum de facultatibus propriis censura in[mine]nte minoribus restituat, quanto rem ualere potuisse [cons]tabit. DAT. XIIII K. MAI. CONSTANTINOPOLI DALMATIO ET ZENOFILO CONSS. a. 333

*T* (*incipit u.* 23 uel curatore): *quae praecedunt ex Iust. suppleta sunt*: *ad c.* 5 *Br.* (*NME*)

[1]) § 6. 7 *sic contraxit Iust.* 5, 72, 4: Et sine interpositione decreti tutores et curatores quarumcumque personarum uestes detritas et superuacua animalia uendere permittimus [2]) uel . . . incolumes *om. Iust.* [3]) § 7 *om. Iust.* 5, 37, 22 [4]) *de iungendis cf. ad* 2, 26, 3 [5]) eosue *expectes* [6]) pp. k. Sept. *ins.* 11, 30, 16. 17. 11, 34, 1 [7]) *Iust.* 5, 37, 23 *contextu mutato*

25 id.] *Iust.* 5, 37, 22. 5, 72, 4 *cum iungenda* 2, 16, 1, III id. *T* sirmio] sir. *T*, *om. Iust.* 26 *supplementa Vesmii sunt* 28 ue . . .] *spatio lacunae conuenit u. g.* uetitum *uel* ueniam, *non* ueritatem (*Wenck*) *uel* uerum (*Vesme*) 29—32 *hiatus expleuit Peyron* euentus *T*[a] aestimationem *T* 31 ut ius] titius *T*[a] 33 filici *N*, felice *E* tutorem et] tute****t *T* 34 iures *E* possessionis *TN* eufyteutici *T*, imphiteutici *N* uetio *N* commissi e] commisse *NE* 35 ut *om. N* cuiusque *T* possessione *T*, possessio *Br.* minores *N* 36 cummisi *T* perdiderit *M* emenente *N* 37 quantum *NE* ualere potuisse] ualuisse *E* XII *Iust.* 38 genofilo *T*

INTERPRETATIO. Si forte cesserit, ut minores possessionem iuris enfyteutici, hoc est, quod ex fisci bonis parentes eorum habere meruerant, sub qualibet praestatione tenuerint et hoc per neglegentiam siue proditionem tutoris aut inminutum fuerit aut certe sublatum, quidquid perierit, a tutore uel curatore esse reddendum.

5a IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO PPO. *Curator adulescenti ordinatus post inchoatam litem non potest sub praetextu specialis curatoris a se nominati aut litem contestatam deserere aut ab administratione se subtrahere.* D. IIII K. OCT. CONSTANTINOPOLI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS. a. 381

6 [IMPP. A]RCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PPO.[1]) Tutores eodem momen[to, qu]o
fuerint ordinati, mox adeant cognitores, ut praesen[tibus pr]imatibus, defensore, officiis etiam
publicis, inuentario [solle]mniter facto omne[2]) aurum argentumque et quidquid [uetu]state tem-
poris non mutatur, si in pupilli substantia rep[peri]atur, iudicum ac senatorum, officiorum etiam
publico[rum] inustum signaculis[3]), in tutissima publicae auctoritate sen[tent]iae sine spe aliqua
usurarum custodia conlocetur[4]), non [priu]s qualibet occasione mutandum, quam adultus
legitimam [ing]ressus aetatem non tam litibus uacare incipiat, quam integro [se m]ox gaudeat
1 patrimonio restitutum. Et quoniam etiam [med]iocris pensanda fortuna est, si cui forte in
hereditate mo[bil]ia tantum, non etiam immobilia relinquantur nec aliqui fundo[rum] reditus
subputentur, ex quibus uel familia pupilli sustentari [uale]at uel pupillus[5]), ex mobilibus aut
praedia idonea conparentur, [aut s]i forte, ut adsolet, idonea non potuerint inueniri, iuxta
antiqui [iuri]s formam usurarum crescat accessio: ut et hic, unde fundorum [redi]tus non spe-
rantur, ex incremento rei mobilis minoris necessitas adiuuetur, et ibi sine periculo tutoris
usurae penitus n[on petan]tur[6]). DAT. VI K. MART. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HO-
NORIO III AA. CONSS. a. 396?

INTERPRETATIO. Mox ad tutelam quis accesserit, adhibitis continuo primatibus ciuitatis uel defensore cum officio suo, suscepta pupilli bona facto rerum conscribat inuentario: et si quid erit in pecunia uel argento uel quae non possunt uetustate perire, praedictorum anulis obsignata reponat et nulla occasione minuatur, neque id pupillo, dum in annis minoribus fuerit, pro litibus aut aliis causis nouerint committendum, sed usque ad perfectam aetatem omni integritate seruetur: in reliquis rebus proficiente diligentia. Nam si minores eius facultates sunt, ut non sit patrimonium illis, et tantummodo substantia in rebus mobilibus inuenitur, sciant tutores sibi esse permissum, ut uendere praesumant mobilia et agros conparare, ut minoribus in ea parte prospiciant; si uero non est eiusmodi substantia, unde praedium conparetur, hanc iubentur habere diligentiam, ut pecunia colligatur, et conpendiis usurarum aut quibuslibet aliis rebus commodum pupillis adquirant; aut si forte tenuitas substantiae erit, exinde salua re pupillis substantia ministretur; et si ita egerint, a tutore pupillus non erit quaesiturus usuram.

## XXXI DE EXCVSATIONE TVTELAE[7])

1 [8]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FLAVIANO PV. POST ALIA: Excusation[em naui]cu-

*T et ad c.* 5. 6 *Br.* (*NME*): *c.* 5a *supplet Iust.* 5, 34, 12

[1]) *Eutychianus non ante a.* 397 *ppo. factus est* [2]) Tutores uel curatores, mox quam fuerint ordinati, sub praesentia publicarum personarum inuentarium rerum omnium et instrumentorum sollemniter facere curabunt *Iust.* [3]) si ... signaculis *om. Iust.* [4]) publicae ... conlocetur] custodia conlocent *Iust.* [5]) 122, 14 non prius ... 18 pupillus] ita tamen ut *Iust.* [6]) ut et ... petantur] quarum exactio ad periculum tutoris pertinet *Iust.* [7]) *cf. Iust.* 5, 62 [8]) *Iust.* 5, 62, 24

9 et *om.* $N^a$ euticiano *ME*, euthutiano *N* quo] quod *NE* 10 audiant *M*, audeant *E* cognitoris *E* ut] eodem momento ut $N^a$? defensoribus *M* officii $T^b$ 11 sollemne *N* 12 pupillis *NE* iudicium *NME* 13 sinaculis $T^a$ tutissimi *N* auctoritatis *E* 14 occansionem *N* mutandum *T*, mutilandum (motelandum *N*) *Br.* 15 aetate *N* se mox] *L*, ***ox *T*, mox *NME* 16 patrimonium $T^a$ mediocres *N* pensandam *E* 17 non etiam immobilia] *TE*, *om. NM* aliqui (—quid *E*) fundorum] alia fecundorum *N* 18 pupilli] pupillis *E* sustentare *E* ualeat *om.* $E^a$ pupillos *NE* 19 poterint *M* inuenire *N* 20 forma *M* crescat] capiat *M* 21 incrementis *Br.* minoris] terris *M* tutores *N* 22 VI] VII *Iust.* (*Hal.*), VIII *Iust.* (*PL*) 23 III] VI *M*, *om. T spatio uacuo relicto* aa. *om. N* 38 pu.] pp. *Iust.*



lariis tutelae siue curae hactenus ipsis tribuimus, ut [*in huius*]modi officiis minoribus sui tantum corporis obligentur. [DAT. III NON.] MART. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

## XXXII DE PRAEDIIS MINORVM SINE DECRETO NON ALIENAND[IS][1])

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD SEVERVM[2]). Minores, qui intra uig[*inti quin*]que annorum
aetatem sunt, praedium uel mancipium rusti[*cum sine*] decreti interpositione alienatum etiam
non petita *in* inte[*grum res*]titutione poterunt uindicare, ita ut, si hac lege proposita ta[*ntum*
*temporis*] ad metas uicesimi et quinti anni supererit, ut coepta lis [*intra*] eiusdem anni finem
1 terminari non possit, in*choata* lis pos[*sit protendi*]. Sed et ii, quos eadem lex exacto uicensimo
et quint[*o anno*] intra uiginti et sex annos deprehenderit, inchoare pe[*titiones*] suas non mo-
rentur, quoniam usque ad uicensimum et [*sextum*] annum ita inchoatae litis tempora conclu-
2 duntur. Q*ui* [*uero*] post hoc tempus agere temptauerit, expellatur, ut iam [*certus*] securusque
possessor sit. DAT. XV K. IAN. SERD(ICAE). PROBIANO ET IV[*LIANO CONSS.*] a. 322

2 [3]) IMPP. . Etsi[4]) minores uel ex patris nomine uel ex [suo, de]bitis dumtaxat fiscalibus ingruentibus, uel ex priuatis co[ntracti]bus repperientur obnoxii, decreti interpositio a Const[antiniano] praetore celebranda est, probatis examussim causis, ut patefacta rerum fide firma uenditio perseueret. haec cu— etiam suspecti tutores sub eius debent examine postul[*ari*, —] quoque actione tribuenda, scilicet ut tunc demum ad exp[*erienti*]am tuam seruatis legibus recurratur, [5]) si, apud utrumque p(raeto)rem dum quaestio uentilatur, ab aliqua parte auxilium [pro]uocationis fuerit obiectum, ut prouocationis merita [*subli*]mis disceptator expendas[6]). DAT.

*T*

[1]) *Iust.* 5, 71 [2]) *fuerit pu.* [3]) *Iust.* 5, 71, 18 [4]) si *Iust.* [5]) *seqq.* = *Iust.* 7, 62, 17 [6]) ut prouocationis .. expendas] praefecturae urbis iudicium sacrum appellator obseruet *Iust.*

1—2 *hiatus libri T ex Iust. suppleui* 4 praediis] **(de ?) aediis $T^a$ 6 *inscriptionem et subscriptionem huius constitutionis Iustiniani ad Iust.* 5, 71, 18 (= *c.* 2 *h. t.*) *transtulerunt, cf. ad u.* 15 7—14 *hiatus libri T fere omnes expleuit Peyron* aetate *T* 8 petita in] petitam *T* praeposita *T* 9 quinti] quinque $T^a$ (*scribere coepit* quinq. an, *mox litteris* q. an *deletis addidit* ti) 9 caepta $T^a$ 10 inchoata lis] *Peyron*, in quatalis *T* 14 serdicae *Iust.* 5, 71, 18 15 *inscriptionem et subscriptionem huius constitutionis mutilas ita, ut in T leguntur, ueram Theodosiani lectionem tradere inde colligitur, quod Iustiniani hiatum tam in Iust.* 5, 71, 18 *quam in Iust.* 7, 62, 17 *ex c.* 1 *huius tituli expleuerunt, ut tamen in* 7, 62, 17 *propter argumentum ab ipsis mutatum Iulianum pu. Seuero substituerent: cf. adnotatio ad Iust.* 5, 71, 18 *et Commentationes philologae in honorem Mommseni p.* 83 16 reperiantur *Iust.* 19 experientiam] *sic Peyron* 22 *in dat. desinere librum tertium testatur T*

LIBER QVARTVS

# I DE CRETIONE VEL BONORVM POSSESSIONE[1]

1a [2] IMP. CONSTANTINVS[3] A. AD DIONYSIVM. *Quicumque res ex parentum uel proximorum successione iure sibi competere confidit, sciat sibi non obesse, si per rusticitatem uel ignorantiam facti uel absentiam*[4]*) uel quamcumque aliam rationem intra praefinitum tempus bonorum possessionem minime petisse noscatur, quoniam haec sanctio huiusmodi consuetudinis necessitatem mutauit.* D. PRID. ID. MART. HELIOPOLI CONSTANTINO A. ET CONSTANT. C. CONSS.[5]
a. 320 uel 326

1b [6] IDEM A.[7] AD POPVLVM. *Vt uerborum inanium excludimus captiones, ita haec obseruari decernimus, ut apud quemlibet iudicem uel etiam apud duumuiros qualiscumque testatio amplectendae hereditatis ostendatur, statutis prisco iure temporibus coartanda, eo addito, ut, etiamsi intra alienam uicem, id est prioris gradus, properantius exseratur, nihilo minus tamen efficaciam parem, quasi suis scita curriculis, consequatur.* D. K. FEBR. LAODICEAE[8]. a. 320 uel 326

1 [9] IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM. POST ALIA: Patrem aliqua
ex parte minorem esse matribus non sinemus. Nam cum etiam infantis filii morientis mater
bonorum solacia consequatur, cur de aetate eius pater graues patiatur tendiculas, non uidemus;
et cum legitima successio non modo in matre, uerum etiam in successoribus longius constitutis non bonorum possessionis petitionem, non cretionis sollemnitatem cogitur custodire,
qualicumque contenta aditae uel adeundae hereditatis indicio, quanto magis pater talibus est
1 uinculis exeundus? Atque ideo hac oratione sancimus, ut pater etiam infantis filii successionem, siue ille matre eius moriente adeundae hereditatis uel petendae bonorum possessionis fuerit exsecutus officium siue ista neglexerit, morienti filio infanti in qualibet aetate sine ambiguitate succedat. DAT. VII ID. NOVEMB. RAV(ENNA) DD. NN. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS.
a. 426

*Br.* (*NME*) *ad* 4, 1 *r.* 1: c. 1a 1b *supplet Iust.* 6, 9, 8. 9

[1] *cf. Iust.* 6, 9 *sqq.* [2] *iunge* 8, 18, 4 [3] Constantius 8, 18, 4 *recte* [4] facti uel absentiam] *Iust.* (*Lat.*), *om. Iust.* (*B* κατὰ πόδας) [5] *sic Iust.* (*Hal.*), Constantio A. II et Constante A. conss. (= *a.* 339) *recte* 8, 18, 4 [6] *de iungendis cf. ad* 3, 2, 1 [7] *Constantinium auctorem tuetur Iust.* 5, 70, 7 § 3a [8] Serdicae *iungendae cum consulatu, aut* Constantino A. VI et Constantino (—tio) C. conss. (= a. 320) *aut* Constantino A. VII et Constante C. (= 326) [9] *iunge c.* 2. 4, 5 A. 5, 1, 8. 8, 13, 6. 8, 18, 9. 10. 8, 19, 1: *cf. etiam* 1, 4, 3 *et iungendas*

2 critione *N* 7 d.] *Iust.* (*Hal.*), pp. 8, 18, 4 13 scita] *scripsi*, scitam *Iust.* (*RM*a), sitam *Iust.* (*CM*b) 15 cum etiam] *M*, et *N*, et cum etiam *E* infantes *NE* morientes *N* 16 salacia *N*a grauis p. tendiculos *N* uidimus *N* 17 legitimas *E* longius] non l. *E* 18 possessione *N* petitione *M* cretionis *N* sollemnitate *NM* cogetur *NE* 19 qualecumque *N* hereditates *N* indicio] in iudicio *M* 20 oratione] *O*, ratione *NE*, ordinatione *M* infantes *NE* 21 matrem *N* hereditates *N* adpetendae *E* possessiones *E*, possessione *M* 22 officio *N* moriente *N* 23 VIII *M* rauenna *om. N* XI *N* 24 II *om. N*



INTERPRETATIO. Cretio et bonorum possessio antiquo iure a praetoribus petebatur: quod explanari opus non est, quia legibus utrumque sublatum est. Et ideo infans, licet loqui non possit, tamen hereditatem sibi debitam capit, cui morienti pater aut qui proximus fuerit ex lege succedit.

2 [1] IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM. *Si infanti, id est minori
septem annis*[2]*), in potestate patris uel aui uel proaui constituto uel constitutae hereditas sit
derelicta uel ab intestato delata a matre uel linea ex qua mater descendit uel aliis quibus-
cumque personis, licebit parentibus eius sub quorum potestate est adire eius nomine heredi-
1 tatem uel bonorum possessionem petere. Sed si hoc parens neglexerit et in memorata aetate*[2]*)
infans decesserit, tunc parentem quidem superstitem omnia ex quacumque successione ad
2 eundem infantem deuoluta iure patrio quasi iam infanti quaesita capere. Parente uero non
subsistente, si quidem post eius obitum tutor infanti sit uel datus fuerit, posse eum etiam
adhuc infante pupillo constituto nomine eius adire hereditatem siue uiuo parente siue post
mortem eius ad eum deuolutam uel bonorum possessionem petere et eo modo eidem infanti
3 hereditatem quaerere. Sin uero uel non sit tutor uel, cum sit, ea facere neglexerit, tunc
eodem infante in ea aetate defuncto omnes hereditates ad eum deuolutas et non agnitas ita
intellegi, quasi ab initio non essent ad eum delatae, et eo modo ad illas personas peruenirent,
quae uocabantur, si minime hereditas infanti fuisset delata. Ea uero, quae de infante in
potestate parentium constituto statuimus, locum habebunt et si quacumque causa sui iuris
4 idem infans inueniatur. Sin autem septem annos aetatis pupillus excesserit et priore parente
mortuo in pupillari aetate fati munus impleuerit, ea obtinere praecipimus, quae ueteribus
legibus continentur, nulla dubietate relicta, quin pupillus post impletos septem annos suae
aetatis ipse adire hereditatem uel possessionem bonorum petere consentiente parente, si sub
eius potestate sit, uel cum tutoris auctoritate, si sui iuris sit, poterit uel, si non habeat tu-
torem, adire praetorem et eius decreto hoc ius consequi.* D. VIII ID. NOV. RAVENNAE THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS.
a. 426

# II VNDE LIBERI[3]

1 [4] IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AVRELIANO PPO. Filia, quae dote a patre suscepta matrimonio sociata est, intestato patre mortuo si hereditatem uelit adire cum fratribus, dotem quam susceperat miscere cogatur paternae substantiae atque ita in subeunda hereditate sociari cum fratribus. DAT. PRID. NON. OCTOB. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.[5]
a. 396

INTERPRETATIO. Filia si tempore nubtiarum a patre fuerit dotata et pater postea intestatus moriatur, si in reliqua patris substantia uult cum aliis cum fratribus aequalis accedere, dotem uel quidquid accepit tempore nubtiarum, hereditati paternae cum fratribus diuidenda confundat: quod si uoluerit, sit his quae percepit pro sua parte contenta.

# III DE CARBONIANO EDICTO[6]

1 [7] IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. RVFINO PPO. Carbonianum edictum sub personis legitimis indubitato matrimonio, custodito partu et probata legitima suc-

*Br.* (*NME*): 2, 2 *supplet Iust.* 6, 30, 18

[1] *de iungendis cf. ad c.* 1 [2] id est . . . annis et in memorata aetate *Iustinianis adscribit A. Faber* [3] *Iust.* 6, 14 [4] *iunge* 5, 1, 5 [5] *consulatus non respondet praefecturae Aureliani, quae incepit a.* 399 [6] *Iust.* 6, 17 [7] *Iust.* 6, 17, 2: *iunge* 2, 12, 5. 4, 8, 9. 11, 30, 52

18 minime] *Iust.* (*CR*), minus *Iust.* (*PL*) 21 munus] *Iust.* (*CR*), munus is *Iust.* (*PL*) 25 VIII] *iungendae*, VII *Iust.* (*PL*), VI *Iust.* (*Hal.*) 28 ppo.] pu. *M* 29 ab intestato *M* uellet *E* audire *E*a fratribus] fructibus *E* 30 substantiae] sibi subst. *N* subdenda *N* (*Mo.*) sociare *N* 31 honorio] theodosio *E* III] XXIII *E* 35 diuidenda] *ME*, diuidendam *N* 38 aaa.] auggg. III r *N* carboniano *NE* 39 et *om. N* prolata *N* successionem *N*

cessione defertur, scilicet ut in possessione nouus heres locatus[1]) usque ad pubertatis annos sine inquietudine rebus utatur interdum alienis. DAT. IIII KAL. OCTOB. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

INTERPRETATIO. Si quis moriens ex legitimo matrimonio praegnantem reliquerit uxorem, iubet lex mulierem a propinquis, quousque ad partum ueniat, custodiri; quae cum legitimo tempore ediderit, is qui natus fuerit pro sua portione in patris hereditate succedat et usque ad quintum decimum aetatis suae annum, quae a patre derelicta sunt, sine ullius repetitione possideat: futurum, ut suas postmodum per curatorem aut excipiat aut exerat actiones.

## IIII DE TESTAMENTIS ET CODICILLIS[2])

1a [3]) IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. *Quoniam indignum est ob inanem obseruationem*
*irritas fieri tabulas et iudicia mortuorum, placuit ademptis his, quorum imaginarius usus est,*
*institutioni heredis uerborum non esse necessariam obseruantiam, utrum imperatiuis et directis*
1 *uerbis fiat an inflexa. Nec enim interest, si dicatur 'heredem facio' uel 'instituo' uel 'uolo'*
*uel 'mando' uel 'cupio' uel 'esto' uel 'erit', sed quibuslibet confecta sententiis, quolibet loquendi*
*genere formata institutio ualeat, si modo per eam liquebit uoluntatis intentio, nec necessaria*
2 *sint momenta uerborum, quae forte seminecis et balbutiens lingua profudit. Et in postremis*
*ergo iudiciis ordinandis amota erit sollemnium sermonum necessitas, ut, qui facultates proprias*
*cupiunt ordinare, in quacumque instrumenti materia conscribere et quibuscumque uerbis uti*
*liberam habeant facultatem.* S. D. K. FEBR. SERDICAE CONSTANTIO A. ET CONSTANTE C.
CONSS. a. 320

1 *IDEM A.* CONSTAN*TIO* PPO. In codicillis, quos testamentum non praecedit, sicut in uoluntatibus testamenti septem testium uel quinque interuentum non deesse oportet: sic enim fiet, ut testantium successiones sine aliqua captione seruentur. Si quando igitur testium numerus defecerit, instrumentum codicilli habeatur infirmum. Quod et in ceteris uoluntatibus placuit obseruari. DAT. XI KAL. IAN. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTE C. CONSS. a. 326?

INTERPRETATIO. Si quis non fecerit testamentum, sed uice testamenti fecerit codicillum, in quo codicillo legitima heredis institutio teneatur, et hunc ipsum eodem numero testium, hoc est septem aut quinque, subscriptionibus faciat confirmari. Si minus quam quinque, ualere non poterit, sicut et ceterae uoluntates: nam secundum superiorem legem[4]), si condito testamento post factus fuerit codicillus et in eo alium, quam in testamento fecerat, heredem uoluerit nominare, in eo codicillo heredis institutio non ualebit.

1b IDEM A. AD MAXIMVM PO. *Si idem codicilli quod testamenta possent, cur diuersum his instrumentis uocabulum mandaretur, quae uis ac potestas una sociasset? Igitur specialiter codicillis instituendi ac substituendi potestas iuris auctoritate data non est.* D. III ... IVN. PACATIANO ET HILARIANO CONSS. a. 332

1c IDEM A. AD POPVLVM. *Milites*[5])*, si uxores aut filios aut amicos aut commilitones suos,*
*postremo cuiuslibet generis homines amplecti uoluerint supremae uoluntatis adfectu, quomodo*
*possint ac uelint testentur, nec uxorum aut filiorum eorum, cum uoluntatem patris reporta-*
1 *uerunt, meritum aut libertas dignitasque quaeratur. Proinde sicut iuris rationibus licuit ac*

*Br.* (*NME*) *ad* 4 *r.* 1. 2: 4, 1a *supplet Iust.* 6, 23, 15: 4, 1b *Iust.* 6, 36, 7: 4, 1c *Iust.* 6, 21, 15

[1]) constitutus *Iust.* [2]) *cf. Iust.* 6, 23. 36 [3]) *Iust.* 6, 23, 15: *de iungendis cf. ad* 3, 2, 1 [4]) *h. c. periit: iuncta fuerit cum Iust.* 6, 36, 7 [5]) in expeditione degentes *addit Iust.*

1 heris *** locatus *E*a usque] que *N* puertatis *N* 2 rebus utatur (*sic O Iust.*, utetur *M*, utitur *E*)] refutetur *N* 10 constantinus] *Iust.* (*SC*), const. *Iust.* (*V*), c. *Iust.* (*R*) 18 et] *Iust.* (*VC*), *om. Iust.* (*RM*) 21 idem] imp. (impp. *N*) constantinus *Br.* a. constantio ppo.] *Mommsen,* a. et constans c. pu. *M*, et constans aa. caesario ppo. *E*, et constans augg. *N* 22 septe *NM* testantium] his tantum *E* 23 successioni *M* 24 codicellis *N* 25 data *N* constantino] constantio *NE* c.] caesari *E* 33 uis] *Iust.* (*R*b), ius *Iust.* (*CR*a) 38 reportauerunt] *Iust.* (*V*), reportauerint *Iust.* (*CRM*)



*semper licebit, si quid in uagina aut in clipeo litteris sanguine suo rutilantibus adnotauerint, aut in puluere inscripserint gladio sub ipso tempore, quo in proelio uitae sortem derelinquunt, huiusmodi uoluntatem stabilem esse oportet.* D. III ID. AVG. NICOMEDIAE OPTATO ET PAVLINO CONSS. a. 334

1d [1]) IMP. CONSTANTIVS A. AD POPVLVM. *In legatis uel fideicommissis uerborum necessaria non sit obseruantia, ita ut nihil prorsus intersit, quis talem uoluntatem uerborum casus exceperit aut quis loquendi usus effuderit.* D. K. FEBR. CONSTANTIO II ET CONSTANTE CONSS. a. 339

1e IDEM A. AD RVFINVM PP. *Eunuchis liceat facere testamentum, componere postremas exemplo omnium uoluntates, conscribere codicillos salua testamentorum obseruantia.* D. V K. MART. SIRMI CONSTANTIO A. V ET CONSTANTIO C. CONSS. a. 352

1f IDEM A. AD VOLVSIANVM PP. *Si quis imperatorem forte heredem instituerit, habeat mutandi iudicii facultatem et quemcumque uoluerit secundum leges in testamento suo heredem scribendi.* D. XII K. MART. MEDIOLANI ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS. a. 355

1g IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD MAXIMVM[2]). *Cum heredes instituuntur imperator seu Augusta, ius commune cum ceteris habeant: quod et in codicillis uel fideicommissariis epistulis iure scriptis obseruandum erit. Et sicuti priscis legibus cautum est, imperatori quoque uel Augustae testamentum facere liceat et mutare.* D. VII ID. AVG. CORNIONACI GRATIANO A. II ET PROBO CONSS. a. 371

1h IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD HESPERIVM PPO. *Codicillos seu scripturam quolibet tenore formatam ea oportebit obseruatione in publicum proferri, qua testamenta panduntur.* DAT. III K. AVG. MEDIOLANO AVXONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

1i [3]) IDEM AAA. EVTROPIO PP. *Non dubium nec incertum est, sicut imperatoribus, ita qua-*
*libet dignitate uel potestate decoratis uiris tam hereditatem quam legatum seu fideicommissum*
1 *relinqui posse. Illud adiciendum est, ut, qui ex testamento uel ab intestato heres extiterit,*
*etsi uoluntas defuncti circa legata seu fideicommissa seu libertates legibus non sit subnixa,*
*tamen, si sua sponte agnouerit, implendi eam necessitatem habeat.* S. D.[4]) K. IVL. THESSA-
LONICAE GRATIANO V ET THEODOSIO AA. CONSS. a. 380

2 [5]) IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. PROCVLO PV. Quae codicillis
aut epistulis nobis necessitudinibusue nostris relinquuntur, non admittimus; sit ille usus inter
1 priuatos ratus. Et sane hoc loco praebemus licentiam, ut ciuiliter siue criminaliter, ut actor
elegerit, super prolata epistula[6]) requiratur et incumbat probatio[7]) ei primitus, qui scripturam
2 obtulerit. Ceterum quod ad nos nostrosque adtinet, codicillos et epistulas[8]) adeo refutamus,
ut ex illis, etiamsi ueras eas esse quaestionum series adprobarit, quidquid nobis relictum nos-
trisue constiterit, ad liberos defuncti, uel si hi non sint, ad proximum quemque iudicii nostri
3(1) humanitate pertineat. Testamenti uero scripturam legitimam uel nuncupationem, quae in nomen
nostrum forte processerit, iure capiemus nec in ea re distare ius nostrum a priuatis heredibus
profitemur. DAT. MEDIOL(ANO) X KAL. FEBR. TIMASIO ET PROMOTO CONSS. a. 389

*Br.* (*NME*) *ad* 4 *r.* 1. 2: 4, 1d *supplet Iust.* 6, 37, 21: 4, 1e—1g *Iust.* 6, 22, 5—7: 4, 1h *Iust.* 6, 32, 4: 4, 1i *Iust.* 6, 23, 16

[1]) *c.* 1d, *quae partem c.* 1a *effecit, nescio an in Th. adhuc cum c.* 1a *cohaeserit et a Iustinianis demum ab ea seiuncta et in titulo de legatis* (*Iust.* 6, 37) *collocata consulatu male intellecto ad a.* 339 *relata sit* [2]) *requiritur* Maximinum [3]) *de iungendis cf. ad* 3, 5, 10 [4]) dat. XV *iungendae* [5]) § 1 = *Iust.* 9, 22, 24, *cf. Symmachus ep.* 2, 13 [6]) prolatis epistulis uel aliis instrumentis *Iust.* [7]) fidei instrumenti *ins. Iust.* [8]) deinde ei, qui stricta instantia falsum arguere paratus est *addit Iust.*

5 imp. constantinus *Iust.* (*SM*), imp. constant. *Iust.* (*C*), imp. const. *Iust.* (*R*) 21 ausonio *Iust.* (*Hal.*) 28 pu.] ppo. *NE* codicellus (—llos *N*b*E*b) *NE* 29 nouis *N* ue] uel *M* sit] sed *E* 30 auctor *N* 31 relegerit *E* probata *E* scriptura *N* 32 nos *om. M* adeo] ad eos *E* 33 series] regulas *M* adprobauerit *E*, adprobaret *NM* 34 hii *NE* quemque] quem *E* 35 humanitate] hereditate *M* 36 nec *om. ME* distare] ius etiam *N* hereditatibus *E* 37 dat.] *N*, pp. *ME* mediol. *post* febr. *collocat N*

INTERPRETATIO. Si quis moriens principi uel propinquis uel amicis eius aliquid per codicillum uel per epistulam crediderit relinquendum, pietatis intuitu id praecipit non ualere. Sed si quid tali modo priuatis fuerit derelictum et de talibus chartulis orta fuerit fortasse contentio, in iudicis discussione consistat, utrum possit scriptura prolata iure subsistere. Ceterum principi uel eius proximis quidquid testamento aut nuncupatione dimittitur, hoc sibi legibus ualere permittit.

3 [1]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AETERNALI PROC(ONSVLI) ASIAE. Testamentum non
ideo infirmari debebit, quod diuersis hoc deficiens noninibus appellauit, cum superflua non
noceant: praetermissa namque necessaria, non abundans cautela uel contractus inminuit uel
1 testatoris officit uoluntati [2]). Nec patimur fidem conditi arbitrii ob hoc debere conuelli, si
aut maiorem in principio signatorum aut minorem aut nullum numerum conditor suae prae-
dixerit uoluntati, cum quinque huic non ignari subscripserint testamento, licet non eisdem
series fuerit recensita, sed is, qui extremum disponit arbitrium, obsignandum porrexerit testa-
2 mentum. Nec enim nouum promulgamus, sed diui Constantini sanctionem et inclitae recorda-
tionis sententiam patris serenitatis nostrae [3]) nostraque super huiusmodi causa, quae sunt ex
antiquioribus propagata, secuti decreta statuimus, his, qui extremas ordinant uoluntates, haec
esse seruanda, ut et praesentes uideant subscriptores et ii cur uenerint non ignorent, etiamsi
3 isdem scripturae continentia non fuerit intimata. Nec si quid ex munificentia morientis fuerint
consecuti, infructuosum subscribentes facient testamentum, cum hoc auctorem prudentissimum
iuris consultorum non sit ambiguum Scaeuolam conprobasse. DAT. XII KAL. APRIL. ARCADIO
IIII ET HONORIO III [4]) AA. CONSS. a. 396 (?)

INTERPRETATIO. Si moriens, cum scribit aut dictat chartulam testamenti, praetermiserit forsitan, ut uocabulum poneret aut ciuilis, id est quod quinque testium, aut praetorii iuris, quod septem testium erit subscriptione firmandum. Vnde si maiorem uel minorem se testator in principio dixerit euocasse, usque ad quinque subscriptorum numerum, etiamsi non relegant testamentum, ualere permissum est, ita ut, sicut minor numerus inpedit uoluntati, sic quidquid supra fuerit non noceat testamentum, quia et lex ipsa constituit, quod superflua iuri inpedire non debeant. Hoc etiam obseruandum, ut testator signandum testibus offerat testamentum, nec ideo habeatur infirmum, si alicui de subscriptoribus testator aliquid legati nomine derelinquit.

4 [5]) IDEM AA. AFRICANO PV. Testamenta omnium [6]) ceteraque, quae apud officium censuale publicari solent, in eodem reserentur nec usquam permittatur fieri ulla translatio: mos namque retinendus est fidelissime uetustatis, quem si quis in hac urbe uoluerit inmutare, irritam mortuorum uideri faciet uoluntatem. DAT. VI KAL. OCTOB. CONSTANTINOPOLI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

INTERPRETATIO. Testamenta omnia uel reliquas scripturas apud censuales in urbem Romam uoluit publicari, hoc est, ut in reliquis regionibus apud curiae uiros testamenta uel quaecumque scripturae actis firmari solent, gestorum allegatione muniantur. Si uero mortuorum uoluntates actis reseratae non fuerint, nihil ualebunt.

4a [7]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PP. *Omnium testamentorum sollemnitatem superare uideatur, quod insertum mera fide precibus inter tot nobiles probatasque per-*

*Br.* (*NME*): c. 4a *supplet Iust.* 6, 23, 19

1) *pr.* = *Iust.* 6, 23, 17: *iunge* 11, 39, 12 2) namque necessaria praetermissa imminuunt contractus et testatoris officiunt uoluntati, non abundans cautela *Iust.* 3) *neque Constantini neque Theodosii sanctio extat* 4) Arcadio V et Honorio V (402) *Seeck Regesten* 27, 25, 7 5) *Iust.* 6, 23, 18 6) omnia *Iust.* 7) *iunge* 1, 2, 12. 2, 19, 6. 8, 17, 4

7 asiae *om.* *E* 9 praemissa *M* eminuit uel testatores *N* 10 officii *NE* uoluntate *M*, uolumptati *E* debere] de re *M* 11 signaturum *E*, signatorem *M* minorum *N* aut] ut *M* praedixerat *E* 12 subscripserit *N* 13 series fuerit] f. senariis *N* his *NE*, hic *M* disponet *N* 14 sanctione *M* 15 nostraque] nostraeque *E* 16 sicuti *M* hanc *N* 17 et *om.* *N* subscripturis *N* hii *NE*, hi *M* cur uenerint] qui conuenerint *E* 18 fuerit … morientis *om.* *N* munificentiam *E* 19 subscribentis *E* facientes *N* auctore *M* 20 consultorem *ME*, consultum rem *N* scebulam *E*, sebolam *N* 21 aa. *om.* *N* 31 pu.] pm. *N*, ppo. *E* 33 retinendum *M* uetustates *N* 34 faciat *NE* uoluntate *N* VI] XII *Iust.* (*Hal.*)



1 *sonas etiam conscientiam principis tenet. Sicut igitur securus erit, qui actis cuiuscumque*
*iudicis aut municipum aut auribus priuatorum mentis suae postremum publicauit iudicium,*
*ita nec de eius umquam successione tractabitur, qui nobis mediis et toto iure, quod nostris*
2 *est scriniis constitutum, teste succedit. Nec sane illud heredibus nocere permittimus, si re-*
*scripta nostra nihil de eadem uoluntate responderint. Voluntates etenim hominum audire*
*uolumus, non iubere, ne post sententiam nostram inhibitum uideatur commutationis arbitrium,*
*cum hoc ipsum, quod per supplicationem nostris auribus intimatur, ita demum firmum sit, si*
3 *ultimum comprobatur nec contra iudicium suum defunctus postea uenisse detegitur. Ne quid*
*sane praetermisisse credamur huiusmodi institutionis successoribus designatis, omnia quae*
*scriptis heredibus competunt iubemus eos habere nec super bonorum possessionis petitione*
*ullam controuersiam nasci, cum pro herede agere cuncta sufficiat et ius omne ipsa complere*
4 *aditio uideatur. Omnibus etenim praestandum esse censemus, ut libero arbitrio, cui testandi*
*facultas suppetit, successorem suum oblatis possit precibus declarare et stabile sciat esse quod*
*fecerit, nec institutus heres pertimescat, cum oblatas preces secundum uoluntatem defuncti*
*idoneis possit testibus approbare, si ei alia nocere non possunt.* D. XII K. MART. RAVENNAE
POST CONSVLATVM HONORII VIIII ET THEODOSII V AA. a. 413

5 [1]) IDEM AA. EDICTVM AD POPVLVM VRBIS CONSTANTINOPOLITANAE ET AD OMNES PRO-
VINCIALES. Nolumus conuelli deficientium scriptas iure ac sollemniter uoluntates, dum quod-
dam morientis supremum et non ad scriptum processisse confirmatur arbitrium, tamquam pa-
1 trimonium suum ad nos deficiens maluerit pertinere. Omnibus enim priuatis et militantibus
interdicimus, ut huiusmodi perhibeant testimonia, et falsi criminis reos teneri praecipimus, si,
cum scriptae iure ac sollemniter deficientium extiterint uoluntates, non scriptum aliquid sub
2 nostrorum nominum mentione falso adstruere moliantur. Nemo itaque relictus [2]) uel legibus
ad successionem uocatus nostrum uel potentium nomen horrescat: nemo ferre testimonia in
hunc modum uel suscipere gestis huiusmodi uoces audeat nostro uel etiam priuatorum poten-
3 tium nomine [3]). Maneat arbitrium, quod uera et sollemnis scriptura commendat: excludatur,
si quid aduersus eam uel deficientis animum sub [4]) deferenda hereditate nostrae perennitati
per testimonia non scripta et falso contexta adseueratur: nemo scriptis proprium auferat robur
et non scriptis sub praetextu nostri uel potentium nominis ingerat firmamentum. DAT. VII
ID. MART. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS. a. 416

INTERPRETATIO. Placuit uoluntates defunctorum ea ratione seruari, ut, si deficiens quis non perfecerit testamentum, non possit quicumque pro perfecto uti, quod inperfectum resedit. Nec admittit hanc testificationem principis clementia, si forte dicat aliquis: audiui morientem uelle, ut principi uel etiam his personis, quae potestati adiunctae sunt, uel cuiuscumque potentis taliter deputatum: hanc uocem admitti non patitur. Et sicuti legitimas scripturas uel in suam personam uel in quascumque alias potestates siue in priuatos ualere mandauit, ita inperfectam et sub tali testificatione prolatam penitus ualere non uoluit.

6 IDEM AA. PALLADIO PPO. Ne quis post diem mortis scriptis ante decennium testamentis
praestetur adsensus nullisque penitus uiribus scriptura huiusmodi tempore antiquata taxetur,
praesertim cum, si uoluntas continuata perstiterit, breuis mora sit recentibus uetustatem inno-
1 uare temporibus. Vix enim fieri potest, ut per haec tempora, quae fidei amore contraximus,

*Br.* (*NME*)

1) *Iust.* 6, 23, 20 2) *heres ins. Iust.* 3) § 3 *om. Iust.* 4) super *Seeck*

17 idem] *Iust.*, impp. honorius et theodosius (theod. *E*) *NE*, impp. honori et theod. *M*: impp. honorii et theodosii *edd.*, *cf. tamen* 7, 3, 8. 9, 27, 6. 16, 1, 2. 16, 5, 38. 16, 6, 3 18 conuelle *N* scriptas] *E Iust.*, scripturas *NM* uoluntatis *E* 19 morientes sub primum *N* firmatur *N* 20 pertinere *om.* *E* 21 falsis crimine *N* reus *E*a praecepimus *N* 22 uoluntatis *E* 23 mentionem *M* falsum *N* 24 successione *N* nostrorum *N* uel] ue *E* 25 cuiusmodi u. audiat *N* nostro] *O Iust.*, nostrum *NE*, nostrorum *M* 27 quis *N* deficientes animo *N* perennitatis *NME* 28 non scripta] nos scriptura *E* adseuerantur *NME* rubor *E* 29 ingerit *N* VII] *M Iust.*, III *NE* 30 VII] VI *ME* 34 potestate *M* potentis] potenti sit *Mommsen* 38 ppro. *E* 39 uirilibus *E*t antiqua *NE* 40 prestiterit *E* breuis] *N*, breui *ME*t, parilis *E*v

omnem testium conscientiam mors coniurata subripiat, et re uera nefas est, ut antiquae deliberationis ordinatio uoluntas postrema dicatur. DAT. X KAL. IVL. RAV(ENNA) DD. NN. HONORIO XII ET THEODOSIO VIII AA. CONSS. a. 418

INTERPRETATIO. Si quis condito testamento decennio superstes fuerit et suam non mutauerit uoluntatem, quod ante decennium factum est, uacuum remanebit.

7 ¹) IMP. THEODOSIVS A. ASCLEPIODOTO PPO. Si quis agere ex testamento quolibet modo
siue scripto siue sine scriptura confecto de hereditate uoluerit, ad fideicommissi persecutionem
1 adspirare cupiens minime permittatur. Tantum enim abest, ut aditum cuiquam pro suo mi-
grandi desiderio concedamus, ut etiam illud sanciamus, ut, si testator faciens testamentum in
eodem pro codicillis etiam id ualere conplexus sit, qui hereditatem petit, ab ipsis intentionis
exordiis utrum uelit eligendi habeat potestatem, sciens se unius electione alterius sibi aditum
praeclusisse: ita ut, siue bonorum possessionem secundum tabulas uel secundum nuncupa-
tionem ceterasque similes postularit aut certe ex edicto diui Hadriani ²) se mitti ad possessio-
nem ex more petierit, statim inter ipsa huius iuris auspicia propositum suae intentionis ex-
2 planet. Sic enim, si quis defuncti agnouerit uoluntatem, de inofficioso agere prohibetur ³), et
patronus liberti muneribus electis et operis contra tabulas bonorum possessione repellitur ⁴):
sic mulier in edicto, quod de alterutro est, cum suam explanauerit optionem, ne paenitentia
possit ad aliud transire, etiam satisdatione cogetur praecauere, nisi si aetatis iuuetur auxilio.
3(1) Illud quoque pari ratione seruandum est, ut testator qui decreuit facere testamentum, si id
implere nequiuerit, intestatus uideatur esse defunctus, nec traducere liceat ad fideicommissi
interpretationem uelut ex codicillis ultimam uoluntatem, nisi id ille complexus sit, ut uim
etiam codicillorum scriptura debeat obtinere: illo iure electionis uidelicet perdurante, ut, qui
4(2) ex testamento agere uoluerit, ad fideicommissum migrare non possit. Si quis uero ex paren-
tibus utriusque sexus ac liberis usque ad gradum quartum agnationis uinculis alligatus uel
cognationis nexu constrictus ad tertium usque ⁵) scriptus heres fuerit uel nuncupatus, in eo ui-
delicet testamento, quod testator uicem quoque codicillorum uoluit obtinere, licebit ei, si de
hereditate ex testamento secundum mortui uoluntatem agens fuerit forsitan ⁶) superatus, uel
certe ipse sponte uoluerit ad fideicommissi subsidium conuolare. Non enim par eademque
5 ratio uidetur *a*mittere debita et lucra non capere. ⁷) In omni autem genere testamenti, siue in
praetorio iure siue ciuili consistat, seu codicilli conscribantur siue non scripta uoluntas ultima
praetendatur, id uolumus obseruari, ut eodem die, quo coeptum quid eorum fuerit, ad per-
fectum sui plenitudinem sortiatur nihilque eius in diem alterum differatur: quod quidem
nullam habeat firmitatem, nisi aut septem aut quinque uel rogati aut qui fortuito uenerint,
possint iure testimonium perhibere, uidelicet post hanc sanctionem diuinis illis quiescentibus

*Br.* (*NME*: § 5 *habent EHB, om. reliqui*)

¹) *pr.* § 1. 3. 4 = *Iust.* 6, 36, 8 ²) ex edicto d. Hadriani *om. Iust.* ³) si ... prohibetur = 2, 19, 7 ⁴) patronus ... repellitur = *Iust.* 6, 13, 2 ⁵) usque *om. Iust.* ⁶) forte *Iust.* ⁷) *ad* § 5 *cf. Iust.* 6, 36, 8 § 3

1 subreppere *N* 2 post rem addicatur *N* dd. nn.] do. nop. *N* 3 VIII] x *NE* 6 asclipiodoto *N* ager *N* 8 aditu *N* 9 concidamus *N* sanctiamur *N* ut *om. Iust.* testator] *M*ᵃ *M**, testatur *NEM*ᵇ 10 qui] si *N* ab] ad *E* 11 uelit *om. E* electioni *M*, electionis *E* 12 siue] de *N* uel] aut *Iust.* 13 similis *NE* postularit] *O*, postulauerit *Iust.*, postularet *NME* se mitti] emitti *M*, mitti se *Iust.* 15 sic] si *M* 16 minoribus *M* possessionem *N* 17 sic] *E*, si *NM* sua *N* optionem] *E*, opinionem *M*, portionem *N* poenitentiam *E* 18 ad *om. M* alium *N* satisdationem *E*, satisdonatione *N* cogitur *E* nisi si] nisi *N* aetates *N* iubetur *NME* 19 reseruandum *N* testatur *N* quid *N* decreuerit *M* 20 nequiuerit] quieuerit *N* 21 nisi] *N Iust.*, nisi si *ME* ut] et *N* 22 illo] illud *E* electionis] donationis *N* perdurantem *NE* 23 si quis] sin *M* ex] his a *M*, is a *M** 25 cognationes *N* nexu] *NE*, uero nexu *Iust.*, sexu *M* adscriptus *N* 26 testatur *E*ᵃ de *om. E* 28 conualere *N* que *om. M* 29 amittere] *O Iust.*, admittere *Br.* debitam *E* siue in] *EH*, siue id *B* 30 siue ... conscribantur *om. E*ᵃ consistant *E*ᵇ conscribetur *H* 31 quo] quod *E* coeptum] temtum *sequente uacuo spatio H* 32 plenitudine *B* quidem *om. H* 33 quinquem *H* rogiti *H* aut *om. EB* fortuitu *EB* 34 possunt *E* iure] *EB*, iuste *H* perhiebere *H* post] ut post *B* hanc *om. H* illis quiescentibus] et liquescentibus *H*? *B*



apicibus, qui trium testium numero sunt contenti. DAT. XVI KAL. MART. CONSTANTINOPOLI VICTORE VC. CONSS. a. 424

INTERPRETATIO. Si quis per scripturam condiderit testamentum et postmodum sine scriptura, hoc est per nuncupationem suam iterandam crediderit uoluntatem, uel si codicillis, quod est fideicommissum, potestatem heredi suo commiserit, ut ex qua uoluerit testatoris ordinatione succedat, tunc in primordio adeundae hereditatis suam publicare non desinat uoluntatem, utrum ex testamento an per nuncupationem an per fideicommissum hereditatem sibi eligat uindicandam. Quod si prima electio eius fuerit superata, ad alteram ei transire non liceat, quia unius petitione concessa de reliquis se nouerit excludendum, quia una petitio alias aperte et euidenter excludit. Extrema pars legis istius ideo non habetur scripta uel exposita, quia nouella lege ¹) calcatur.

## V DE LITIGIOSIS ²)

1 ³) IMP. CONSTANTINVS A. AD PROVINCIALES. POST ALIA: Lite pendente illud, quod in
controuersiam deuocatur ⁴), in coniunctam personam uel extraneam donationibus uel emptio-
nibus uel quibuslibet aliis contractibus minime transferri oportet ⁵), tamquam ⁶) nihil factum
1 sit lite nihilominus peragenda. Quod si tutelae causa uertitur, post examen iudicis in supple-
mentum pronuntiationis dentur arbitri, qui non iam arbitri, sed executores putandi sunt. ET
CETERA. DAT. KAL. AVG. BASSO ET ABLAVIO CONSS. a. 331

INTERPRETATIO. Res, quae proposita actione repetitur, transferri a possidente ad alterum nullis contractibus potest, neque inde aliqua scriptura fieri permittitur, nisi prius lis, de qua agitur, fuerit iudicio definita.

2 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. TATIANO PP. *Quicumque rem*
*litigiosam uel ambiguum chirographum, quodlibet denique mobile uel immobile fisco nostro uel*
*potentiori seu aliis personis* ⁷) *in testamento siue codicillo legauerit fideiue commiserit aut per*
*hereditatem reliquerit, nullam fiscus noster uel alia persona licentiam habeat iurgiorum, nec*
*iudicium subeat, sed aestimatio eius litis ineatur praestanda his, quibus actiones uel res liti-*
1 *giosae relictae sunt. Eandem litem ipsi heredes peragant, suarum actionum periculo ea quae*
2 *litigiosa relicta fuerant uindicantes. Quod et de chirographis placet, ut heredes relictorum*
*fisco uel aliis personis praesentem pecuniam numerent et iudicio eos, quos obnoxios existimant,*
*persequantur.* D. XV K. IVL. THESSALONICAE GRATIANO V ET THEODOSIO AA. CONSS. a. 380

## VI DE NATVRALIBVS FILIIS ET MATRIBVS EORVM ⁸)

1 [IMP. CONSTANTINVS A.] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

2 [IDEM. A.] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
ri fecit, uel si ipsorum nomine comparauit, totum legi[*tima*] suboles recipiat: quod si non sint filii legitimi, nec fra[*ter*] consanguineus aut soror aut pater, totum fisci iuribus [*uind*]icetur.

*Br.* (*NME*) *ad* 4. 5 *r.* 1. 6 *r.*: 5, 2 *supplet Iust.* 8, 36, 3: *T* (*incipit u.* 34)

¹) *Nou. Valent.* 21 ²) *Iust.* 8, 36 ³) *Iust.* 8, 36, 2: *de iungendis cf. ad* 1, 16, 6 ⁴) illud ... deuocatur] actiones quae in iudicium deductae sunt, uel res, pro quibus actor a reo detentis intendit *Iust.* ⁵) oportet] ab eodem actore liceat *Iust.* ⁶) si *ins. Iust.* ⁷) seu al. pers. *addiderint Iust.* ⁸) *Iust.* 5, 27

1 sunt] *E*, sint *H*? *B* XVI] *E*, VI *N*, X *M*, VII 2, 19, 7, XIII *Iust.* 6, 13, 2 (*V Hal.*), XV *Iust.* 6, 36, 8 (*Hal.*) 2 VC. *om. E* 13 pandente *M* in *om. E* 14 controuersia *M**, controuertia *M* in coniunctam] si coniuncta *N* 15 tamquam] tamen *N* 16 si tutelae] sit utili *N* 17 pronuntiationes *N* addentur *E* arbitrii *N* arbitrium *N* 18 aug.] mart. *Iust.* 31 et] cum *N* 32 *unam constitutionem solam. initio tituli periisse ostendunt numeri constitutionibus 4—7 in T praemissi: ad eam respicere uidetur Zenonis constitutio in Iust.* 5, 27, 5 *pr.* 34 *hanc constitutionem aeque ac sequentem ad Gregorium datam esse cum ex tempore et loco quo lecta est, tum ex argumento et Liciniani persona, de qua in utraque constitutione agitur, recte uidetur coniecisse Wenck*

Itaque Liciniani etiam filio, qui per rescriptum sanc[tissi]mum dignitatis culmen ascendit, omnis substantia au[ferat]ur et secundum hanc legem fisco adiudicetur, ipso uerbe[rato] conpedibus uinicendo, ad suae originis primordia redigendo. LECT. III K. MAI. CARTHAGINE NEPOTIANO ET FACVNDO CONSS. a. 336

3 [1][*IDEM* A. AD] GREGORIVM. Senatores seu perfectissimos uel quos [in ciu]itatibus duum-
uiralitas uel quinquennalitas[2] uel fla[minis] uel sacerdotii prouinciae[3] ornamenta condecorant,
pla[cet ma]culam subire infamiae et peregrinos[4] a Romanis legibus [fieri s]i ex ancilla uel
ancillae filia uel liberta uel libertae [filia s]iue Romana facta seu Latina[5] uel scaenica *uel*
*scaenicae* filia uel ex ta[bern]aria uel ex tabernarii filia uel humili uel abiecta uel leno[nis
u]el harenarii filia uel quae mercimoniis publicis praefuit [suscep]tos filios in numero legiti-
morum habere uoluerint [aut propr]io iudicio aut nostri praerogatiua rescripti: ita ut, [quid]-
quid talibus liberis pater donauerit, siue illos legitimos [seu natur]ales dixerit, totum retractum
1 legitimae subo[li redda]tur aut fratri aut sorori aut patri aut matri. Sed et [uxori t]ali quod-
cumque datum quolibet genere fuerit uel empti[one co]nlatum, etiam hoc retractum reddi
praecipimus: ip[sas et]iam, quarum uenenis inficiuntur animi perditorum, [si qui]d quaeritur
uel commendatum dicitur, quod his red[dend]um est quibus iussimus aut fisco nostro, tor-
2 mentis [subici] iubemus. Siue itaque per ipsum donatum est qui pater [dicit]ur, uel per alium
siue per suppositam[6] personam, siue [ab eo e]mptum uel ab alio, siue ipsorum nomine con-
paratum, [statim] retractum reddatur quibus iussimus, aut si non exis[tunt, f]isci uiribus uin-
3 dicetur. Quod si existentes et in praesen[tia re]rum constituti agere noluerint, pacto uel
4 iureiu[rando] exclusi, totum sine mora fiscus inuadat. Quibus tacen[tibus et d]issimulantibus
a defensione fiscali duum mensuum [tempo]ra limitentur, intra quae si non retraxerint uel
*propter* retra[hendum] rectorem prouinciae interpellauerint, quidquid ta[libus fil]lis uel uxoribus
liberalitas inpura contulerit, fiscus nos[ter inua]dat, donatas uel commendatas res [sub po]ena
5 quadrupli seuera quaestione perquirens. [7]Liciniani autem filius, qui fugiens comprehensus
est, conpe[*dibus uinc*]tus ad gynaecei Carthaginis ministerium deputetur. L[*ECTA XII*] K. AVG.
CARTHAGINE NEPOTIANO ET FACVNDO CONSS. a. 336

4 [8]IMPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD AMPELIVM PV. Placuit man[en-
tibus] ceteris, quae de naturalibus liberis Constantinianis legibus [cauta] sunt, haec tantum-
modo temperare, ut is, qui heredem h[eredes]ue filios ex legitimo matrimonio uel nepotes, qui
filioru[m loco] habendi sunt, patrem quoque matremue dimittit, si ex con[sortio] cuiuslibet
mulieris naturales susceperit, unam tant[um bo]norum suorum et hereditatis unciam natura-
1 libus uel [mulieri] donandi aut relinquendi habeat facultatem. Si qui[s uero] nullo ex his
quos excipimus superstite morietur at[que ex mu]liere quam sibi adiunxerat naturalem plu-

*T et ad c. 4 Br. (NME)*

1) *Iust.* 5, 27, 1: *cf. Nou. Marciani* 1 2) uel quinquennalitas *om. Nou. et Iust.* 3) uel flaminis . . . prouinciae] uel sacerdotii, id est Phoenicarchiae uel Syriarchiae *Iust.* 4) alienos *Iust.* 5) siue Rom. f. s. Latina *om. Iust.* 6) interpositam *Iust.* 7) § 5 *om. Iust.* 8) *cf. Libanius de uita sua I p.* 97 (*Reiske*) *Iust. Nou.* 89, 12 *pr.*

1 *in hiatibus codicis T explendis fere Peyronium secutus sum* 2 uerberato *Mommsen*, uer|***** *T*¹, uerbe|***** *T*²: *fuerit fortasse* uer|berib. *emendatum in* uerbe|rando 3 redigendo] *Wenck*, redi***** *T*: *supplementum aliquantulum spatium excedit* 6 flaminis *ex Nou. Marc.* (flamini municipali) *restitutum est*: flamonii *Mommsen* 8 uel scaenicae] *Iust. cum Nou. Marc., om. T* 9 lenonis uel] leno****l *T*, lenonis aut *Iust. cum Nou. Marc.* 12 seu naturales] *Iust.*, ****** ues *magis quam* ******* ales *T* 13 quocumque *T*ᵃ 15 infaciuntur *T* 16 his] hi *T*ᵃ 19 retractus *T*ᵃ 22 temporali imitentur *T*ᵃ 23 propter retrahendum *Iust.*, retra|***** *T* (*fortasse* retra|hendo, *certe non, ut Vesme proposuit*, retra|cturi, *cum huius codicis librarius scriberet* retrac|turi 24 commendatas res] commentas res conmendatas res *T*ᵃ 25 licinniani *T* (*cf. p.* 131, 34) 26 lecta XII] l— *T*, d. XII *Iust.* (*Hal.*) 28 aaa.] aug. *N* pu.] ppo. *N*, ppm. *E* 29 ceteris] cunctis *M* liberum *T*ᵃ constantiniani *E* sint *M* is] his *T* 30 heredesue] *T*, heredisue *M*, heredes uel *E*, herede *N* 31 matreue *N* dimitti *T*ᵃ 32 mulieres *N* susciperet una *N* et *om. M* hereditates *N* 34 excepimus *Br.* morietem *T*ᵃ, moriatur *E* naturale *N*



resue [dimit]tet, usque ad tres tantum, si uolet, uncias tam in mulie[rem] quam in naturales, quo maluerit iure, transcri[bat. DAT.] XVII K. SEPT. CONTIONACI GRATIANO A. II. ET PROBO CONSS. a. 371

INTERPRETATIO. Obseruandum de naturalibus filiis lex ista constituit, ut, si quis habens ex legitimo matrimonio filios uel filias siue masculos nepotes ex filiis uel patrem aut matrem ex quacumque muliere, id est ingenua nata uel facta, susceperit naturales, non amplius quam unciam de facultatibus suis nouerit naturalibus conferendam. Nam si defuerint ex omni parte personae superius nominatae, tunc naturalibus filiis uel mulieri, de qua nascuntur, tres uncias tantum, non amplius nouerit, quisquis ille est, se posse conferre.

5 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. PETRONIO VICARIO HISPANIARVM. Le[*gibus*] Constantini et genitoris nostri praeceptis edo[*cti prae*]cipimus, ut exclusis naturalibus filiis ad fiscum t[*ransfe*]ratur, quod ab ipsorum persona decidit; si n—[cipitur, et omne quod legitimis conpetit legis [*instan*]]tia non negatur. DAT. IIII K. MAI. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTI[*CO CONSS.*]

6 IDEM AA. ET THEODOSIVS A. ANTHEMIO PPO. Damus patrum arbitri[*o, si ta*]men legi-
tima prole careant nec filios uel nepot[*es ex fi*]lio matremue habeant, naturales filios, quos ex
qu[*olibet*] susceperint contubernio, eorumue matrem tre[*s usque bo*]norum suorum uncias lar-
1 gitate prosequi seu ul[*tima*] uoluntate. [1]Matre uero uel ceteris personis, quae ex [*subole*]
sunt, hoc est[2] legitimis filiis uel nepotibus *ex* filio[3] u[*no pluri*]busue existentibus pater bo-
norum suorum unam ta[ntum] unciam naturalibus filiis[4] eorumque genetrici[5] largi[*endi uel*]
relinquendi habeat potestatem[6]. DAT. ID. NOV. CON[*STANTINOPOLI*] STILICHONE II ET AN-
THEMIO CONSS. a. 405

7 [7]IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD BASSVM PPO. Naturali[*um his no*]men sancimus inponi, quos sine honesta cele[*bratione*] matrimonii procreatos legitima coniunctio fud[*erit in lu*]cem, seruos autem ex ancillae utero ipso iure gen[*erari—*] et quamuis per uim naturae ne illis quidem possi[*t natura*]lium nomen auferri, in hereditariis tamen cor . . . . Naturales sane, si ex ancilla nati fuerint et non manumittantur a domino, inter hereditaria mancipia conputantur. Quod si aut de ingenua fuerint naturales aut de liberta aut certe libertina, ultra sescunciam matri cum naturalibus filiis dari amplius non licebit, hac ratione, ut donatio nuptialis in hereditatis supputatione non ueniat, sed de eo, quod supra donationem nuptialem fuerit, inde sescuncia deputata naturalibus iure debetur. Quod si aliquid ultra aut per donationem aut per testamentum aut per suppositam quamcumque personam illis fuerit derelictum, ab herede legitimo legibus reuocetur[8]. a. 426

*T (desinit in u. 21): ad c. 4 Br. (NME): exitus c. 7 argumentum tradit Burg.* 37, 3. 4

1) § 1 = *Iust.* 5, 27, 2 2) ceteris . . . est *om. Iust.* 3) ex filio] aut pronepotibus cuiuscumque sexus *Iust.* 4) seu filiabus *ins. Iust.* 5) uel si sola sit concubina, semiunciam *ins. Iust.* 6) quidquid uero ultra modum concessum relictum sit, legitimis filiis uel matri uel ceteris successoribus iure reddatur *addit Iust., cf. Iust. Nou.* 89, 12 *pr.* (*Schoell u.* 29—36) 7) *iungenda fortasse* 4, 10, 3 8) *Burg. sic continuat* secundum legem Theodosiani, quae de naturalibus filiis et matribus eorum lata est. *Cf. etiam Nou. Theod.* 22, 1 § 3 *uerbis:* nam cum de successionibus paternarum facultatum quaedam seueriora, quaedam humaniora circa eos (*id est* naturales liberos) prolata sint, *ad quae Interpretatio eiusdem Nou. haec adnotat:* si quis habuerit legitimos filios et naturales habuerit, id lex ista constituit, ut id obseruetur, quod est in Theodosiani corpore constitutum, hoc est ut extantibus legitimis filiis octauam hereditatis naturalibus uel eorum matribus pater, si uoluerit, derelinquat.

1 dimittit *E*, dimittatur *N* usque] que *N* uolet] *TN*, uoluerit *ME* muliere *N* 2 quo] triuo *T*ᵃ XVII] *TE*, XVIII *N*, VII *M* contionaci] *M*, contionati *E*, concianaci *N*, constantionaci *T* 7 nouerint *NME* 10 *ad c. 5 in T adscriptum est scholion hoc*: [gr]ae constitutio infra quadra— conpetit: legitur in lib— XV— equa— in— II legibus *Pugge* 11 edocti *Peyron* 12 transferatur *Pugge* ab] ad *T*ᵃ si n—] sin * (e *uel* o *uel* c) * (i *uel* n *uel* r *uel* p) *T* quod] quo *T*ᵃ conpetit] non conpetit *T*ᵃ 13 legis [obseruan]tia *Haenel* 14—15 *hiatus expleuit Peyron* 16 susceperit *T* patrem *T* 17 ex subole] ex e *legit Peyron*, ex c *Vesme; cum ipse codicem contuli, non extitit nisi* ex 18 pater *post* 19 unciam *collocat Iust.* 22—25 *hiatus expleuit Peyron* 23 inponi quos] inponimus quo *T*ᵃ 24 *post* generari *expectes* constat: patet *Mommsen* 28 libertini] *Cuiacius*, liberti *libri* ultra sescunciam] ultra excuncia *uel* ultranscuncia *libri*

8 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HIERIO PPO. POST ALIA: Naturales liberi eorumque matres nec parentum arbitrio in successionibus ceterisque modis, quibus rei mobilis uel inmobilis dominium confirmatur, passim et sine legis distinctione congrua permittantur, nec tamen legis, quae nuper lata est, asperitate premantur, cum satis sit eos secundum priorem constitutionem aut extantibus iustis liberis aut etiam non extantibus, id tantum consequi, si patris deferatur arbitrio, quod per eam iusta moderatione decretum est; ceteris, quae de eorum matribus libertis libertinisque per nouam constitutionem decreta sunt, in sua manentibus firmitate. DAT. X. KAL. MART. CONSTANTINOPOLI TAVRO ET FELICE CONSS. a. 428

INTERPRETATIO. Haec lex interpretationem non eget, quia ad hoc solum intromissa est, quia posterior omnibus est et priorem, quae a posteriore damnata fuerat, confirmauit.

## [*VII DE VINDICTA LIBERTATE ET APVD CONSILIVM MANVMISSIONE*]

1 IMP. CONSTANSTINVS A. AD MAXIMVM PV. *Apud consilium nostrum uel apud consules praetores praesides magistratusue earum ciuitatum, quibus huiusmodi ius est, adipisci potest patronorum iudicio sedula seruitus libertatem.* a. 319—323

## [VIII (*Br.* VII)] DE MANVMISSIONIBVS IN ECCLESIA [1]

1a IMP. CONSTANTINVS A. AD PROTOGENEM EPISCOPVM. *Iam dudum placuit, ut in ecclesia catholica libertatem domini suis famulis praestare possint, si sub aspectu plebis adsistentibus Christianorum antistibus id faciant, ut propter facti memoriam uice actorum interponatur qualiscumque scriptura, in qua ipsi uice testium signent. Unde a uobis quoque ipsis non immerito dandae et relinquendae sunt libertates, quo quis uestrum pacto uoluerit, dummodo uestrae uoluntatis euidens appareat testimonium.* DAT. VI ID. IVN. SABINO ET RVFINO CONSS. a. 316

1 [2]) *IDEM* A. HOSIO EPISCOPO. Qui religiosa mente in ecclesiae gremio seruulis suis meritam concesserint libertatem, eandem eodem iure donasse uideantur, quo ciuitas Romana sollemnitatibus decursis dari consueuit. Sed hoc duntaxat his, qui sub aspectu antistitum
1 dederint, placuit relaxari. Clericis autem amplius concedimus, ut, cum suis famulis tribuunt libertatem, non solum in conspectu ecclesiae ac religiosi populi plenum fructum libertatis concessisse dicantur, uerum etiam cum postremo iudicio libertates dederint seu quibuscumque uerbis dari praeceperint, ita ut ex die publicatae uoluntatis sine aliquo iuris teste uel interprete conpetat directa libertas. DAT. XIIII KAL. MAI. CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS. a. 321

INTERPRETATIO. Qui manumittendi in sacrosancta ecclesia habuerit uoluntatem, tantum est, ut sub praesentia sacerdotum seruos suos uelit absoluere, nouerit eos suscepta libertate ciues esse Romanos; nam si clerici suis mancipiis dare uoluerint libertates, etiamsi extra conspectum fecerint sacerdotum uel sine scriptura uerbis fuerint absoluti, manebit sicut ciuibus Romanis integra et plena libertas.

---

*Br.* (*NME*): 7 *r.* 1 *supplet Iust.* 7, 1 *r.* 4: 8, 1a *Iust.* 1, 13, 1

[1]) *cf. Iust.* 1, 13 [2]) *Iust.* 1, 13, 2: *cf. Burg.* 3, 1

---

3 uel inmobiles *N*, *om. E* leges *N* destinatione *M*b *M**, *inc. M*a permittatur *NE*a 5 non *om. N* consequi] se c. *E* 6 iustam *N* 7 libertis *om. E* 8 firmitatem *E* 23 idem] imp. constantinus *Br.* osio *libri* episcopo] po. epo. *N*, *om. Iust.* religioso *E*a ecclesia *E* siuolis suis merita *N* 24 concesserit *M* uideatur *E* 25 sollemnibus *M* *Iust.* (*C*) 26 dederit *M* concedemus *N* 27 populi] publici *M* 28 libertates] *O Iust.*, (dederint lib. *Iust.*) libertatis *NME* dare *N* 29 ita ut] *N Iust.*, id aut *E*, aut *M* publicae *M* uoluntates *N* iures *N* 30 XIII *E* mart.] mai. *Iust.* (*Hal.*) II et c. II] li et c. *E* cc.] uc. *E*, cl. *M*, aug. II *N*



## [VIIII (*Br.* VIII)] DE LIBERALI CAVSA [1]

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM. *Si quando negotium status fuerit exortum, si ab eius parte qui dicitur seruus aliquid dicatur dominus abripuisse, prius considerari placet, utrum de possessione seruitutis in libertatem reclamandum putet an uero ex possessione liber-*
1 *tatis in seruitutem uocatur. Ac si eum de obsequiis seruilibus libertatem constiterit flagitare, ante decidi status conuenit causam atque ita praeberi direptorum negotiorum, si res exegerit,*
2 *audientiam. Quod si ei qui ad seruitutem uocatur quicquam direptum esse memoretur, uniuersa quae constiterit ablata ita demum reddi conuenit ei, qui seruus esse contenditur, si*
3 *modo saluam rem futuram per idoneos fideiussores promiserit. Nam si tales non potuerit dare, tunc ea conuenit, de quibus in iudicio tractabitur, sequestrari in eum diem, in quo controuersia sopietur, ita ut ex isdem, si alia facultas esse non poterit, tantum litis sumptibus et alimoniae hominis subministretur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit aestimatum.*
4 (1) *Cum autem necdum lite de statu mota res ab aliquo direptae sint et sententia de restituenda possessione rerum lata ille, ne sententiae satisfieret, de statu controuersiam mouit, necessitatem habebit et sine satisdatione easdem res reddere et tunc causam liberalem secundum iuris ordinem exercere.* a. 317—319?

*c. 2 et 3 desiderantur* [2]).

4 [3]) [IDEM A. AD MAXIMVM PV.] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

1 . . . uxisset, eorum omnium iudicio fieret copia. Quod quidam [*ita*] interpretati sunt, ut contractis in litem omnibus et adser[*tio*]nibus iam ordinatis et profligatis exactisque paene iudiciis, si [*cu*]i earum personarum, quae in quaestione sunt, partus accidis[*se*]t, quasi accessione
2 absentiae necessariae spectataeque [*pe*]rsonae nouari tempora iuris esse adfirment. [4]) Sed cum ali[*ud*] sit abesse, aliud necdum natum esse, placuit eos qui nas[cu]ntur matrum condicionibus et iure [5]) uti, quarum mox uisce[ri]bus exponuntur, neque ideo, quod natus quidam est, tem-
3 pora [*iu*]dicii renouari [6]). [4]) Ante litem uero nati suo omnes nomine in [*qu*]aestionem uocentur, quoniam hos solos, qui in lite nati [er]unt, omnem fortunam matrum conplecti oportet et [au]t iustis tradi dominis aut libertate frui cum lucis auc[to]ribus, cum eorum nulla propria ueriorue possit esse defen[*si*]o quam matrum [7]). DAT. PRID. ID. IVN. SIRMIO PROBIANO ET IVLIANO CONSS. a. 322

5 [IDEM A. A]D MAXIMVM PV. Si quis libertate utentes eiusque conpotes [in]opinatos in discrimen ingenuitatis adducat, si eos for[te] adsertio defecerit, circumductio praebeatur, adserto[re]m quaeri titulo per litteras indicante, ne causa per [si]lentium ignoretur uel absurde etiam proclametur, ut [q]ui comperissent uellent adserere uel cunctantes etiam [c]ogerentur,
1 ne, si adsertor defuerit, uincti multis eos sci[e]ntibus liberos a dominis ducantur. Ideoque sancimus, si quis [ad]sertoris inops atque ignotus circumlustratis prouin[ci]ae populis desertus, tradatur ei, qui seruum dixerit, non [in]fracta, sed dilata libertate; adsertore inuento uires

---

*T* (*incipit u.* 20: *uncinis* [ ] *inclusa perierunt*) *et ad* 8 *r. c.* 5 *Br. NME*): 9, 1 *supplet Iust.* 7, 19, 7

[1]) *Iust.* 7, 16 [2]) *altera earum fortasse citatur in c.* 7 [3]) *de numeris c.* 4 et 5 *constat ex T* [4]) § 2. 3 = *Iust.* 7, 16, 42 [5]) et iure *om. Iust.* [6]) neque . . . renouari *om. Iust.* [7]) cum . . . matrum *om. Iust.*

---

5 ac] *Iust.* (*M*a *cum Graecis*), at *Iust.* (*CRM*b) 11 alia] *Iust.* (*Graeci*), aliqua *Iust.* (*Lat.*) 12 subministrentur *Iust.* (*Lat.*) 18 idem . . . pu. *Iust.* 20 uxisset *uel* ixisset *T* quidem *T*a 21 ordinati sed *T* 23 absentiae] *T*b, substantia *T*a adfirmant *T*a 27 lite] *Iust.* (*CM*), litem *T Iust.* (*PLR*) omnem] *Iust.*, in omnem *T* 28 cum lucis auctoribus frui *Iust.* 29 iun.] *T*, iul. *Iust.* (*PL*) 31 idem] imp. constantinus *Br.* pu.] ppm. *NE* libertates *N*, libertatem *ME* utentis *E* cuiusque *T* inopinatos] *M*b *M* E*, inopinatus *TNM*a 32 eos] in eos *M* adsertio] ad seruiti* (—um *E*b) *E* 33 indicantes *T* causas *NM* silentium] se litigio *N* 34 conperisse *M* 35 ne si] *M*, nisi *TNE* a] in *N* dominos *T* 36 adsertoris] *TO*, adsertores *NE*, ab adsertore *M* inopes *E* ignatus *T*a, ignotos *E*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

[r]ecolligat et suis renouatis defensionibus resistat in iu[di]cio possessoris iure priuilegiisque
1a subnixus, quamquam [d]e domo illius processerit. Neque enim illa possessio est [in] tempus accepti, sed expectatio adsertoris in tempo[re] non repperti, ita ut, si instaurata lite restitutisque in [su]a iura partibus pro libertate fuerit lata sententia, iniuri[ae] inpudentiaeque causa aduersarius pari numero seruorum [m]ultetur, quot erunt, qui in seruitutem petiti sunt; his
2 uero non [co]ndemnatur, qui in ipsa fuerint lite progeniti. Quod si quis an[te] adsertorem repertum uel ante sententiam fuerit mor[tu]us, heredibus causam status probantibus multaticius ser[uu]s tradetur: et heredes eius, qui libertatem temera[b]at, si inplacabilem animum indicant, eadem maneat mancipiorum lex atque condicio: si liberos sinent, quos clausos rep-
3 pere[rint], occidunt cum personis delicta. Minorum defensores eadem manebit mancipiorum
4 multa ac iudicio his quos de[fen]derant reposcentibus rei male gestae dabitur aestimat[io. Cum] id proprio periculo fecerit adsertor, ut rem saluam f[ore] promittit, ita satis accipiat de
5 multae redhibitione. L[iber]tatem uictis hostibus uictorum dominatio abstulit; lege[s ue]ro iniuriosos poena adficiunt et fama spoliant, dictu[m]que iurgio in aduersarium inmodestius iactatum pe[tu]lantiusque fusum poenam subire cogitur: atque non erit in[pu]nita labefactatio
6 adque oppugnatio libertatis, quae in conuic[tis] quoque punitur. Iniustum est *autem* alienum ad [1]) seruum rece[pis]se, et alterius serui abductione condemnatur. DAT. XIII K. A[VG.] SIR(MIO) PROBIANO ET IVLIANO CONSS. a. 322

INTERPRETATIO. Si aliquis in libertate positum ad seruitium conetur adducere, iube*tur* pulsatus ex ordinatione iudicis per populos et per publicum duci, ut defensorem sui status inueniat et inuentum assertorem per chartam petat a iudice, ne silentio ingenuitatis opprimatur. Quod si aut ipse sibi adesse aut assertorum non potuerit inuenire, tradatur domino repetenti ad seruitium, non ad poenale supplicium, ita ut non per hanc traditionem ex integro spem libertatis amittat, nisi cum habuerit locum, inuento assertore libertatis suae statum asserat legibus audiendus. Quod si tali ordine reparata lite qui pulsantur ingenuos se esse docuerint, tunc ille, a quo ingenuitas iniuste fuerit adpetita, tot mancipia his, quos ad seruitutem uocabat, eius aetatis et sexus dare cogatur, illis in condemnatione non adnumerandis, qui, dum causa trahitur, in lite nati esse probantur. Quod si ex his, qui ad seruitutem uocantur, dum per assertorem requirendum aut aliam occasionem causa protrahitur, aliqui moriuntur et heredes eorum statum ingenuitatis obtinuerint, pro illius persona, quae in lite mortua est, heredibus suis eius compensatio, sicut et pro uiuis, a pulsante reddenda est. Si uero ille moriatur, qui liberos conabatur addicere, et filios aut heredes dimittat, si persequi uoluerint causam, quam pater aut auctor incoauerat, et uicti fuerint, ad supra scriptam satisfactionem tenendi sunt, ut alia tot mancipia male pulsatis satisfaciant. Si uero agere uoluerint nec persequi eos temptauerint, sed etiam in custodiam ab auctore redactos absoluerint, erunt a multae condemnatione securi, quia non in auctoris sui uitium perstiterunt. Quod si forte minores sint et tutor eorum uel curator causas eorum aduersus ingenuitatem prosequi uelit et fuerit superatus, ipse de propria facultate ad satisfactionem tenendus est. Si uero post secundam reparationem assertor inuentus periculo suo addicti causam crediderit replicandam, ut, si uincatur, peculium aut seruitia susceptorum uel ipsos reddere debeat, similiter et ille qui pulsat dato fideiussore promittat se praedictum numerum uel meritum mancipiorum, uel quod ab his in peculio reposcit, satisfaciat, cum fuerit superatus.

*T* (*uncinis* [ ] *inclusa perierunt*) *Br.* (*NME et inde a. u.* 35 erunt *G*)

[1]) ad se?

1 recolligant *N* possessores *NE* 2 subnixus] *TO*, subnexos $E^b$, subnexus $NME^a$ de (*e *T*) domo] *TO*, e domo *N*, et domo $E^a$, et a domo $E^b$, et homo *M* processerint *E* ulla *N* 3 acceptis *TE* adsertores $T^a N$ repeti *M* restitutis qui *E* 4 iure *E* 5 quot] quod $T^a NME$, quotquot $T^b$ erant *NE* qui] cui *N* seruitute *TN* his] *T*, hi *M*, hii *NE* 6 condemnantur *ME*, condemnentur *N* fuerit *T* adsertore *M* 7 multati cuius *N* 8 tradetur] *TN*, traditur *ME* eius *bis* $T^a$ temerabant *E*, erabat *N* si] sii *T* 9 indicant] $NE^t$, indicante *T*, inducant $ME^v$ si *om. N* clauso $T^a$, clausus *N* reppererino *N* 10 occidant *Br.* delecta *M* defensorum *T* 11 his quos] qui his *T* debetur *E*, debitor *N* 12 fecerint *TE* salua *M* fore] forte *E* 13 multa *M* redhibitionem *TE* legis *ME* iniuriosus *NE* 14 poenam *E*, poenae *NM* adfaciunt *T* iurgio] *M*, iurgium *NE*, in iurgio *T* 15 petulantibus quae *N* poena *N* cogetur *NM**, cogeretur *M* atque . . . labefactatio *om. N* non erit] nouerit *E* 16 conuiciis *Seeck* autem alienum] *edd.*, autem alienus (—nos *E*) *libri* 17 recepisset *T*, percepisse *N* condemnatus *ME* XIIII *E* 18 probino et iuuino *N* 19 iubet *libri* 20 pulsatus] *ME*, pulsato *N* 21 inueniant *NE* 35 custodia *NME* redactus *NM*, reductus *E*



6 [1]) IDEM A. AD MAXIMVM PV. Libertati a maioribus tantum inpens[um] est, ut patribus, quibus ius uitae in liberos necisque potestas [per]missa est [2]), eripere libertatem non liceret.
1 Si quisquam mi[nor] uenundatus actum maior administrauit, quoniam min[oris] emptio scientiam non obligat, eum ad libertatem ueni[entem] emptionis actusque a maiore administrati
2 praescribtio non tenebit. Nec uero ille, qui aput quempiam pro seruo [edu]catus ac maior effectus uendenti ueluti domino adquieui[t ac]tuque administrato iam paene extremam relegit liberta[tem], quoniam neque maior effectus originem suam nouerat ne[que] eam, quam ignorauerat, uenditionis patiens deseruisse i[udi]candus est, minori similis eadem emptionis atque
3 actus ad[mi]nistrati praescribtione non alligabitur, sed utrique dabi[tur] adsertio. Paria etiam in libertinis erunt, qui quaestu quo[dam] in eandem rursus seruitutem relabuntur. Sed eoru[m] hac exceptione causa distinguenda est, ut, qui inpuber[es] intra annum quartum decimum manumissi ac deincep[s in] seruitio retenti ignorata libertate non utantur mai[ores]que uenundati actum gerant, ab adsertione non arceant[ur], cum illi aetati tributae libertatis ignoratio aut obliui[o] concessa est. Qui uero memoria firma uenditioni post [fac]tae non nescius in-
4 nectitur, huius legis beneficio car[ebit]. Et quoniam uicissim etiam ipsis, qui his rem commiseru[nt], medendum est [3]), si quisquam omnium, qui supra conpreh[en]si sunt [4]), in libertatem proclamauerit, id quod apud se es[se] eius qui se dominum dicit profitebitur, quoniam de eo
5 non dubitatur, reddi ac referri iudex protinus pronuntiabit. Quod uero petitur, si id [5]) fuerit negatione controuersum [6]), per cautionem adsertoris, ut alia lege [7]) conprehensum est [8]), conseruabitur ac petitio differetur, ut, si fuerit adprobata spoliata [9]) libertas [10]), gestarum rerum ab eodem ratio atque omne quod debebitur reposcatur, ut seruitute depulsa, qui pro domino quondam fuerat, habeat, quod ut seruo domini iure largitus est et quae ex earum rerum quaestu ac fructibus conciliata sunt *et* quae de furtiuis conpendiis obscure capta ac parata sunt, cum liberum esse non oporteat, quod apud seruum dominus peculii nomine collocauerat.
6 Ea uero, quae testamento uel donatione quaesita sunt aut quae ex earum rerum emolumentis

*T* (*deficit* 17 se es) *Br.* (*NMGE*)

[1]) pr. = *Iust.* 8, 46, 10 [2]) olim erat permissa *Iust.* [3]) § 4 (*inde a* si) — 7 = *Iust.* 7, 18, 3 [4]) quisquam . . . sunt] quis *Iust.* [5]) id *om. Iust.* [6]) dubium *Iust.* [7]) *non extat* [8]) adsertoris . . . est *om. Iust.* [9]) spoliata *om. Iust.* [10]) quoniam et ipsis qui his rem commiserunt medendum est *ins. Iust.*

1 a.] aa. *M* pu.] ppm. *NE*, pfo. urbis *G* libertati] libertate *N*, libertis *G* a *om.* $NG^a$ 2 quibus *om.* $G^a$ necisque] *TO*, nec hisque *MNE*, nec his quibus *G* licere *N* 3 si] sed si $G^b$, se** si $G^a$ quidquam *M* actuum *MG*, hactu *E* maiore *G* scientia *NE* 4 obligat *N* emptio *E*, eptionem *G* auctosque *N* (*Kr.*) auctoque *N* (*Mo.*) a] ad $T^a$ 5 perscriptio *E*, perscriptionem *G* non] non [—]catur (educatur?) *T* educatur *T*, edocatos *E* 6 uendenti] *NGE*, uendendi *T*, et uendenti *M* uelut *M* actoque *E* paenae $T^a$, poenae *NG* extremum *N* religit $GE^a$, elegit *N*, religet $E^b$ 7 nec *G* suam *om.* $G^a$ nouerit *NM* ignorabat *Br.* 8 uenditionem *MG* adseruisse $E^t$ eandem *M* emptiones *N* 9 administrante *G* perscriptione *E*, perscriptionem *G* allegabitur *TM*, obligabitur *N* utique *M*, utrisque *G* pari *GE*, patri *N* 10 orunt *N* quaesto *N* quondam *E* in eadem $T^a NG^a$, *om. E* rursum *M* relabuntur sed] relabitur sic *M* earum *T* 11 hec *E* inpuberis $E^a G^a$, inpuueris *N*, puberis $G^t$ infra *N* annos XIIII *G* 12 seruitium *G* ignorat *M* non] non ui *M* 13 gerunt $N^a$ ab (ad $T^a$) adsertione] aut adsertionem *N* sarceantur *N* cum] cui *N* libertates *N* ignoratio (—rantibus $G^t$) aut] ignorat ius *M* 14 obliuio *N*, abolitio *M* firmat *N* uenditione *NG* post facta *G*, perfectae *N* innectetur $NM^b$? 15 leges *N* qui his] quibus *G* rem *om. M* 16 supera $T^a$ libertate *NM* 17 proclamauerint *NGE* domino *N* profitetur *E* 18 pronuntiauit *NME* petitor $ME^b$ id] ad *G* 19 negatione] *Berol. Iust.*, negationem *G*, negotiatione *NME* controuersium *G*, controuertium *M*, controuersiam *N*, controuersia *E* cautione *N* assertores *NE* alia lege] aliut iuste *M* 20 differetur] *O Iust.*, differtur *MGE*, defertur *N* spoliata] *NE*, expoliata *G*, his propriata *M* 21 omnem *M*, hoc omne *N* debitur $NE^a$, debetur $GE^b$ depulsa] *NE Iust.*, repulsa *G*, depulsus *M* 22 quondam fuerat] quod fuerat commendatus *G* seruo] *E Iust.*, seruum *N*, seruus *MG* dominii *Iust.* 23 ac] a *E* et quae] *Iust.*, quae *libri* parta *ME* 24 liberum esse] *libri cum Iust.*: *fuitne* liberum sequi? (liberi *Mommsen*, apud liberum *Seeck*) 25 uel] *GE Iust.*, aut *NM* aut] ut *N* earundem *MG* rerum] rei *M*

7 empta confectaque sunt, eidem ingenuo deputentur. Quae tamen uniuersa exacto libertatis iudicio, quod a supra dictis rebus discernuntur, in sequestri esse oportet, ut his ab utroque deductis atque in medio iure locatis [1]) ad eorum proprietatem uterque contendat. DAT. XV KAL. IVN. THESSAL(ONICA) SEVERO ET RVFINO CONSS. a. 323

INTERPRETATIO. Minor uenditus si post uiginti et quinque aetatis suae annos iam maior effectus seruierit aut in rebus emptoris actor aut cuiuslibet rei ordinator fuerit constitutus, cum de ingenuitate sua proclamauerit, sine praeiudicio seruitii quod gesserit audiatur, nec hoc ei praeiudicium generet, quod eius, a quo emptus est, domum aut utilitatem in annis maioribus positus uisus est ordinasse. Hoc etiam de libertis lex haec praecipit custodiri, ut qui intra quattuordecim annos fuerint manumissi et actum in maiore aetate positi gesserint patronorum, libertati eorum actus non praeiudicet seruitutis, sed, cum uoluerint, suas aut de ingenuitate aut de libertinitate intra tempora legibus constituta proferant actiones. Sic etiam, si quis minor ingenuus a quolibet fuerit educatus et liberum esse se nesciens a nutritore distractus et actum uel utilitatem illius, a quo emptus est, ut seruus gesserit, priusquam triginta annorum praeiudicio teneatur, potestatem habeat reclamandi et quasi minor is, priusquam tempora suppleantur, amissam recipiat libertatem. Quidquid uero eis ille, a quo empti sunt, uel tradidit uel donauit uel quaecumque ex rei suae administratione profecit, totum retinendi ac reuocandi habeat potestatem. Si uero huiusmodi personis aliquid a quibuscumque aliis aut testamento aut donatione conlatum est, id solum sibi iam liberi uindicent: nam quod de re patroni libertus uel emptoris ingenuus, dum seruiret, profecit, libertati redditus libertus patrono, ingenuus emptori restituat. Ii uero, qui in annis maioribus constituti sunt, scientes se esse ingenuos uel libertos, si uendi adquieuerint, in ea, ad quam scientes sua uoluntate transeunt, seruitute permaneant.

7 IDEM A. AD BASSVM PPO. Legis [2]) promulgatio, quae per sedecim annos bona fide in libertate durantes contra eos qui inquietant praescriptione defendit, non opitulatur his, qui ex ancillis matribus et ingenuis patribus orti per id tempus in libertatis affectu cum parentibus perdurauerint, quando quidem nullo praecedente iusto legitimae possessionis initio usurpatio libertatis nuda iactetur, cum neque redemptio ex seruitute neque uicarii traditio seruuli uel peculii adsignatio ualeat demonstrari: qui tituli possint famulatus nexibus liberare eum qui conuenitur, si quo ex his genere usus in libertate esset per annos sedecim demoratus. Iure enim communi maternam condicionem natum sequi necesse est, ita ut, etsi herilem lectulum ancilla ascenderit, non liberorum domino, sed seruorum partum suscipiat. DAT. PRID. KAL. MART. BASSO ET ABLAVIO CONSS. a. 331

INTERPRETATIO. Lex aliquando fuerat promulgata, ut, si quis sedecim annos sine ulla molestia nullo repetente uel pulsante uixisset, postea in seruitium non ueniret. Sed hoc illis prodesse non poterit, quos de ingenuis patribus et colonis mulieribus uel ancillis constiterit procreatos, nisi forte patres eorum pro filiorum capite dominis, quorum ancillas in consortio habent, aut uicaria mancipia cum peculiis aut redemptionem status eorum soluerint. Si uero patres hoc se persoluisse non doceant, non poterunt condicionem matrum mutare aut mancipia dominis deperire, etiamsi de propriis dominis nascantur: nisi per manumissionem seruilem condicionem carere non possunt.

8 [3]) [*IDEM A.*] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [*Si post adsertionem*] defensionemque ordinatam alius in iudicium acciri petiuerit, adsertio quidem et defensio inter

*Br.* (*NMGE*): *c.* 8 *omissa in Br. extat in Vat. reg.* 520 *fol.* 94, *in quo antecedit* 11 *r.* 2. 3: *propter argumentum huic titulo restituta est a Cuiacio*

[1]) collocatis *Iust.* [2]) *Constantini? (Gothofredus)* [3]) *Gothofredus iungit* 5, 17, 1 (III k. Nou.)

1 que *om. E* quae] quod *N* (*Mo*) exactio *N* libertatis] *G Iust.* (*CRM*[b]), liberalitatis *NE Iust.* (*M*[a]), liberaliique *M* 2 quod] *NE*, quo *MM**[2], qui *G*, quae *Iust.* *om. M**[1]: quoad *Gothofredus* a] ad *N* (*Mo.*) discernantur *Iust.* sequestro *Iust.* ab] ad *N* 3 ad] ab *N* eorum] eadem *G* proprietate *E* contendat] *E Iust.*, contendant *N*, concedat *M*, concedant *G* 4 iun.] *Iust.* 8, 46, 10 (*V Hal.*), ian. *NE*, mart. *MG* 6 seruient] si s. *libri* 24 augg. *NE* ppoum. *G*, pm. *N*, ppm. *E* qui *G* per *om. E* annus *E*[a] fidei *N* 25 praescriptionem *N*, perscriptione *GE* defendi *MG*, defedit *E*[a] opitulantur *G* his] hii *M***G*, hi *M* 26 id] idem *GE* libertates *N* affectum *NG* 27 perdurarint *M* legitimo *E* possessiones *N* initio] integro *MG*[t] 28 ex] ad *M* 29 adsignatio] adsertio *M* famulatos *N*, pro famulatus *G* 30 quo] tuo *M* his] hii *E* libertatem *GE* esse *N*, et sint *G*[t] moratus *N*, demonstratur *G* 31 etsi] si *GE* herilem] heredem *N*, uirilem *GE* 32 dominum *G* partem *G* (*Mo.*) 33 ablauio] albino *E* 42 *supplementa sunt Cuiacii* 43 alios *Vat.*



omnes ordinetur, ipse uero tot mancipia, quot petebat, fisco cogatur inferre. Quod si adsertor defecerit, uel praedictam multam agnoscat uel, si per inopiam id implere non possit, in metallum detrudetur: eadem circa minorum defensores, cum liberalis causa agitur, forma seruanda. ET CETERA. DAT. VII K. NOVEMB. CONSTANTINOPOLI PACATIANO ET HILARIANO 4 CONSS. a. 332

INTERPRETATIO. Si post adsertionem defensionemque dispositam alius in iudicium, qui se dominum dicit, petierit exhiberi, inter omnes quidem ordinabitur adsertio, sed ipse ad certam poenam tenebitur. Idem est in adsertore uel defensoribus minorum.

9 [1]) IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. RVFINO PPO. Si cui super statu suo quaestio moueatur, qui diuturno tempore, hoc est per uiginti annorum spatia, in libertatis possessione durauit, uel quem asserant suffragia munerum et priuilegia meritorum [2]), quiue his praesentibus, qui dominos se esse contendunt, in hominum erit celebritate uersatus, nulla ei dandi assertoris necessitas inponatur, sed liber adsistat et statum suum ipse tueatur, calumniantem repellat, redarguat persequentem, ne fluctuet dubius, si de alieno necesse ha-
1 bebit pendere fastidio. De aliis uero, quos nec honor aliquis nec superscriptione praedicti temporis [3]) priuilegium militare defendit, antiqui iuris forma seruetur. DAT. VII KAL. OCTOB. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

INTERPRETATIO. Qui uiginti annos non occulte, sed publice in libertate durauerint et aliquid officii uel militiae praesente et tacente petitore gesserint, assertorem quaerendi eos necessitas non manebit, sed ipsi per se, si uoluerint, aduersus petitorem, quod libertati eorum conpetit, exequentur. circa alios uero, qui nescientibus dominis latuerunt, prioris legis ordo seruabitur.

## [X (*Br.* VIIII)] DE HIS QVI NON A DOMINO MANVMISSI SVNT [4])

1 [5]) IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM. Si non a dominis libertas detur mancipio alieno, si quidem ab his iudicibus impetrabitur, quibus dandi ius est, sine ulla trepidatione poenae
1 facilis dissolutio est. Si uero iubentibus nobis quicquam lege actum esse doceatur et non dominus, ut alienum mancipium manumitteretur, petisse [6]), tunc eodem, qui in conspectu nostro libertatem monstrabitur consecutus, ei protinus, ad cuius proprietatem pertinet, restituto is, qui mancipium alienum fallendo principis conscientiam manumisit, mancipia duo cogatur domino eius dare, cuiusmodi sexus aetatis atque artis constiterit esse manumissum, et
2 alia tria *fisco* eademque ratione similia. Quae multa non semper inponitur, sed potius conquiescit, si forte manumissus inferentem sibi quaestionem status obiecta legitima praescriptione

*Br.* (*NMGE*): *de* 9, 8 *cf. ad p.* 138

[1]) *iunge* 2, 12, 5. 4, 3, 1. 11, 30, 52 [2]) emeritorum *Mommsen* [3]) nec praescriptio p. temporis nec *Gothofredus* [4]) *Iust.* 7, 10 [5]) = *Iust.* 7, 10, 7 [6]) probetur *ins. Iust.*

1 adsertori *Vat.* 2 praedictum *Vat.* 4 k.] *Vat.* (*Cuiacius Mo.*), id. *Vat.* (*Huelsen*) 6 alios *V* 7 quidem] *Cuiacius*, quod *Vat.* sed] *Vat.*[2], s (*sic*) *Vat.* 8 est] *Vat. teste Huelsen*, et *Cui.* 9 ad rufino (—num *G*[2]) *G* si cui] sicuti *N* 10 statum suum *G* 11 libertates *N* quem] cum *M* adserans *N*, asserunt *G* 12 quiue] *E*, qui uel *NM*, quia uel *G* dominus *N* tendunt *M* dominum *N* erit] enim *MG* celebritatem *NM* 13 ulla *M* adsertores *N*, assertionis *MG*[v] 14 ne] nec *G* fluctuit *E*[a] dubio *N* si de] siue *E*, idem *G*[t] alieno] alio *ME* 15 suprascriptione *N*, superscriptio nec *G*, sub praescriptionem *E*, prescriptione *O* 16 militare] meditare *G* antique *N* VII] V *G*, IIII *H? cum iungendis* 17 constantinopolim *G* thedore *G*[a], theodoro *G*[b] III *om. E* 22 non a] a non *M*[b]*M** *cum Iust.* (*praeter S*), non *om. M*[a] 24 constanus *G* bassum] b. ppo. *NE*: *fuit pu.* domnis *G* 25 dandi] damni *N* 26 est] est et *N* 27 alienum manc. ut *N* petisse] se p. *E* 28 libertate *M* (*non M**) *E* ei] et *N* restituta *G* 29 conscientia *NG* 30 dare] de re *N* huiusmodi *NG* aetates atque artes *N* constiterit] ut c. *G* 31 fisco] *O Iust.*, *om. NMGE* que *om. Iust.* inponetur *N* 32 inferentem] in parentem *M* statutus *N* perscriptione *GE*

potuerit excludere, cum sibi amissi mancipii damna debeat inputare, qui in perniciem suam gesta taciturnitate firmauerit. PP. ID. IVL. CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

INTERPRETATIO. Si aliquis mancipium manumittere praesumpserit alienum et id sub praesentia principis uel in ecclesia fecerit, hac poena tenebitur, ut et manumissus a domino reuocetur et alia duo mancipia eiusdem aetatis aut sexus aut certe artificii, quod ille qui est manumissus scierit, dare cogatur. Si uero ille qui manumissus dicitur repetentem dominum sub hac praesciptione superauerit, ut iam firmitatem status sui temporibus tueatur, tunc ille qui manumisit non est constringendus ad poenam, dum ille qui repetit praeiudicium dominii sui incurrerit aut taciturnitate nutrierit.

## [XI (*Br.* X)] DE LIBERTIS ET EORVM LIBERIS[1]

1a IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM PV. *Si manumissus ingratus circa patronum suum extiterit et quadam iactantia uel contumacia ceruices aduersus eum erexerit aut leuis offensae contraxerit culpam, a patronis rursus sub imperia dicionemque mittatur*[2], *si in iudicio uel apud pedaneos iudices patroni querella exserta ingratum eum ostendat: filiis etiam qui postea nati fuerint seruituris, quoniam illis delicta parentum non nocent, quos tunc ortos esse con-*
1 *stiterit, dum libertate illi potirentur. Sane si is, qui in nostro consilio uindicta liberatus est, post coercitionem ex paenitentia dignum se praestiterit, ut ei ciuitas Romana reddatur, non prius fruetur beneficio libertatis, quam si hoc patronus eius oblatis precibus impetrauerit.* PP. ID. APRIL. ROMAE CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS. a. 326

1 [3]*IDEM* A. AD CONCILIVM BYZACENORVM. Libertis ingratis in tantum iura aduersa sunt, ut, si[4]) quadam iactantia uel contumacia ceruices[5]) erexerint aut leuis offensae contraxerint culpam, a patronis rursus sub imperia dicionemque mittantur[6]). DAT. VI KAL. AVG. COLONIAE AGRIPPINAE[7]) PACATIANO ET HILARIANO CONSS. a. 332?

INTERPRETATIO. Quaecumque persona seruilis a domino suo fuerit consecuta libertatem, si postea superbire coeperit aut patronum, id est manumissorem suum, laeserit, amissa libertate, quam meruit, in seruitium reuocatur.

2 [8]) IMPP. HONORIVS *ET* THEODOSIVS AA. CONSVLIBVS PRAETORIBVS TRIBVNIS PLEBIS SENATVI SVO SALVTEM DICVNT. POST ALIA: Liberti non modo aduersus patronos non audientur, uerum etiam eandem quam patronis ipsis reuerentiam praestent heredibus patronorum, quibus ingrati actio sic ut ipsis manumissoribus deferetur, si illi datae sibi libertatis immemores ne-
1 quitiam receperint seruilis ingenii. Quod si delatores accusatoresue[9]) manumissorum heredumue esse praesumpserint, eodem quo serui supplicio tenebuntur, luituri poenas ante adhibitae[10]) delationis exordium. ET CETERA. DAT. VIII ID. AVG. RAVENNA ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

---

*Br.* (*NMGE*) *et ad* 11 *r. Vatic. reg.* 520: 11, 1a *supplet Iust.* 6, 7, 2

1) *Iust.* 6, 7  2) *uerba* 12 quadam ... 13 mittatur *ex c.* 1 *a Iustinianis uidentur inserta esse*  3) *Iust.* 6, 7, 2: *iunge* 2, 19, 3  4) Si manumissus ingratus aduersus patronum suum extiterit et *Iust., cf. not.* 2  5) aduersus eum *ins. Iust.*  6) mittatur *Iust.*  7) *cf. ad* 2, 19, 3  8) *pr.* = *Iust.* 6, 7, 3: § 1 = *Iust.* 9, 1, 21: *de iungendis cf. ad* 1, 6, 11  9) Liberti si accusatores *Iust.*  10) prohibitae *Iust.*

---

1 amissa *G*  2 pp. id.] dat. pri. id. *G* constantinopol' *G*  v] II *G, om. NE*  lacinio *N*, iuliano *E*  c. *om. MGE*  10 XI] XXXV *Vat. reg. ad c.* 2, *quem numerum non ad Th. pertinere apparet ex numero tituli XIIII in T tradito*  liberis] moribus *M*  20 idem] imp. constantinus *Br.*  bezacenorum *N*, byzatinorum *E*, bizacinorum *M*, bizani cinorum *G*  ingratis *om. N*  21 leues *N*, leui *G*  offensa *M* G*  22 culpa *N*  patronos *Ga*  rursum *MG Iust.* (*CRM*) imperio ditionemque *Iust.* (*V*), imperii aditionemque (conditionemque *E*) *NE*  VI] V *M*G*  23 agriphinae *E*  pagatiano *N*  helariano *N*, hilariono *G*: *cf. ad* 2, 19, 3  conss.] cc. *E*  27 et *om. Vat.*  28 non modo adu. patr. non] *Iust.*, a. p. non modo (*om. altero* non) *Vat.*  30 ingratis *Iust.*  31 ingenui *Vat.* dilatores *Vat.*  32 luitur *Vat.*  33 dilationis *Vat.*  VIII] VII *Iust.*  34 mariano *Vat.*



INTERPRETATIO. Libertos non solum contra patronos, *sed et* contra patroni audiendos heredes *non esse:* ingratos etiam ab heredibus in seruitutem reuocari: delatores etiam contra patronorum heredes, antequam audiantur, puniendos.

3 [1]) IMPP. THEODOSIVS *ET* VALENTINIANVS AA. BASSO PPO. POST ALIA: Libertinae condicionis homines numquam ad honores uel palatinam adspirare militiam permittimus. Sane hanc
1 distinctionem uolumus custodiri, ut ex manumissis nati ad locum usque proximum protectoris licitum[2]) nullatenus adire mereantur ita, ut patronis patronorumue heredibus reuerentiae
2 priuilegia conseruentur. Nam si militantes etiam[3]) docebuntur ingrati, ad seruitutis nexum
3 procul dubio reducentur. Ipsos uero, qui manumissi sunt, nulla ratione ad ullum quamuis humilis militiae locum sinimus admitti. DAT. III KAL. APRIL. RAVENNA THEODOSIO A. XII ET VALENTINIANO A. II CONSS. a. 426

INTERPRETATIO. Libertos ad nullos honores militiamque adspirare: eorum filios ingenuos usque ad protectoris locum posse conscendere: etiam militantes ingratos in seruitutem reuocari.

## [XII (*Mo.* XI *Haenel* XIII)] DE LONGI TEMPORIS PRAESCRIPTIONE[4])

1a [5]) IMP. CONSTANTINVS A. AD MATERNVM. *Nemo ambigit possessionis duplicem esse rationem, aliam quae iure consistit, aliam quae corpore, utramque autem ita demum esse legitimam, cum omnium aduersariorum silentio ac taciturnitate firmetur: interpellatione uero et controuersia progressa non posse eum intellegi possessorem, qui, licet corpore teneat, tamen ex interposita contestatione et causa in iudicium deducta super iure possessionis uacillet ac dubitet.* PP. XI K. FEBR. TRIVERIS VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS. a. 314

1 IDEM A. AD VETTIVM RVFINVM PV. Ex donatione principum aut quocumque modo rem ad fiscum pertinentem usque ad nostra decennalia sine aliqua interpellatione pos[*sidente*]s (secundum ius enim haec intellegitur esse possessio) securi possideant. PP. X K. IANVAR. ROMAE SABINO ET RVFINO CONSS. a. 316

2 IMPP. CONSTANT*I*VS ET CONSTANS AA. ARGYRIO PRAESIDI. Annorum quadraginta praescriptio, quam uetustatem leges ac iura nuncupare uoluerunt, admittenda non est, cum actio personalis intenditur. Quare in praesenti et in ceteris causis id potissimum seruabis atque custodies, nisi[6]) iure ueteri comprehensum sit actionem, quae mouetur, propter uetustatem non debere moueri. Sed quamuis actio pecuniae postulatae exceptione temporis non finiatur, iudex tamen debet inspicere, quae temporis interuallo nullis iustis causis existentibus fluxerint, et instrumenti uetustatem, ut diligentius his consideratis ex officio iudicantis, quid pronuntiari super huiusmodi actionibus oportebit, aestimetur. DAT. X KAL. IVL. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS. a. 349

INTERPRETATIO. Quamuis in debito longi tem . . . . . . . . . . . . . . . . .

---

*Vat. reg.* 520 *ad* 12, 2: 12, 1a *restitui ex Iust.* 7, 32, 10

1) § 2 = *Iust.* 6, 7, 4: *iungenda* 4, 6, 7?  2) his *ins. Gothofredus*  3) Libertinae condicionis homines uel eorum filii si *Iust.*  4) *cf. Iust.* 7, 33  5) *uidetur pars fuisse constitutionis ab Iustinianis mutilatae*  6) etsi *Mommsen*

---

1 sed et] *Cuiacius*, non *Vat.*  2 non esse] *Cuiacius*, *om. Vat.*  ingratus *Vat.*  seruituti reuocare dilatores *Vat.*  4 et *om. Vat.*  5 han[c distinc]tione *Vat.*  6 proximum] proximi uel *Seeck*  7 audire *Vat.*  9 producentur *Iust.* (*Lat.*)  10 theod. a. XI et ual. aa. *Iust.* (*Hal.*)  13 seruitute reuoca audire *Vat.*  14 XII] [—]VI (XXXVI?) *Vat., cf. ad p.* 140, 10: XIII *Haenel*  16 *unam pluresue Constantini constitutiones desiderari colligitur ex inscriptione c.* 1  22 a.] aa. *Vat.*  principium *Vat.*  23 sidentes *perierunt in folio lacero*  24 k.] kl. *Vat.*, id *Cuiacius*  ian.] *prid. non. Aug. Rufino successit Bassus*  25 sabano *Vat.*  26 constantinus *Vat.*  27 uetustatem leges] *Cuiacius*, uetustas legum *Vat.*  hac *Vat.*  31 fluxerunt *Vat.*  33 catulino *Vat.*  35 tem[poris praescriptio locum non habeat]?

3 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD VOLVSIANVM PV. *Male agitur cum dominis praediorum, si tanta precario possidentibus praerogatiua defertur, ut eos post quadraginta annorum spatia qualibet ratione decursa inquietare non liceat, cum lex Constantiniana iubeat ab his possessionis initium non requiri, qui sibi potius quam alteri possederunt, eos autem possessores non conuenit appellari, qui ita tenent, ut ob hoc ipsum solitam debeant praestare*
1 *mercedem. Nemo igitur, qui ad possessionem conductor accedit, diu alienas res tenendo ius sibi proprietatis usurpet, ne cogantur domini aut amittere quod locauerunt aut conductores utiles sibi fortassis excludere aut annis omnibus super dominio suo publice protestari.* D. VIIII K. AVG. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

4 [1]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PROBO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. *Ius emphyteutici praedii, quod sine obligationis uinculo retentatum est, nostro iudicio immutabile perdurare praecipimus: possessionem autem, quae sine obligatione speciali fuerit uitiosa, uetustate temporis uolumus adiuuari.* D. ID. APRIL. RAVENNAE HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

## [XIII] AD SENATVS CONSVLTVM CLAVDIANVM[2])

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD PROBVM. Si quae mulieres liberae uel a seruis uel a quolibet alio uim perpessae contra uoluntatem suam seruilis condicionis hominibus iunctae sint, com-
1 petenti legum seueritate uindictam consequantur. Si qua autem mulier suae sit immemor honestatis, libertatem amittat atque eius filii serui sint domini, cuius se contubernio coniunxit. Quam legem et de praeterito custodiri oportet. PP. KAL. APRIL. VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS. a. 314

INTERPRETATIO. Per uim contra uoluntatem seruo iuncta alieno et uindictam consequitur. Si uero sponte, fit ancilla et eius filii serui sunt.

2 [*IDEM A.* . . . . . .] DAT. V KAL. FEB. GALLICANO ET BASSO CONSS. a. 317

INTERPRETATIO. Septem testibus ciuibus Romanis praesentibus tertio ex senat*us* consulto Claudiano denuntiandum.

3 [3]) IDEM A. AD POPVLVM. Cum ius uetus ingenuas fiscalium seruorum contubernio coniunctas ad decoctionem natalium cogat, nulla uel ignorant*i*ae uenia tributa uel aetati, placet coniunctionum quidem talium uincula uitari: sin uero mulier ingenua uel ignara uel etiam uolens cum seruo fiscali conuenerit, n*u*llum eam ingenui status damnum sustinere, subolem uero, quae patre seruo fiscali, matre nascetur ingenua, mediam tenere fortunam, ut seruorum liberi et spurii liberorum[4]) Latini sint, qui, licet seruitutis necessitate soluantur, patroni
1 tamen priuilegio tenebuntur. Quod ius et in fiscalibus seruis et in patrimoniorum[5]) fundorum originì cohercentes et ad enfyte*u*ticaria praedia et quae[6]) ad priuatarum rerum nostrarum
2 corpora pertinent, seruari uolumus. Nihil enim[7]) rebus publicis ex antiquo iure detrahimus nec ad consortium huius legis uolumus urbium quarum*cum*que seruitia copulamus[8]): ut ciui-
3 tates integram teneant nec[9]) interdicti ueteris potestatem. Si[10]) uel error improuidus uel

*Vat. reg.* 520: 12, 3 *supplet Iust.* 7, 39, 2: 12, 4 *supplet Iust.* 11, 62, 11: *f.* 95

1) *ante* 11, 4 *fortasse* 10, 1, 15 *aeque geminata erat atque in Iust.* 11, 67, 2 *in* 7, 38, 3 2) *cf. Iust.* 7, 24 3) *de iungendis cf. ad* 3, 2, 1 4) liberi et liberarum spurii *Mommsen* 5) patrimonialium *Gothofredus* 6) cohaerentibus, item quae ad enf. praedia et? 7) enimuero? 8) copulari *Haenel* 9) nec *delet Cuiacius*, nec imminutam *Mommsen* 10) uero *ins.*

15 XIII] *numerum XIIII, qui in margine codicis T legitur, ad sequentem titulum pertinere et ante eum numerum XIII resectum huic titulo restituendum esse ex consuetudine librarii constat: cf. apographum codicis T p.* 5 *n.* 5 senatum *Vat.* 17 perpensa *Vat.* 18 seueritatem *Vat.* 19 ammittat *Vat.* 20 uolosiano et aniano *Vat.* 24 *inscriptionem et contextum constitutionis om. Vat.* 25 senato *Vat.* 28 ignorantiae] *Cuiacius*, ignorante *Vat.* 30 nallam *Vat.* 34 enfitecaria *Vat.* 36 quarumque *Vat.*



simplex ignorantia uel aetatis infirm*ae* lapsus in has contubernii plagas depulerit, haec nostris sanctionibus sint excepta. DAT. VI K. SEPT. SERDICAE CONSTANTINO A. VII[1]) ET CONSTANTIO C. CONSS. a. 326 (320)

INTERPRETATIO. Ingenua, qu*ae* se fiscali seruo iunxerit, siue sciens siue ignara, ipsa manebit libera; filii uero eius et Latini et spurii erunt, qui, quamuis liberi sint, iuri tamen obtingunt patronorum. Idem est et si seruo enfyteuticario *se* socia*ri*t ingenua uel patrimoniali aut ex priuata re principum; excepto iure rei publicae, qu*od* lex praesens uoluit conseruatum.

4(5) [*IDEM A.* Q]uaecumque mulierum post hanc legem serui contubernio [*se m*]iscuerit et non conuenta per denuntiationes, sicut ius sta[*tue*]bat antiquum[2]), statum libertatis amittat. DAT. PRID. NON. OCT. BASSO ET ABLABIO CONSS. a. 331

5(6) [IMP. I]VLIANVS A. SECVNDO PPO. Senatus consultum Claudianum fir[m]um esse censemus omnibus constitutionibus quae contra id latae [su]nt penitus infirmatis, ut libera mulier, siue procurato[r]i siue actori priuato siue alii cuilibet seruili con[dic]ione [pol]luto fuerit sociata, non aliter libertate amissa nexu con[dic]ionis deterrimae adstringatur, nisi trinis fuerit denun-
1 [tiat]ionibus ex iure pulsata. Quod quidem circa priuatas personas [con]uenit obseruari: nam eas mulieres, quae fiscalibus uel ciuita[tis s]eruis sociantur, ad huius sanctionis auctoritatem minime [pe]rtinere sancimus. DATA ET PP.[3]) IN FORO TRAIANI VIII ID. DEC. [MA]MERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

INTERPRETATIO. Senat*us* consulti Claudiani auctoritas confirmatur etiam circa eas, quae procurato*r*ibus et actoribus priuatorum iung*u*ntur, exceptis his, qu*ae* seruis fiscalibus uel ciuitatum sociantur.

6(7) [4]) [IMPP]P. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD SECVNDVM PPO. Si apud bi[di]nosam mulierem plus ualuit cupiditas quam libertas, ancil[la f]acta est non bello, non praemio, sed conubio, ita ut eius [filii iu]go seruitutis subiaceant. Manifestum est enim an[cil]lam esse uoluisse eam, quam liberam esse paenituit. DAT. [PR]ID. NON. APRIL. TRIV(ERIS) GRATIANO NP. ET DAGALAIFO CONSS. a. 366

INTERPRETATIO. Si mulier ex contubernio serui fiat ancilla, filii quoque eius serui erunt.

7(8) [IM]PP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD ANATOLIVM PPO. ILLYRICI. Cuncti prouinciales agnoscant, nisi trinis denuntiationibus liberae feminae seruorum consortiis arceantur, nullo modo posse eas ad seruitium detineri. DAT. NON. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

INTERPRETATIO. Sine trina denuntiatione mulier seruo iuncta non fit ancilla.

## XIIII (*Br.* XI *Mo.* XIII) DE VECTIGALIBVS ET COMMISSIS[5])

1 [6]) [IMP.] CONSTANTINVS A. AD IVNIVM RVFVM CONSVLAREM AEMILI[AE]. Penes illum uectigalia manere oportet, qui superior in li[cit]atione extiterit, ita ut non minus quam triennii

*Vat. reg.* 520 *ad* 13, 3. 5—7 (*om. c.* 4): *T* (*incipit u.* 2 [V]I k.): *Br.* (*NMGE*) *ad* 14 *r.* 1

1) *sic et* 3, 2, 1?, VI (*a.* 320) 8, 16, 1. 11, 7, 3 2) ab eo abscesserit *ins.* 3) *fuerit* data . . . pp. Romae 4) *ante c.* 6 *Cuiacius ex Consultatione* 9, 7 *Valentiniani constitutionem restituit, quam Consultationis auctor non ex hoc, sed ex Hermogeniano Codice descripsit nec huius Codicis esse ex T apparet* 5) *Iust.* 4, 61 6) *Iust.* 4, 61, 4

1 infirmo *Vat.* 2 sept.] *T*, feb. *Vat.* sirdice *Vat.* 3 c. *om. Vat.* 4 quae] qui *Vat.* 6 se sociarit] *Cuiacius*, sociaret *Vat.* 7 iure rei publicae quod] *Cuiacius*, iure pce quam *Vat.* 10 *editores subscriptionem c.* 3 *in T traditam ad deperditam ante c.* 4 *constitutionem: errorem sustulit Mommsen* 11 [i]ulius *T* secundo] II *Vat.* senatum *V* consultus *T* 12 mulier siue] mulieri sibe (siue *T*[b]) *T* 13 procurato***is siue *T* cuilibet] *Vat.*, quoslibet *T* 14 libertatem *T uel T*[a] denunciocionibus *Vat.* 16 sanctionibus *Vat.* auctoritate *T* 17 VIII] *T*, V *Vat.* martino et neuterio *Vat.* 20 iungent *Vat.* quae] qui *Vat.* 22 ualens] et u. *Vat.* 23 cupidas *T* an[cil]la *T* 25 treueris *Vat.* 26 dagaleiffo *Vat.* 28 ad *om. T* ppo.] *pf. T Vat.* illyrice *Vat.* 29 agnoscat *T uel T*[a] denuntiationibus *om. T* arceatur *T* 30 dat.] *T*, dat. II *Vat.* 31 eutichchiano *Vat.* 32 denunciacicione *Vat.* iunctam *Vat.* 34 rufinum *NMGE* consulibus *E* aemiliae] italiae *N* paenis *N*, poenis *T* 35 litigatione *N* tricennii *N*

fine locatio [co]ncludatur nec ullo modo interrumpatur tempus exi[gen]dis uectigalibus praestitutum. Quo peracto tempore licita[tio]num iura conductionumque recreari oportet ac simi[li m]odo aliis conlocari: capitali sententia subiugando, quem [plu]s aliquid quam statutum est a prouincialibus exegisse cons[tite]rit [1]). DAT. K. IVL. [CRISPO] II ET CONSTANTINO C. CONSS. a. 321

INTERPRETATIO. Vectigalia sunt, quae fisco uehiculorum subuectione praestantur, hoc est aut in litoreis locis nauibus aut per diuersa uehiculis merces deportant, cuius rei conductelam apud strenuas personas triennio esse praecipit, et continuo hanc exactionem aliis iterum permittendam, qui maiorem summam praestationis obtulerint. Ex qua conductione aut exactione si quis plus, quam praeceptum fuerit, exigere temptauerit, aut mercatorem uel prouincialem sub hac exactione grauare, periculo capitis se nouerit esse damnandum.

2 [2]) [IDEM A.] MENANDRO. Vniuersi prouinciales pro his rebus, quas ad u[*su*]m proprium uel ad fiscum inferunt uel exercendi ruris [gra]tia reuehunt, null*um* uectigal *a* stationariis exigantur. ea uero, quae extra praedictas causas uel negotiationis gratia [*portan*]tur, solitae praestationi subiugamus. DAT. III ID. IVL. [*CRISPO*] II ET CONSTANTINO CONSS. a. 321

3 IDEM A. MENANDRO. Rusticanos usibus propriis uel culturae ruris [*neces*]saria reuehentes uectigal exigi non sinimus [3]): capitali poe[na pro]posita stationariis et urbanis militibus et
1 Tertiis Augustan[*is* [4])], quo]rum auaritia id temptari firmatur. Pro ceteris autem [*rebus*], quas quaestus gratia conparant uendituri, solitum e[*os opor*]tet uectigal agnoscere. DAT. K. AVG. CRISPO II ET CONSTANTI[*NO CONSS.*] a. 321

3a IDEM A. AD FELICEM PPO. *Si prouincialium nostrorum querella de conductorum auiditate extiterit et probatum fuerit ultra uetustam consuetudinem et nostrae terminos iussionis aliquid eos profligasse, rei tanti criminis perpetuo exilio puniantur. Sub conspectibus autem tuis uel eorum, qui tuae grauitati succedunt, licitationis cura seruetur.* PP. VII ID. MART. CARTHAGINE. a. 333—336

4 [5]) IMP. CONSTANT*I*VS A. AD PROCLIANVM PROCONSVLEM AFRICAE. Praestatio [*uec*]tigalis maximam continens utilitatem tanta debet di[*ligen*]tia custodiri, ut adsiduis licitationibus sumat
1 augmentum. [*Gra*]uitas igitur tua uetusta*e* praestationis augmenta uiribus [*fisci*] de titulis uectigalium seruari iubebit. DAT. XIIII K. FEB. C[*ONSTANTINOPOLI*] CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO C. CONSS. a. 356?

5 IDEM A. AD MARTINIANVM VICARIVM AFRICAE. Diualibus iussis addimus f[*irmi*]tatem et uectigalium quartam prouincialibus et urbibus Af[*rica*]nis hac ratione concedimus, ut ex his moenia publica res[*tau*]rentur uel sarciend*is* tectis substantia ministretur. [. . .] EPISTVLA AD VC. VICARIVM PRID. ID. IVL. CILIO DATIANO ET CERE[*ALE CONSS.*] a. 358

6 [6]) IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD ARCHELAVM COMITEM ORIENTI[*S* [7])]. *Ex*] praestatione uectigalium nullius omnino nomine qu[ic]quam minuatur, quin octauas solite [8]) constitut*as* om[ne] hominum genus, quod commerciis uoluerit interess[e, de]pendat, nulla super hoc militarium [9]) exceptione faciend[a]. PP. BERYTO IIII K. FEB. POST CONS. VALENTINIANI ET VALENTIS *AA*. a. 366? 369? 371?

*T et Vat. reg.* 502 (*om. c.* 4): *ad c.* 1 *Br.* (*NMGE*): *c.* 3a *supplet Iust.* 4, 62, 4

[1]) capitali . . . constiterit *om. Iust.* [2]) *Iust.* 4, 61, 5 [3]) capitali . . . firmatur = *Iust.* 4, 61, 5 *extr.* [4]) Tertiis Augustanis] ceteris personis *Iust.* [5]) *fortasse iungenda est* 11, 36, 10: *utramque constitutionem ad a. 360 refert Mommsen* [6]) *Iust.* 4, 61, 7 [7]) com. sacrarum largitionum *Gothofredus* [8]) more solito *Iust.* [9]) personarum *ins. Iust.*

1 finem *E* exigendi *GE*, exigentes $N^a$ 2 quo] cum *M* licitatio non iura *N* conductionemque *ME*, conductio neque *N* recreari] segregari $G^t$ ac] *NE*, hac *T*, hanc *M*, ad hanc *G* 3 alios *G* conlocare *M* subiungando $N^a$, subiugandum *MGE* quem] quae *G* a *om. E* 4 prouinciales *M* crispo] crispo *MG* c. II] c. *T*, II *N*, *om. MGE* 7 praecepit *libri* 8 obtulerint] *E*, obtulerit *NMG* 10 prouincialis *T* 12 nullum uectigal a] *Iust.*, nulla uectigal *T* 13 praedictis $T^a$ 14 const. conss.] cons. *T* 15 rusticano *T* 25 constantinus *T* 25—27. 30—33 *hiatus codicis T expleuit Peyron* 26 constinens $T^a$ 27 uetustate *T* fisci *Vesme* 32 sarciendis] *Peyron*, sarcientibus *T* [data] epistula *Peyron*, [missa] epistula *Vesme*: accepta epistula a uc. uicario *Mommsen* 33 cilio] *cf. C. I. L.* VIII *p.* 33 36 constituos *T* 37 post conss. u. et u. aa. conss. *T*



alabarchia

7 IDEM AAA. AD CONSTANTIVM PROCONSVLEM AFRICAE. Ex reditibus rei publicae [*om*]niumque titulorum ad singulas quasque pertinentium c[*iuita*]tes duae partes totius pensionis ad largitiones nostras [*deue*]niant, tertia probabilibus ciuitatum deputetur expens[*is*. *DAT.*] VII ID. SEPT. MOGONTIACI [1]) POST CONSVLATVM GRATIANI A. III ET EQVITI *VC*. a. 375

8 [2]) IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. PALLADIO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. A legatis [gen]tium deuotarum ex his tantum speciebus, quas de locis p[ropriis], *unde* conueni*unt*, h*u*c deporta*nt*, octauari uectigal accipia[nt; quas] uero ex Romano solo, quae sunt tamen lege concessae, [ad pro]pria deferunt, has habeant a praestatione immunes ac l[iberas]. DAT. PRID. NON. IVL. CONSTANTINOPOLI. ACC. XII K. AVG. SYAGRIO ET EVCHERIO [CONSS.] a. 381

9 [3]) IDEM AAA. PALLADIO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. Ad uirum clarissimum Aegypti comitem litteras dedimus co[*mmitt*]entes, ut sciant [4]) usurpationem totius licentiae subm[*oueri circa uectigal alabarchiae per Aegyptum atque Augustamnicam constitutum, nihilque super traductione animalium, quae sine praebitione solita minime permittenda est, temerarie per licentiam uindicari concedimus*] a. 381?

10 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ANTHEMIO PP. *Vectigalia, quaecumque quaelibet ciuitates sibi ac suis curiis ad angustiarum suarum solacia quaesierunt, siue illa functionibus curialium ordinum profutura sunt seu quibuscumque aliis earundem ciuitatum usibus designantur, firma his atque ad habendum perpetua manere praecipimus neque ullam contrariam supplicantium super his molestiam formidari.* a. 405—407

11 IDEM AA. LAMPADIO PP. [4]) *Si quis sine persona mancipum, id est salinarum conductorum, sales emerit uendereue temptauerit, siue propria audacia siue nostro munitus oraculo, sales ipsi una cum eorum pretio mancipibus addicantur.* a. 405—407

12 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. GAISONI COMITI SACRARVM LARGITIONVM. *Quidquid contra uectigales largitionalium titulorum uel pragmaticis sacris uel adnotationibus fuerit elicitum, effectu et uiribus carere censemus.* D. VIIII K. OCT. RAVENNAE. a. 408—412

13 [5]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLAVIANO PP. *Exceptis his uectigalibus, quae ad sacrum patrimonium nostrum quocumque tempore peruenerunt, cetera rei publicae ciuitatum atque ordinum aestimatis dispendiis, quae pro publicis necessitatibus tolerare non desinunt, reseruentur, cum duas portiones aerario nostro conferri prisca institutio disposuerat: atque hanc tertiam iubemus adeo in dicione urbium municipumque consistere, ut proprii com-*
1 *pendii curam non in alieno potius quam in suo arbitrio nouerint constitutam. Designatae igitur consortium portionis eatenus iuri ordinum ciuitatumque obnoxium maneat, ut etiam locandi quanti sua interest licentiam sibi nouerint contributam.* a. 430—432

## [XV] (*Br.* XII *Mo.* XIIII) DE ACTIONIBVS CERTO TEMPORE FINIENDIS

1 [6]) IMP. THEODOSIVS A. [7]) ASCLEPIODOTO PPO. Sicut in rem speciales, ita ad uniuersi-

*T* (*desinit in* 145, 12 subm): *c.* 9 *extr.* c. 10—13 *supplet Iust.* 4, 61, 9—13: *ad* 15 *Br.* (*NMGE*)

[1]) Mogontiaci *ducit ad a.* 377, *periit dies, quo lex proposita est* (*Seeck Regesten* 86) [2]) *Iust.* 4, 61, 8: *iunge* 10, 25, 2 [3]) *Iust.* 4, 61, 9, *unde finis constitutionis suppletus est* [4]) pp. *del. uel* Palladio ppo. (*cf.* 12, 9, 2) *scr.* [5]) *iungenda* 11, 1, 36 (*a.* 431) [6]) *Iust.* 7, 39, 3 [7]) impp. Honorius et Theodosius AA. *Iust.*

1—3 *hiatus expleuit Peyron* 2 [perue]niant *Vesme* 4 mobontiaci *T* uc.] uc. conss. *T* 6 propriis unde conueniunt huc deportant] *Iust.*, pro[—] conuenit ut hanc deportat (*om.* unde?) *T* 8 tame $T^a$ 9 prid. . . . acc. *om.* 10, 24, 2 12 co[mmit]tentes *Peyron* 18 sunt] *Iust.* (*R*), *om. Iust.* (*CM*) designantur] *Iust.* (*R*), destinantur *Iust.* (*CM*) 28 cetera] *Iust.* ($M^b$), ceterarum *Iust.* ($CRM^a$) 35 de . . . finiendis] de uectigalibus et commissis *G* 37 impp. honorius et theod. aa. *Iust.* ppo.] ppo. post alia *G* rem speciales (—lem *Iust.* $PLR^a$)] *Iust.*, rem speciale est *NE*, re speciali est *MG*

tatem [1]) ac personales actiones ultra triginta annorum spatium minime protendantur. Sed si
qua res uel ius aliquod postuletur uel persona qualicumque actione uel persecutione pulsetur,
nihilo minus erit agenti triginta annorum praescriptio metuenda: eodem etiam in eius ualente
persona, qui pignus uel hypothecam non a suo debitore, sed ab alio [2]) possidente nititur uin-
1 dicare. Nam petitio finium regundorum in eo scilicet, quo nunc est, iure durabit [3]). Quae
ergo ante non motae sunt actiones, triginta annorum iugi silentio, ex quo conpetere iure
coeperunt, uiuendi ulterius non habeant facultatem. Nec sufficiat precibus oblatis speciale
quoddam licet per adnotationem meruisse [4]) responsum uel etiam iudiciis allegasse, nisi allegato
1a sacro rescripto aut in iudicio postulatione deposita fuerit subsecuta [5]) conuentio. [6]) In eandem
rationem illis procul dubio recasuris, quae post litem contestatam, in iudicium actione de-
ducta habitoque inter partes de negotio principali conflictu, triginta denuo annorum deuoluto
2 curriculo tradita obliuioni et diuturno silentio conprobantur. Non sexus fragilitate, non ab-
sentia, non militia contra hanc legem defendenda, sed pupillari aetate dumtaxat, quamdiu [7])
sub tutoris defensione consistit, huic eximenda sanctioni. Nam cum ad eos annos peruenerit,
qui ad sollicitudinem pertinent curatoris, necessario ei similiter ut aliis annorum triginta inter-
3 ualla seruanda sunt. Hae autem actiones annis triginta continuis exstinguantur, quae per-
4 petuae uidebantur, non illae, quae antiquitus fixis [8]) temporibus limitantur. [9]) Annorum autem
curricula ita numerari conueniet, ut et illa in dimensionem tempora redigantur, quae ante
5 nostrae mansuetudinis sanctionem iugi taciturnitate fluxerunt. Verum ne qua otioso nimis ac
desidi querimonia relinquatur, ei, qui se fiducia perpetuitatis actionem non mouisse comme-
morat, decem post hanc legem annorum spatia continua superioribus addi praecipimus, ut, si
quidem ante sanctionem hac lege praefinitos annos decurrisse patuerit, praeter ea tempora,
quae manarunt, decem actori annorum spatia prorogentur, ita ut tempus illi hoc continuum
6 ex legis tempore numeretur. Quod si decem illi anni superesse uidebuntur aut amplius,
ulterius eum nihil desiderare conueniet, sed proprio labsu temporis decurrente ad triginta
usque consummationem debere suo spatio esse contentum; sin annos quidem restare non du-
bium est, sed infra decem eorum interualla concludi, nihilominus etiam sic eum spatium
7 tantum oportebit accipere, ut decem integer numerus conpleatur. [10]) Postque hanc [11]) defini-
tionem nulli mouendi ulterius facultatem patere censuimus [12]), etiamsi se legis ignorantia ex-
cusare temptauerit. DAT. XVIII KAL. DECEMB. CONSTANTINOPOLI VICTORE VC. CONSS. a. 424

*Br.* (*NMGE*)

[1]) de uniuersitate *Iust.* [2]) per longum tempus *ins. Iust.* [3]) nam ... durabit *om. Iust.* [4]) permeruisse *Iust.* [5]) per exsecutorem *ins. Iust.* [6]) § 1a *om. Iust.* [7]) quamuis *Iust.* [8]) fixis *om. Iust.* [9]) § 4—6 *om. Iust.* [10]) *Iust.* 7, 39, 3 § 3 [11]) post hanc uero *Iust.* [12]) censemus *Iust.*

1 personalis accionis ut ultra *G* spatio $G^1$, spatia $G^2$ 2 postulatur *G* qualiscumque *G* 3 perscriptio *GE* metuendae *N* 4 yphoticam *N*, epotheca *G* a *om. G* 5 durauit *NGE* quae] qui *N* (*Mo.*) 6 ergo] eo *G* mutae $E^a$ accionis *G* compete *G* 7 speciali *MG* 8 per] pro *E* adnotatione *G* allegasse nisi] alligassent si *NG* allegatos agros *G* 9 eadem ratione *NGE* 10 illis] *E*, illius *MG*, *om. N* procondubium *N* recusares *N*, recusari *G* quae ... 11 habitoque *om. G* actionem *N* deducta] d. sunt *N* 11 partes] paces $G^a$, rapaces $G^b$ conflictu] *M*E*, conflictum *NM*, conflicto *G* denuo] dinuum *N* 12 tradita] *H? O*, traditae *NMGE* obliuione *N* conprobatur *G* fragilitatem *N*, fragilitatis *E* 13 milia *G* hac lege $G^a$ defendendam *ME* sed pupillari (—ris *E*) aetate] sub pupillaritate *G* 14 sub] sui *N* defensionem *M* consistet *N* nam] etiam *MG* 15 curatores *NG* necessaria *E* eis *G Iust.* ut] et *G* 16 hae] *M*, haec *GE*, ea *N* accionis *G* annis *om. G* quae] qui *GE* 17 illa *MG* quae] qui *E* 18 demensionem *N*, diminutione *G* antea *G* 20 desidie *E* fiduciam *NG* perpetuitates *N* accione *G* 21 post *om. G* hac *N* praecepimus *N* 22 praefinitor *G* ea *om. G* 23 acturi *NE*, actoris *M*, acturis *G* prerogentur *G* continuo *GE* 24 temporis numerentur *G* illis annis *G* uideantur *G* 25 alterius *G* eum nihil $G^2$, nihil eum *E* decurrente] decurrens et *G* ad] a *E* 26 usque] usque ad *N*, usa *G* consuminatione *G* spatium *G* sin] $E^a$, si in *NE*, si *MG* restare] *H? O*, praestare *NMGE* 27 sed *om. G* intra decem] in fraudem *G* sic] si *M*, *om. G* 28 tantum *om. MG* oportebat *N* integri *GE* numero *G* postque hanc] *O*, postquam hac (hanc *G*) *NGE*, post hanc uero *Iust.* definitione *ME* 29 facultatem] facile *M*, facere *G* se *om. E* ignorantiam *E* 30 XVII *N*, VIII *Iust.* constantinopoli] constantio et *E* uc. *om. G*



INTERPRETATIO. Haec lex, licet in reliquis rebus fuerit abrogata, propter hoc tamen ut poneretur oportuit, quia de tricennio loquitur, quod pupillis, quamdiu sub tutoribus agunt, non debeat inputari, sed, ubi ad eos annos peruenerint, quibus curatores habere possint, id est uir ad quintum decimum et puella ad tertium decimum annum, ex eo in causis eorum tricennalis actio quemadmodum omnibus subputetur: sicut et nouella Valentiniani testatur, quae uidetur haec obscurius inter cetera posuisse, quae tamen ita dicit: 'excepto priuilegio pupillaris aetatis, quod diuae memoriae patris nostri Theodosii lege concessum est, intra eadem tempora terminentur'. Nam et hoc lex ista euidenter exponit, ut, sicut illa, quae perpetua erant, ad tricennium iussa sunt reuocari, ita omnes causae, quibus infra tricennium tempora constituta sunt, suis quibusque locis et temporibus obseruentur, hoc est, ut, quaecumque seu de uicennio seu de decennio seu de quinquennio seu de anni spatio posita sunt et his similia nullatenus ad tricennium perducantur.

## [XV A] *NE REI DOMINICAE VEL TEMPLORVM VINDICATIO TEMPORIS EXCEPTIONE SVBMOVEATVR*

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD PROBVM PP. GALLIARVM. *Saepenumero praeceptum est, ut serui atque liberti, colonique praeterea rei nostrae nec non etiam eorum suboles ac nepotes, quicumque de nostris possessionibus recessissent ac se ad diuersa militiae genera contulissent, cingulo, in quo* [1]) *obrepserant fraudulenter, exuti, si ad aliquas fortasse transcenderint dignitates, omni temporis definitione submota nostro patrimonio redderentur.* D. XI K. DEC. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

2 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. DEXTRO COMITI RERVM PRIVATARVM. *Vniuersas terras, quae a colonis dominicis iuris rei publicae uel iuris templorum in qualibet prouincia uenditae uel ullo alio pacto alienatae sunt, ab his, qui perperam atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis praescriptione officiente iubemus restitui, ita ut nec pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat.* D. V NON. IVL. CONSTANTINOPOLI VALENTINIANO A. III ET EVTROPIO CONSS. a. 387

3 [2]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD PAVLVM COMITEM DOMORVM. *Si qua usquam loca ad sacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occupauit, secundum ueteris census*
1 *fidem in sua iura retrahentur. Rescripta igitur obreptionibus impetrata cum praescriptione longi temporis et noui census praeiudicio submouebit auctoritas tua, atque ita omnia suo corpori quae sunt auulsa restituet. neque enim* [3]) *incubatio diuturna aut nouella professio proprietatis nostrae priuilegium aboleri poterit.* DAT. V K. APRIL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

## [XVI] (*Br.* XIII *Mo.* XV) DE QVINQVENNII PRAESCRIPTIONE

1a IMP. CONSTANTINVS A. AD ORFITVM. *Notum est a fisco quaestionem post quinquennium* [4]) *continuum super bonis uacantibus inchoandam non esse. Additum etiam est eos, qui nostra largitate nituntur, nulla inquietudine lacessandos nec his a fisco nostro controuersiam commouendam, qui quoquo modo aut titulo easdem res possederint.*

1 [5]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PALLADIO PPO. POST ALIA: Conpetitorem quinquennii possessor eliminet: debet enim iuxta Constantinianae legis indultum hoc priuilegio

*Br.* (*NMG*): 16, 1a *supplet Iust.* 7, 37, 1

[1]) quod *Mommsen* [2]) *gem.* 10, 1, 15 [3]) aut pretio colorata aut *ins.* 10, 1, 15 [4]) quadriennium *Iust.* (*cf. Zeitschr. der Sav. St.* 38, 34) [5]) *iunge* 9, 42, 23. 10, 10, 29. 30

22 templorum] *Iust.* (*C cum Graeco*), templ. dei *Iust.* (*Vtinensis*), sacrorum t. *Iust.* (*P*), sacrorum *Iust.* (*R*) 32 poterit 10, 1, 15 34 quiniae *N* perscriptione *GE* 39 palladio *om. G* competitore *E*, cum petitorem *G* 40 constantinae *N*

petitor arceri, quo fiscus noster excluditur. Quod si quando fortassis emerserit, ordinarios iudices conpetitionis obreptione rescissa tuitionem pulsatis praestare iubemus enixam, quibus tamen lustralis aderit absque interpellatione possessio. DAT. VIII ID. IVL. RAV(ENNAE) EVSTATHIO ET AGRICOLA CONSS. a. 421

INTERPRETATIO. Quicumque rem fiscalem per quinquennium possedisse probatur, ita ut a nullo exinde fuerit expulsus, et hanc ipsam rem aliquis sibi petere a principe uoluerit, possidenti in tantum lege consultum est, ut etiam tuitionem ferre possessori iudicem iusserit et conpetitionis constitutionem ordinauerit rescindendam, si tamen ille qui possedit sine ulla inquietudine per quinquennium se docuerit possidere, quia hoc spatio temporis ab eo, qui sine molestia possedit, etiam fiscum suum iussit excludi.

## [XVII] (*Br.* XIIII *Mo.* XVI) DE RE IVDICATA[1]

1 [2]) IMP. CONSTANTINVS A. AD PROCVLVM[3]). Preces et[4]) impetrata rescripta non placet admitti, si decisae semel causae fuerint iudiciali sententia, quam prouocatio nulla suspendit, sed eos, qui tale rescriptum meruerint, etiam limine iudiciorum expelli. DAT. VII KAL. IAN. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CONSS. a. 319

1a IDEM A. AD BASSVM PV. *Quod magno conflictu sententia decerni solet, id paucis litteris temere adscriptis definiri fas non est.* DAT. XV K. APRIL. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO C. CONSS. a. 320

2 [5]) IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD POTITVM VICARIVM. POST ALIA: In[6]) priuatorum causis huiusmodi forma seruetur, ne quemquam litigatorum sententia non a suo iudice dicta constringat. DAT.[7]) X KAL. OCTOB. ROM(AE) AVXONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

INTERPRETATIO. In causis priuatorum talis ratio obseruetur, ut nullus alterius iudicis nisi sui sententia teneatur.

## [XVIII[8])] (*Br.* XV *Mo.* XVII) DE SENTENTIIS EX PERICVLO RECITANDIS[9])

1a IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PP. *Hac lege perpetua credimus ordinandum, ut iudices, quos cognoscendi et pronuntiandi necessitas teneret, non subitas, sed deliberatione habita post negotium sententias ponderatas sibi ante formarent et emendatas statim in libellum secuta fidelitate conferrent scriptasque ex libello partibus legerent,*
1 *sed ne sit eis posthac copia corrigendi uel mutandi. Exceptis tam uiris eminentissimis prae-*

*Br.* (*NMGE*) *om.* 17, 1: 17 *r.* 1. 18 *r. extant in Appendice* 1, 20. 21 (*E L Paris.* 4419 *Ottob. Montisp.*): 17, 1a *supplet Iust.* 7, 57, 7: 18, 1a *supplet Iust.* 7, 44, 2

[1]) *Iust.* 7, 52: *cf. Appendix* 1, 20 [2]) *Iust.* 7, 50, 3 [3]) *fuit proconsul Africae* [4]) preces et *om. Iust.* [5]) *Iust.* 7, 48, 4 [6]) Et in *Iust.* [7]) pp. *Gothofredus* [8]) *cf. not. seq. et Appendix* 1, 21 [9]) *Iust.* 7, 44

1 arciri *N*, arcari *M* fortasses *N*, fortasse *GE* ordinarius *NG* 2 iudex *G* conpetitiones *N* obreptiones *E* recissa *N* tuitione *NE* pulsatus *G* inexam *NE* 3 lustrales *N* VIIII *G* eustasio *NMGE* 4 agricula *NE*, agricolae *G* 12 a.] *Paris.* 4419, *om. reliqui* preces et] *Paris.*, precessit *reliqui* inpetrare *Montisp.*, impetra *Paris. Ottob.* 13 admittit *E* iudiciale *E*, iudicialia *L*, iudicialis *Montisp.* 14 qui tale] qui tali *Montisp. Ottob.*, uitali *E*, ut tale *Paris.* limine] limen et *L*, limen eius *Paris.* VII] VI *Iust.*, *om. L* V *om. Iust.* 15 licinio] *Paris. Ottob. Montisp.*, l. a. *E*, l. aa. cc. *Iust.* (*Russardus*) 16 pu.] *Iust.* (*SP*), pp. *Iust.* (*VCR*) 19 uicarium] uc. *G*, uir. *N* 20 firma *N* ne] ut nullus alterius ne (ne *del.* $G^b$) *G*, *cf. u.* 23 sententiam *E* 21 constrigit *E* X] XI *Iust.*, *om. N* ausonio *NE*, auxanio *M**, *inc. M* olibibrio *G* 25 XVIII] XVIIII *Hincmar Opp.* 2, 501 *ad c.* 1 ex] et *G* pariculo *M*, periculis *G* 26 recitandis] *G Iust.*, recitatis *NME*



*fectis praetorio quam aliis illustrem administrationem gerentibus ceterisque illustribus iudicibus, quibus licentia conceditur etiam per officium suum et eos, qui ministerium suum eis accommodant, sententias definitiuas recitare.* D. XII K. FEBR. GRATIANO A. II ET PROBO CONSS. a. 371

1 IMPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PPO. Statutis generalibus iusseramus, ut uniuersi iudices, quibus reddendi iuris in prouinciis permittimus[1]) facul-
1 tatem, cognitis causis ultimas definitiones de scripti recitatione proferant. Huic adicimus sanctioni, ut sententia, quae dicta fuerit, cum scripta non esset, ne nomen quidem sententiae habere mereatur[2]), nec ad rescissionem perperam decretorum appellationis sollemnitas requiratur. DAT. III NON. DEC. TRIV(ERIS) GRATIANO A. III ET EQVITIO VC. CONSS. a. 374

2 (3) IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD CLEARCHVM PPO.[3]). Iudex in proferenda sententia, quae iurgantibus prosit, ad plenum recenseat, quidquid negotii fuerit inlatum, quod senserit scribat et relegat, ne per errorem iudicis iterum a primordio nouae litis sortiantur euentus. DAT. X KAL. SEPT. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

3 (2) *IDEM* CLEARCHO PPO.[3]). Parere sublimitatem tuam nostris legibus conuenit, ut in omnibus negotiis ex periculo promatur deliberationis plena sententia. DAT. XVI KAL. IANVAR. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

INTERPRETATIO. Obseruare iudices specialiter debent, ut in omnibus causis sententia, quae deliberata fuerit, constitutis pariter partibus recitetur, ut ab his, a quibus causa dicta est, ad integrum, quae data fuerit sententia, cognoscatur.

4 [4]) IDEM AAA. AD SYMMACHVM PV. Sententia non ualeat, quae ex libello data non fuerit. DATA III KAL. DEC. MED(IOLANI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 384

5 IDEM AAA. TIMASIO COMITI ET MAGISTRO EQVITVM. Condicio praeceptorum partibus praesentibus habita non potest inmutari. DAT. X KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI HONORIO *N. P.* ET EVODIO CONSS. a. 386

INTERPRETATIO. Quidquid praesentibus partibus in causis fuerit ordinatum, habebit plenissimam firmitatem nec poterit inmutari.

6 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. IVLIANO PROC. ASIAE. *Iudices tam Latina quam Graeca lingua sententias proferre possunt.* DAT. V ID. IAN. MEDIOLANI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

18, 1 *supplet Iust.* 7, 44, 2: *ad* 18, 3. 5 *Br.* (*NMGE*) 2: 18, 1. 2. 4 *extant in Appendice* 1, 21—23 (*E L* [*desinit in.* 22 data] *Ottob. Montisp. Paris.* 4419): 18, 6 *dubitanter huic titulo restitui ex Iust.* 7, 45, 12

[1]) iussimus . . . permisimus *Iust.* [2]) *uerba* ut . . . mereatur *citantur apud Hincmarum Opp.* 2, 501 *ex libro VI titulo decimo nono, libri numero sine dubio corrupto, tituli numero fortasse uero* [3]) pu. *Seeck: ppo* (*Or.*) *hoc anno Florus fuit* [4]) *iunge* 11, 30, 44

5 statuns *Ottob.* 6 iusseram *E* ut *om. E Ottob. Montisp.* iudicis *Ott. Mont.* reddendis *Ott. Mont.* iures *E* 7 ultimas] ultima his *L* definitionis *Ott. Mont.*, diffinitionis *E* de scripti] describere *Ott. Mont.* adicimus] diducimus *L* 8 sanctione *Ott. Mont.* cum scripta] conscripta *Par.* ne] nec *Iust.* 9 rescessionem *EL*, recissionem *Ott.*, rescensionem *Par. Mont.* 10 III] id *E Par.* non.] nom *E*, *om. Paris.* triu.] *E Mont.*, trium *Ott.*, *om. L* a. *om. E* aequiti *Par.*, *om. L* uc.] uic. *Par.*, us. *E*, *om. L* 11 ad clearco *Par.* 12 prosit] *Ott. Mont.*, possit *L Par.*, posset *E* ad . . . 14 euentus *in Mont. fere perierunt* irecenseat *Par.* negotii] *Cuiacius*, negotio *L Ott.*, negotium *E Par.* 13 religat *Ott.* ad primordia *Par.* nouos *E*, nouus *Ott.* 14 lites *EL* sortiantur] *Ott.*, sentiantur *EL Par.* constantinopole *Ott.*, *om. L* et syagrio *om. L* 15 idem] impp. grat. ualent. et ualens *NE*, imppp. ualent. ualens et (et *om. G*) grat. *MG* clyarco *N*, clearco *MG* ppo.] *N*, ppu. *E*, pu. *M*, po. urbis *G* 16 pariculo *M*, periculis *G* liberationes *N* XV k. iun. *G* 17 siacrio *G* 21 item *E*, *om. Ott. Mont.* pu.] pp. tū. *Par.* non] res donationis non *E* 22 data] lata *L Mont. Par.* III *om. E Par.* med. *om. Ott. Mont.* ciliarco *Par.* 23 timotheo *G*, thymatio *E* com.] cons. *N* partibus praesentibus] pariter quaesentibus *N* (*Mo.*) 24 X *om. G* 25 n. p.] VIIII p. *M*, VIIII *E*, VII *G*, *om. N* euuodio *N*, euocio *G*, ebodio *E* 28 asiae] *Iust.* (*C*), africae *Iust.* (*S*)

## [XVIIII] (*Br.* XVI *Mo.* XVIII) DE FRVCTIBVS ET LITIS EXPENSIS[1]

1 [2]IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. OLYBRIO PV. Litigator uictus, quem inuasorem
alienae rei praedonemue constabit, sed et[3] qui post conuentionem rei incubarit alienae, non
in sola rei redhibitione teneatur nec tantum simplorum[4]) fructuum praestationem aut eorum
quos ipse percepit agnoscat, sed duplos fructus et[5]) eos, quos percipi oportuisse, non quos
1 eum redegisse constabit, exsoluat. Et praedoni quidem ratio a die inuasi loci usque ad
exitum litis habeatur, ei uero, qui simpliciter tenet[6]), ex eo, [7])quo, re in iudicium deducta
2 scientiam malae possessionis accepit. Heredis quoque succedentis in uitium par habenda
3 fortuna est. Addimus etiam, ut impensas sumptusque litis re ad finem deducta petitoribus
4 praestent. Ac ne ipsos quidem petitores, qui inanes lites et iurgia non mouenda ingerunt
possidentibus, ab istius cautionis merito segregamus; iubemus enim, ut, si intentio petitoris
inproba iudicetur, praestet possessori sumptus, praestet inpensas, quas eum toto litis tempore
sustinuisse claruerit, etiamsi super hac re expressior cesset sententia iudicantis. DAT. VII
KAL. MAI. TREVIRIS VALENTINIANO N. P. ET VICTORE CONSS. a. 369

INTERPRETATIO. Quisquis rem alienam male possederit, si in iudicio fuerit superatus, quod rem sibi non debitam occupare praesumpsit, sed et ille, qui conuentus a certo domino reddere peruasa noluerit, non solum pro hac ipsa re reddenda, cum superatus fuerit, teneatur, sed fructus rei ipsius duplos ex eo tempore, quo res peruasa est, cogatur exsoluere, non quales se ipse dixerit collegisse, sed quales per diligentem culturam consequi proprii domini utilitas potuisset. Ille etiam, qui rem alienam scienter usurpare praesumpserit, a die inuasi loci usque ad consummatam litem simili ratione exigatur. Nam qui simpliciter sine praesumptione aliquam rem tenuerit, ex eo similiter soluat, ex quo re in iudicium deducta, quod rem male possideat, conscientiam ipsius coeperit non latere. Heredes quoque eorum in his damnis, si uicti fuerint, quibus auctor ipsorum, simili modo succumbant. Addimus quoque, eiusmodi personis, ut et sumptus et expensas litis ex eo die, a quo de tali re coeperit litigari, usque dum finiatur, pulsantibus reddant: nam et ipsi, qui alios possidentes pulsare temptauerint, si ea in iudicio repetant, quae sua probare non possint, similiter sumptus et expensas litis pulsatis possessoribus reddant, quantum eos toto litis tempore perdidisse constiterit.

2 [8])IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ASCLEPIODOTO PPO. Terminato transactoque negotio posthac nulli actio neque ex rescripto super sumptuum repetitione praestetur, nisi cognitor[9]), qui de principali negotio sententiam promulgauit, cominus partibus constitutis iuridica pronuntiatione signauerit uictori causae restitui debere expensas aut super his querellam iure conpetere. Post absolutum enim dimissumque iudicium nefas est litem alteram consur-

*Br.* (*NMGE*)

[1]) *Iust.* 7, 51 [2]) pu. § 1. 2 = *Iust.* 7, 51, 2 [3]) quem . . . et *om. Iust.*
[4]) simplorum *om. Iust.* [5]) duplos fr. et *om. Iust.* [6]) et praedoni . . . tenet *om. Iust.*
[7]) ex *ins. Iust.* [8]) *Iust.* 7, 51, 3: *iunge* 11, 30, 67. 11, 31, 9 [9]) iudex *Iust.*

1 lites expenses *N* 3 ualens] theud. *M* elybrio *N* pu.] ppo. *NE* uasorem *N* 4 predonemque *G*, praedonem *ME*ª constabat *G* incubaret *NE*, incubat *G* aliena *G* 5 rehibitione *N*, minoratione *M* 6 percipit *G* duplus *NM*, d*plos **M* fructos *E* percepi *N* oportuisse] *MG* *Iust.* (*C*ª), oportuisset *NE* *Iust.* (*PL*ª) 7 praedonis *G* a] ex *N* 8 lites *N* tenuit *G*, tenet et *E* quod *G* re] res *NE* iudicio *G* 9 scientia *N*, sententiam *E* possessiones *G*¹ heredis q. succedentis] *Iust.*, heredes q. succedentes *libri* habendi *MG* 10 addimus] *E*, addemus *NM*, addidimus *G* inpensas *E*, expensas *G* sumptosque *NGE* lites *N* rem *G* 11 praescient *N* ac] hanc *E* inanis *N* ingerent *M*, ingerant *N* 12 ab] auis *N* cautioni *MG*ᵗ, auctionis *G*ᵛ petitores *N* 13 praestet et possessores *N* sumptos *NGE* praestet] praestet et *N* lites *N* 14 claruit *N*, crediderit *MG*ᵗ cessit *M*, recessit *G* iudicantes *N*, iudicantur *E* 15 mai.] mar. *N* *Iust.* treueris *E*, triu. *M*, treu. *G*ᵇ, treu** *G*ª, raũn. *N* n. p.] VIIII P. *M*, VIII *G*, *om.* *E* et *om.* *G*ª 31 asclipiototo *G*ª, ad asclypiodotum *N* 32 posthanc *E* perscripta *G*ᵗ 33 qui de] quidem *G* principale *N* comminus *M*, cumminus *GE* parentibus *N* 34 signauerunt *G*¹ uicturi *NE*ª expansas *G* quaerellas *N*



gere ex litis primae materia. DAT. III KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

INTERPRETATIO. Posteaquam inter partes fuerit definitum iudicio intercedente negotium, quaecumque actio propter repetendos sumptus uel expensas litis obtenta fuerit, nullam habeat firmitatem, quam iudicati forma non continet: quia quicumque, quod in iudicio aduersario praesente non petiit, postea de eadem re litem aliam non poterit incoare.

## XX (*Br.* XVII *Mo.* XVIIII) DE VSVRIS REI IVDICATAE[1])

1 IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO PPO. Qui post iudicii
finem, exceptis duobus mensibus, quibus per leges solutionum nonnunquam est concessa di-
latio, moram adferent solutioni, a die patrati iudicii, quo obnoxii redditi sunt, in duplicium
centesimarum conueniantur usuras, extrinsecus scilicet medietatem debiti, de quo litigatum
est, sicut prius constitutum est, inferentes, usque in id tempus, quo debitum solutione dilu-
erint. Quod a nobis exemplo aequabili ex iuris prisci est formulis introductum, ut, quia
malae fidei possessores in fructus duplos conueniuntur, aeque malae fidei debitores simile
1 damni periculum persequatur. Sed tamen creditor ternis interiectis mensibus post sententiam
contestari moram debebit adhibitae tarditatis, ut ei centesimarum duplicium fructus possit ad-
quiri. Cauendum quippe ex diuerso est etiam contra illam malitiam creditorum, ne iudicatis
ad solutionem cunctantibus incipiant spe dupli fenoris inminere; quamquam iudicatum, si hanc
poenam a se remouere festinet, contractam pecuniam uel apud iudices obsignatam locare uel
iudicio conueniat offerre, ut periculum duplicium usurarum incurrere ex ea die, qua obnoxius
2 esse coeperit, desistat. Distinguendum uero hoc quoque arbitrati sumus, ut, si contractus
debiti ex stipulatione descendit et casu usurae per annorum curricula summam capitis inple-
uerint, scilicet ut quantitas sortis quantitati fenoris adaequetur, post sententiam usurae duplices
non utriusque debiti currant, sed capitis quidem duplae, usurarum uero simplae. DAT. XV
KAL. IVL. THESSAL(ONICAE) GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS. a. 380

INTERPRETATIO. Debitor, qui post emissum iudicium, a quo uictus fuerit, debiti summam inplere neglexerit, transactis duobus mensibus, duplam centesimam debiti ipsius usque in diem solutionis se nouerit redditurum, ita tamen, ut medietatem rei iudicatae mox cogatur inferre, quia non inmerito sicut malae fidei possessor duplos fructus, ita et qui post iudicium tardior ad reddendum fuerit, duplam centesimam reddat. Sed tamen et hoc contra creditorum malitiam, quibus debitores addicti fuerint, ordinamus, ut non uelint pro spe duplicandae centesimae suo uitio tardius exequi, quod fuerit iudicatum: unde debebit creditor ternis interiectis mensibus post datum iudicium contestari, ut sic duplam centesimam possit exigere. Nam si collectam pecuniam habuerit debitor et oblatam ille qui uicit noluerit pro lucro duplandarum centesimarum accipere, signatam eam debitor apud idoneas faciat sequestrari personas, ut damnum usurarum postea non possit incurrere. Hoc quoque praecipimus obseruari, ut si debi-

*Br.* (*NMGE*)

[1]) *Iust.* 7, 54

1 ex litis] expletis *E* materias *M* III] IIII *G* asclipiodoto *N*, asclipiototo *G* mariano *NE*, martinio *G* 7 usuius *N* 9 quibus *om.* *N* per leges solutionum] *Paris.* 4405, per locis solutionum (—nem *G*ᵛ) *MG*ᵛ, per leges (legis *E*) solutionem *NE*, legis per solutionem *G*ᵗ 10 adferant *N*, ferent *G*¹, afferent *G*² solutione *N*, solutionem *G*¹ parati *NE*, prefati *G*ᵗ, inpetrati *G*ᵛ quo] quod *NGE*, *om.* *M* redditi sunt] sunt hereditate *G* 11 conuenientur *N* debiti *om.* *N* quo] quod *MGE*ᵇ 12 debitam solutionem *G* diluerint] *Paris.* 12445, diluerit *M*, deluerit *N*, debuerint *E*ª, deliberent *G* 13 exemplum *G* aequali *GE* iure prisdem form. *G* 14 malae] ma *E*ª fructos duplos *G*ª, duplus fructus *N*, duplos fructos *E* debitores] debitor est *G* simile] *O*, simili *NME*, similis *G* 15 persequantur *GE* 16 debet *G*ᵛ, debitam *G*ᵗ ut] adicientes ut *G* 17 ex *om.* *N* illum *G*¹ ne] nec *NG* iudicantis *G* 18 spem *MG* quamquam] quidquit *MG* iudicatus *NE*ᵇ, dicatus *E*ª 19 festinet (*ante* quamquam) *E*, festinent *NMG* iudices] uindices *E*, uindicis *N* obsignata *G* 20 conueniatur *E* 21 desistat] non d. *NE* 22 casu *om.* *G* 23 quantitatis *G* quantitate *E* duplicis *NM* 24 quidem] est *M* dupli *N*, duplex *G* simplex *G* 25 iul.] *NE*, iun. *M*, ian. *G* thesalonica *E* I] *B*, *om.* *NMGE*

toris cautio cum omni firmitate proferatur et usurae per annos plures cum capitali debito se aequauerint, a debitore amplius non petatur. Sane post iudicium duplam centesimam, quam reddi iussimus, taliter soluat, ut de capitali debito tantum duplae usurae reddantur, de illo uero, quod in usuris ante iudicium creuit, simpla tantum centesima detur.

## XXI (*Br.* XVIII *Mo.* XX) QVI BONIS EX LEGE IVLIA CEDERE POSSVNT [1]

1 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD BASILIVM CO*MITEM SACRARVM LARGITIONVM*. Ne quis omnino uel fisci debitor uel alienae rei in auro atque argento diuersisque mobilibus retentator ac debitor bonorum faciens cessionem liberum a repetitione plenissima nomen effugiat, sed ad redhibitionem debitae quantitatis congrua atque dignissima suppliciorum acerbitate cogatur: nisi forte propriorum dilapidationem bonorum aut latrociniis abrogatam aut fortasse naufragiis incendioque conflatam uel quolibet maioris inpetus infortunio atque dispendio docuerit adflictam. PP. ROM(AE) PRID. ID. OCTOB. AVXONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

INTERPRETATIO. Nullus, qui aut fiscali debito aut priuato probatur obnoxius, si aurum argentum uel mobile quodcumque debuerit, ob hoc se credat a debito excusandum, quod dicat de rebus suis se facere cessionem, sed poenis adflictus quaecumque debuerit cogatur exsoluere: nisi forte eiusmodi persona sit, quae se probet omnem substantiam suam aut naufragio aut latrocinio aut incendio aut cuiuslibet maioris uiolentiae inpetu perdidisse.

2 IDEM AAA. FLORO PPO. Professio uniuscuiusque inmutari contra statuta legum nostrarum pro calumniantium inconstantia et uarietate non poterit. DAT. III KAL. IAN. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

3 [2]) APVD ACTA IMP. THEODOSIVS A. D(IXIT): In omni cessione [3]) professio sola quaerenda est. IDEM D(IXIT): In omni cessione sufficit uoluntatis sola professio. DAT. KAL. MAI. HONORIO N. P. ET EVODIO CONSS. a. 386

INTERPRETATIO. Quaecumque aliquis alteri cesserit, profiteatur se tantum rem cessisse, uel causam, hoc est aut gestis aut scriptura aut testibus, et sola uoluntatis illius professio pro omni firmitate sufficiat.

## XXII (*Br.* XVIIII *Mo.* XXI) QVORVM BONORVM [4])

1 [5]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. PETRONIO VICARIO HISPANIARVM. Quid tam planius [6]) quam ut heredibus traderentur, quae in ultimum usque diem defuncti possessio uindi-

*Br.* (*NMGE*): 21, 2, *quam om. Br., Haenel huic titulo inseruit ex App.* 2, 4; *eadem in Vatic. reg.* 1128 *ad finem Th. adscripta est cum praescriptione* ex corpore Theodosiani librum sub titulo XXVIIII constitutio sexta: *cum de uera eius sede non constet, nihil mutaui; uox* librum *fortasse ex* lib. V *corrupta est*

[1]) *Iust.* 7, 71 (*omissis* ex lege Iulia): *Burg.* 38, 4 *de constitutione deperdita haec refert*: Cessionis uero ita firmitatem subsistere, si cuius rei per euidentem professionem uoluntaria et euidens cessio teneatur, hoc est, si cessionis nomine scriptura cuiuslibet rei cedentis uoluntaria professione et subscriptione firmetur. Quod si de ui et metu is qui cessit queri uoluerit, intra annum similiter institutam peragat actionem, secundum Theod. legem lib. IIII sub tit. Qui lege Iulia bonis cedere possunt [2]) *Iust.* 7, 71, 6 [3]) bonorum ex qualibet causa facienda scrupulositate priorum legum explosa *ins. Iust.* [4]) *Iust.* 8, 2 [5]) § 1. 2 = *Iust.* 8, 2, 3 [6]) tam plani iuris *Gothofredus*

5 qui] quibus *NE*, de quibus *G* 7 com. s. l.] cons. *MG*, uel *N*, uc. acil. *E* 8 aliena *E* 9 retentor *N*, retentatur *E* plenissimam *N* 10 efficiat *G* (*haud male*) 11 dilapidatione *MG*ᵗ, dilatione *G*ᵛ 12 obrogatam *N*, abrogatum *G* forte *G* incendiisque *G* conflatum *E* quodlibet *G*ᵃ maiores *G* 13 dispendium *G*¹ pp. . . . conss. *om. E* pp.] *M*, dat. *N*, proposita data *G* prid. kl. octob. rom. *N* roma *G*¹ ausonio *N*, audoxio *G* 20 idem] *Vat.*, imp. ualentinianus et theodosius *App.* 21 per calumniantum *Vat.* in*constantio *Berol.* III] *App.*, *om. Vat.* 23 impp. *N* a.] ad *N* dixit *om. G* cessionem *N* querela *G*ᵃ 24 īd. dixit] d' d' *G* cessionem *N* 25 n. p.] ppo. VIIII nb. p. *N*, VIIII pc. *M*, pc. *G*, VIIII *E* et *om. G* euuodio *N* 29 quorum] de *G* 30 uicario] uiro clarissimo *G* hispaniarum] his *N*, spaniarum *E* 31 diem] in diem *E*



1 casset, etiamsi quid possit tribui de proprietate luctamen? Constat autem [1]) uirum ab intestatae uxoris bonis superstitibus consanguineis esse extraneum, cum prudentium omnium
2 responsa, tum [2]) lex ipsa naturae successores eos faciat. Insuper etiam mansura perpetua sanctione [3]) iubemus, ut omnibus frustrationibus amputatis [4]) in petitorem corpora transferantur, secundaria actione proprietatis non exclusa. DAT. VI KAL. AVG. MEDIOL(ANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

INTERPRETATIO. Iustum esse decernimus, ut, quodcumque auctor usque in diem uitae suae tenuerit, petentibus heredibus debeat consignari, illi postea cui conpetit actione seruata. Virum quoque intestatae uxoris suae facultatem, quae sine filiis recessit, consanguineis eius, qui legitimi sunt, tradere mox sine ulla dilatione praecipimus et maritum proponere minime prohibemus, si quas sibi conpetere putauerit actiones.

## XXIII (*Br.* XX *Mo.* XXII) VNDE VI [5])

1 [6]) IMP. CONSTANTINVS A. SEVERO [7]). Iudices absentium, qui cuiuslibet rei possessione priuati sunt, suscipiant in iure personam et auctoritatis suae formidabile ministerium obiciant
1 atque ita tueantur absentes. Hos tamen iudices, quos absentium iussimus subire personam, intra hos terminos ministerii retinemus, ut inlibatis atque omnibus integris causae principalis internis [8]) id solum diligenter inquirant, utrum [9]) eius, qui quolibet pacto [10]) peregrinatur, possessio ablata est, quam propinquus [11]) uel amicus uel [12]) seruulus [13]) quolibet titulo retinebat: nec eos, qui deiecti sunt, absentium nomine possidentes, quia minime ipsis dictio causae mandata sit, ab experiunda re secludant, nec, si serui sint, eorum reiciant in iure personam, quia huiuscemodi condicionis hominibus causas orare fas non sit; sed post elabsa quoque spatia recuperandae possessionis legibus praestituta [14]) litigium eis inferentibus largiri conueniet, ut eos momentariae perinde possessioni [15]) restituant, ac si reuersus dominus litigasset.
2 Cui tamen quolibet tempore reuerso actionem recuperandae possessionis indulsimus [16]), quia fieri potest, ut restitutio propter seruulos infideles uel neglegentes propinquos [17]) uel amicos [18]) et colonos interea differatur. Absenti [19]) enim officere non debet tempus emensum, quod recuperandae possessioni legibus praestitutum est [20]), sed reformato statu, qui per iniuriam sublatus est, omnia quae supererunt ad disceptationem litigii inmutilata permaneant: iudicio reseruato iustis legitimisque personis, cum ualde sufficiat possessionem tenentibus absentium

*Br.* (*NMGE*)

[1]) autem *om. Iust.* [2]) et *Iust.* [3]) insuper . . . sanctione] ergo *Iust.* [4]) per interdictum quorum bonorum *ins. Iust.* [5]) *Iust.* 8, 4 [6]) *Iust.* 8, 5, 1 [7]) *fuit praef. urbi* [8]) hos . . . internis] ut *Iust.* [9]) an *Iust.* [10]) modo *Iust.* [11]) uel parens uel proximus *ins. libri in Iust.* [12]) colonus [uel libertus] seu *ins. Iust.* [13]) seruus *Iust.* [14]) elabsa . . . praestituta] elabsum annum utilem *fuerit* (*Gradenwitz Savigny Zeitschr.* 38, 59 *seqq.* [15]) sine ulla cunctatione *ins. Iust.* [16]) indulgemus *Iust.* [17]) uel parentes uel proximos *ins. libri in Iust.* [18]) uel libertos *ins. libri in Iust.* [19]) absentibus *Iust.* [20]) tempus . . . est] annus emensus *fuerit* (*Gradenwitz*)

1 quid] quod *M*, quot *M** 2 a bonis intest. uxoris *Iust.* suppraestitibus *E* consanguineis] et sangineis *M* 3 responsum *E* tum lex] tunc ex *N* successionis *N* eos *om. E* 4 omnibus] o. ita *N* frustationibus *ME*, fructionibus *N* (*Mo.*) petitore *NG* 5 propriētates *N* 13 seuerus *M* 15 tucantur *N* hos *E* 16 ministeriis *N* principales *N* 17 quolibet pacto qui *M*, colibet *G*ᵃ 18 oblata *G*ᵃ propincus *M* seruolos *E*ᵃ colibet *G*ᵃ tenebat *E* 19 nec] ne *MG* eos] hos *M*, his *G* absentum *M*, absentiam *N* ipsius *MGE*ᵛ causa *G* 20 sit] est *N* experiunda re] *Iust.*, experiunda (experiundo *ME*, experiendo *G*) rei *libri* secludunt *N* nec] ne *NE*ᵇ sunt *G*, sine *M**¹, sint in *E* reiciant] requirant *MG*ᵛ personas *Iust.* 21 huiusmodi *G Iust.* conditiones *E* post ea lapsa *E* 22 recurandae possessioni *M* praestituta] praestent ut ad *NE* largire *G* conuenit *Iust.* 23 momentariae] in momentaria *E* possessionis *G*, possessionem *N* reuersis] uerus *N* 24 reuerso] uerso *N* 25 seruulus *E*ᵃ 26 colonus *G*ᵃ*E* efficere *N* debent *N*, euit *E*ᵃ? mensum *N* 27 possessionis *G* praestitum *G* est se reformatu *N* 28 subleuatus *G*ᵗ ad] a *MG* disceptatione *G*, dispensationem *N* inmaculata *G* iudicio] in i. *E* 29 reseruata *N* iniustis *E* cum ualde (uade *G*ᵃ)] cumulandae *E*ᵗ

nomine contra praesentium uiolentiam subueniri. DAT. X KAL. NOVEMB. MEDIOL(ANO) CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS. a. 326

INTERPRETATIO. Omnes iudices specialiter ammonemus, ut nullus absentibus dominis res eorum praesumat inuadere, sed contra inprobos homines omnia per personam iudicis uindicentur saluo principali negotio. Quod si quis se aduersus absentem negotium habere causatur et si, cui ille qui peregrinatur rem suam commiserit gubernandam, nec actor nec procurator eorum aut aliquis seruorum ad dicendam causam domino aut absente aut non iniungente cogatur, sed si quid eis fuerit sublatum, mox his, qui domino absente exclusi sunt, cum interpellauerint, reformetur. Ipse uero dominus, si forte per neglegentiam seruorum res recepta non fuerit, cum de peregrinis redierit, possessionem suam nullatenus momenti beneficio, etiamsi annus excesserit, recipere prohibetur, sed restitutis in integrum omnibus, quae eo absente sublata sunt, integra causae actio proponatur, inter legitimas dumtaxat et integra aetate personas: quia dignum est, ut contra malitiam eorum qui praesentes sunt taliter absentibus iubeamus esse consultum.

2 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD POTITVM VIC(ARIVM) VRB(IS).
Quisquis neque uulgato rescripto neque aduersario sollemniter intimato possessorem quietum
dominio suo huiusmodi terrore turbauerit, ea in perpetuum lite multetur, quam praeoccupa-
1 uerit uiolentia, cum precibus poposcisset audiri. Quae non minus etiam eum tenebit con-
dicio, qui iudicis interlocutione subpressa sub specie iudicati ius alienum inproba temeritate
2 peruasit, ita ut neuter reparationem interfecti hoc pacto semel negotii audeat postulare. [1]) Si
autem habito plerumque conludio curatores uel tutores minorum his rem debitam ea occasione peruadant, ut pupillis uel adultis iurgandi copia et fructus adimatur, his eatenus subuenimus, ut eosdem non adterat damno culpa temeritatis alienae, sed ilico quidem possessio ei a quo est ablata reddatur, curatores autem uel tutores aeterna deportatione punitos bonorum quoque publicatio persequatur. DAT. PRID. ID. OCTOB. TREV(IRIS) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS. a. 381

INTERPRETATIO. Quicumque causam suam non ita agere uoluerit, ut aduersarium suum publice patefacta actione conueniat, et dominum possessoris aliqua ratione conturbauerit, ita negotio ipso careat, ut eam causam numquam ualeat reparare, qui prius rem uoluit auferre quam sperare a iudice, ut deberet audiri. Similiter et ille omni causa priuetur, qui iudicis ordinatione subpressa iudicium se habere dicens alienam possessionem sua praesumptione peruaserit. Quod si tutores etiam uel curatores minorum conludio aliquo pro eorum negotiis alienam rem sub ea qua diximus temeritate peruaserint, ut minorum causa depereat, nullum minoribus praeiudicium fieri ex tutorum uel curatorum temeritate permittimus, sed proprietatem suam sine dilatione recipiant, curatores autem uel tutores amissis rebus suis perpetuo exilio deputentur.

2a [2])IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. PANCRATIO PV. *Meminerint cuncti, siue uulgato rescripto mansuetudinis nostrae siue sententia cuiuslibet iudicis utantur in causis, conueniendos dominos locorum esse aut, si forte defuerint, actores eorum ad insinuandas sententias procuratoresque quaerendos, ne inde iniuriarum nascatur occasio, unde iura nascuntur. Quod si praecepta nostra implere neglexerint, omni negotio, de quo iurgare coeperant, priuabuntur.* DAT. PRID. NON. APRIL. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

*Br.* (*NMGE*): *c.* 2a *supplet Iust.* 8, 4, 6 *pr.*

[1]) § 2 = *Iust.* 8, 4, 6 § 1 [2]) *Iust.* 8, 4, 6: *iunge* 2, 12, 3

1 uiolentia *M* subuenire *NE* non.] apl. *E* 2 a. *om. M* VII] VIII *N*, VI *G* constante *Iust.* (*Hal.*) c.] *N*, cl. *M*, caes. III *Iust.* (*Hal.*), *om. GE* 7 iniungente] *NG*$^{v}$, iniungentem *E*, iubente *MG*$^{t}$ 15 potium *N*, oppitum *G* uic.] uc. *G* 16 uulgato ... intimato] uulgo *E* quietum] qui eum *E* 17 domino *G*$^{a}$*E* ea] eam *N*, eo *G*$^{1}$ perpetuo *G* praeoccupauerint *E* 18 uiolentiam *N* cum] quae *G* poposcit *G* 19 iudices *N* interloquutionem *N*, interlocutiones *G*, interlocutione *E* suppressas *G* 20 ut] aut *N* semel ... 21 habito *om. E*$^{a}$ sin *Iust.* 21 curatoris uel tutoris *G* 22 peruacant *N* iurgandi] ingrandi *MG*$^{t}$, migrandi *G*$^{v}$ cupiam et *N*, copiam et *E*, copiae *G* 23 adterat] iterato *G*$^{t}$ damnum *NG*$^{t}$ 24 reddantur *E* autem *om. N* ponitur *N* (*Mo.*) 25 publico *G*$^{1}$ prosequatur *E* treuī. *N*, treueres *E*, *om. MG* eucerio *GE* *post* conss. *E addit* hic de iure addendum quid sit unde ui uel momentaria actio 27 dominium possessoris] *Paris.* 4405, domino possessores *N*, dominum (domum *E*$^{a}$) possessoris *ME*, dominium possessionis *G* aliqua] *NG*$^{t}$*E*, illa *MG*$^{v}$ 28 negotium ipsum *MG*



3 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD MESSIANVM COMITEM R. P.
Plerosque detectum est rem priuatam nostram, quam publicatio celebrata quaesierat, inuasisse:
quam nos a retentatoribus ereptam sociari iubemus aerario, punientes contumacius, quam decus
publicum sinebat, erectos, ut, qui [1]) litem inferre potuissent, nollent exspectare iudicium ac
spernerent uictoriam, quam iustitiae praescripsisset euentus, et amplecterentur, quod dedisset
1 audacia. Cadat igitur lite, quisquis opperiri noluerit litis euentum, et quod recipere lege
2 potuisset, contemptor examinis uiolentus amittat. [2]) Illi uero, quos in tantum furorem pro-
uexit audacia, ut quod iurgaturi apud examinis fidem sperare non possent, ante euentum
iudicialis arbitrii inlicita praesumptione temerarent, aestimationem rei, de qua litigari conue-
3 nerat, cogantur exsoluere. Quod quidem etiam in priuatis obseruandum negotiis generali
4 lege sancimus. Illud autem ab officio magnificentiae tuae cauendum esse decernimus, ut sacratissima domus nostra expectare litem, non inferre cogatur, neque expetat, sed patiatur examen. DAT.[3]) XVIII KAL. IVL. TRIV(ERIS) TIMASIO ET PROMOTO CONSS. a. 389

INTERPRETATIO. Cognouimus rem fisci nostri uiolenter aliquos inuasisse. Sed nos euidenti lege praecipimus, ut, si quis aut fiscalem rem aut priuatam ante sententiam a iudice prolatam inuaserit et noluerit expectare litis euentum, perdat negotium, qui contempsit expectare iudicium. Ille uero, qui hoc praesumpsit inuadere, quod per iustitiam apud iudicem non poterat obtinere, habita aestimatione talem rem aliam illi domino restituat, qualem noscitur ante iudicium peruasisse.

4 IMP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ARRIANO CONS(VLARI) LIGVRIAE. Legis iteranda sunt beneficia, quae tantum absentibus detulerunt, ut, si perturbatus possessionis status sit uel direptum aliquid, ad repetendum momentum, redintegrationemque fortunae seruis etiam praebeatur facultas, amicis praeterea, parentibus proximis uel libertis. Iudicem quoque absentium commoda tueri oportet atque in his, quae conprobantur ablata, celeri redhibitione consulere, nec iudicium dilatione suspendi. Sub quocumque igitur nomine uel titulo possidenti repetendi copia praebeatur, quia utendae rei habuit facultatem, ut, quae in militia constitutis uel absentibus erepta esse constiterit, sub cuiuslibet personae repetitione reddantur. DAT. XV KAL. IANVAR. MEDIOL(ANO) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

INTERPRETATIO. Propter absentes legem uolumus iterare, ut, quidquid fuerit eis a qualibet persona sublatum, totum amicis eorum uel proximis uel seruis, cum iudicem interpellauerint, sine dilatione reddatur: ut res, quas discedens dominus in sua proprietate dimisit, integra ab actoribus domini, quousque redeat, uindicetur. Quaecumque autem in militia constitutis uel absentibus peruasa fuerint, sine aliqua iubemus dilatione restitui.

*Br.* (*NMGE*)

[1]) cum *ins. Gothofredus* [2]) § 2. 3 *in Iust.* 8, 4, 7 *his uerbis receptae sunt:* Si quis in tantam furoris peruenit audaciam, ut possessionem rerum apud fiscum uel apud homines quoslibet constitutarum ante euentum iudicialis arbitrii uiolenter inuaserit, dominus quidem constitutus possessionem quam abstulit restituat possessori et dominium eiusdem rei amittat: sin uero alienarum rerum possessionem inuasit, non solum eam possidentibus reddat, uerum etiam aestimationem earundem rerum restituere compellatur [3]) accepta?

1 missianum *GE* c. r. p.] *NE*, ccsp. *M*, uc. lusp. *G* 2 plerumque *NGE*$^{v}$ depectum *M* rem] in rem *ME* caelebratam *N* quaesiuerat *ME* 3 aerario] ac pari *N* punientis *E* contumaces quos *G* 4 erectos] *Murbacensis*, erectus *E*, ereptos *MG*, criminali *N* ut qui] *GE*, ut *M*, qui *N* nollint spectare *E* 5 spernerint *NE*, spernere *G* iniusticiē *E* praescripsisset (perscr. *G*) ... dedisset] praedidisset *N* (*Kr.*), perdidisset *N* (*Mo.*) et amplect.] etiam plect. *E* 6 audacia] *E*, audaciam *N*, audaciae *MG* cadat] *Tilius*, cedat *libri* litem *E*, *inc. G* obperire *NGE* 7 uiolentiis *N* ille *NG* quos *om. G* furorem] *NE*, furore *G*, furor *M* 8 audacia] *NE*, audaciae *M*, audaciam *G* iurgatori *N*, iurgatur *G*, iurgando *E*$^{b}$, *inc. E*$^{a}$ possent] *O*, possint *NME*, *inc. G* 9 iudiciales arbitrio *N* temerari *G* litigatore *N* 10 cogatur *NG* quo *E*$^{a}$ priuandis *G*$^{t}$ negotiis *om. G*$^{a}$ 11 officium *N* 12 expectare *om. M* neque *om. N* expectat *NE*, *inc. G* 13 VIII *E* triu.] *M*, trium *N*, triu*** *G*, treueres *E* tymatio *E*, ****cio *G* 20 consul ā *E*, conss. *M*, consuli *G*$^{b}$ leguriae *N*, legariae *E* leges *N* 21 beneficia *om. G*$^{a}$ statutus *E* 22 aliquod *G* ripendum *N* 24 tueri oportet] ueri**** *G*$^{a}$ atque in his] in his ad quae *G* oblata *E*$^{a}$, *inc. G* consoluere *NG*$^{v}$ 25 quocumque] *M**, quo *M* possidendi *G* repetenti *N* 26 quia] qui *M* rei *om. N* ut *om. N* militiam *G* 27 constiterint *MG* persona ereptione *E* reddatur *N* 28 ian.] iul. *G* III *om. ME*, III aa. *om. G*

5 [1]) IDEM AA. PETRONIO VIC(ARIO) HISPANIARVM. Nec imperiale responsum, quod supplicatio litigatoris obtinuit, nec interlocutio cognitoris interpellare [2]) possessionis statum eo qui
1 rem tenet absente permittitur, quia negotiorum merita partium adsertione panduntur. Vitia autem [3]) a maioribus contracta perdurant et successorem auctoris sui culpa comitatur. ET CETERA. DAT. XV KAL. IANVAR. MEDIOL(ANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

INTERPRETATIO. Nec per principis praeceptionem, si a litigatore fuerit obtenta, nec per responsum iudicis, si fuerit interpellatus, absente domino possessio ullius auferatur, quia prius conueniri debet ille qui possidet et nisi inter praesentes iudicium dari non potest nec negotium terminari. Nam quicumque alienam uel absentis rem crediderit occupandam, nouerit etiam heredes suos similiter pro hac auctoris praesumptione obnoxios esse mansuros.

6 [4]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IVLIANO II [5]) PROCONSVLI AFRICAE. Momenti [6]) actio exerceri potest per quamcumque personam. Sub colore autem adipiscendae possessionis obrepticia petitio alteri obesse non debet, maxime cum absque conuentione personae legitimae initiatum iurgium uideatur. Nihil autem opituletur conuentio circa minorem habita, cum id rectius circa curatorem debuerit custodiri. DAT. PRID. NON. MART. RAV(ENNA) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS. a. 414

INTERPRETATIO. Ad recipiendum momentum, id est infra anni spatium, cuiuslibet persona agere potest. Si per obreptionem fuerit facta petitio, alterius parti praeiudicare non poterit. Praeterea cum legitima persona non sit, nihil ualeat actio contra aetatem minorem, quae contra curatorem suum potius debuit iusta ratione proponi.

## [XXIIII] (*Br.* XXI *Mo.* XXIII) VTRVBI

1 [7]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. VINCENTIO PPO. GALLIARVM. POST ALIA: Si coloni, quos bona fide quisque possedit, ad alios fugae uitio transeuntes necessitatem condicionis propriae declinare temptauerint, bonae fidei possessori prima oportet et celeri reformatione succurri, tunc causam originis et proprietatis agitari, non expectatis temporibus nec denuntiatione sollemni, quae locum in his negotiis non habebunt. ET CETERA. DAT. IIII KAL. [8]) IVL. MEDIOL(ANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

INTERPRETATIO. Si coloni rei alienae ad alios dominos forte confugerint, primum est, ut fugitiuos suos, de cuius re exisse noscuntur, momenti beneficio possessor sine dilatione recipiat et sic de eorum origine audiatur, nec requiratur in iudicio, ut prius titulum litis petitor scribat, quia initium litis ad momentariam non pertinet actionem.

---

*ad* 24 *Br.* (*NMGE*)

[1]) *pr.* = *Iust.* 8, 5, 2: § 1 = *Iust.* 7, 32, 11 [2]) interpellare] ex quacumque parte innouare *Iust.* [3]) autem] possessionum *Iust.* [4]) *Iust.* 3, 6, 3 [5]) II *om. Iust.* [6]) momentariae possessionis *Iust.* [7]) *Iust.* 11, 48, 14: *iunge* 12, 19, 1—3. 5, 16, 18 (*Iust.* 11, 48, 13) [8]) III kal. 12, 19, 1—3

---

1 aa.] a. *M* uic.] uc. *G* spaniarum *GE* responsum] *NG*v *E Iust.*, rescriptum *MG*t supplicatione litigatores *N* 2 obtinebit *Iust.* (*plerique*) interlocatio *E* interpolare *M*, interpellatore *G* statutum *E* eo] eum *G*t 3 tenit *N* permittetur *N* merita] merita a *N* panduntur] conduntur *M* 4 perdurent *E* et] ut *E* comitatur] c. burgario *N*, committetur *G*a 5 xv] *MGE Iust.* 8, 5, 2, v *N Iust.* 7, 32, 11 12 adipiscenda *M* 13 obrepta petitio *MG*t, subreptio *G*v conuentionem *M* 14 habita . . . 15 curatorem *om. E* habita cum] habitaculum (—lam *N*a) *N* 15 rau. *om. N* constantios *G*a, constantias *G*b 16 constante] constans aug. *G* 21 uruui *M*, utrum ui *NGE* 22 arc. et hon.] hon. et theodosius *NG* ppo.] pf. *M*, pfu. *NG*, pf. *E* gallie *NG* 23 quisquis *E* possidet *GE* alius *NM*a necessitate *M*, necessitates *G* 24 possessuri *N* prima] *NE Iust.* (*U*), primum *MG Iust.* (*KJ*) et *om. Iust.* 25 tunc . . . agitare *om. E*a tunc] *G*v *E*b *Iust.*, tum *N*, hanc *MG*t proprietates *N* agitare *G* spectatis *E* denuntiationi *M* 26 quae *om. M* IIII] III *H cum* 12, 19, 1—3 iul. *om. E*



## [XXV] (*Mo.* XXIIII) *DE AEDIFICIIS PRIVATIS ET PVBLICIS* [1])

1 IMP. CONSTANTINVS A. HELPIDIO AGENTI VICEM PP. *Si quis post hanc legem ciuitate spoliata ornatum, hoc est marmora uel columnas, ad rura transtulerit, priuetur ea possessione,*
1 *quam ita ornauerit. Si quis autem ex alia in aliam ciuitatem labentium parietum marmora uel columnas de propriis domibus in proprias transferre uoluerit, quoniam utrobique haec esse publicum decus est, licenter hoc faciat: data similiter facultate etiam de possessione ornatum huiusmodi ad possessionem aliam transferendi, quamuis per muros uel etiam per mediam ciuitatem ea transferri necesse sit, ita ut ea solummodo quae illata fuerint ciuitatibus exportentur.* D. VI K. IVN. VIMINACII CRISPO II ET CONSTANTINO II CONSS. a. 321

2 [2]) IMP. IVLIANVS A. AD AVITIANVM VICARIVM AFRICAE. *Nemini columnas uel statuas cuiuscumque materiae ex alia eademque prouincia uel auferre liceat uel mouere.* D. VI K. NOV. [3]) IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS. a. 362. 363

3 IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD MODESTVM PP. *Singularum urbium curiales etiam inuiti uel reparare intra ciuitates quas olim habuerint domus uel ex nouo aedificare cogantur, illic semper muniis inseruituri et aucturi propriarum frequentiam ciui-*
1 *tatum. Possessores uero, qui non erunt curiales, in urbibus, in quibus domus possident, easdem domos dirutas neglectasque reparent, iudiciaria ad conseruandum hoc praeceptum auctoritate retinendi.* D. XIII K. NOV. GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS. a. 377

4 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MONAXIO PP. *Per prouincias Mesopotamiam Osroenam Euphratensem Syriam secundam Phoenicen Libanensem Ciliciam secundam utramque Armeniam utramque Cappadociam Pontum Polemoniacum atque Hellenopontum, ubi magis hoc desideratur, ceterasque prouincias cunctis uolentibus permittatur murali ambitu fundos proprios seu loca sui dominii constituta uallare.* D. III NON. MAI. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. VIIII ET CONSTANTIO III CONSS. a. 420

5 IDEM AA. SEVERINO PP. [4]) *Maeniana, quae Graece ἐξώστας appellant, siue olim constructa siue in posterum in prouinciis construenda, nisi spatium inter se per decem pedes*
1 *liberi aeris habuerint, modis omnibus detruncentur. In his uero locis, in quibus aedificia priuatorum horreis publicis uidentur obiecta, obstructione maenianorum quindecim pedum*
2 *interualla seruentur. Quem intercapedinis modum aedificaturis quoque proponimus, ita ut, si quis intra definitum spatium, id est decem pedum mensuram, aedificare uel intra quindecim pedum maenianum possidere temptauerit, sciat non solum fabricam demoliendam, sed etiam ipsam domum fisco nostro adscribendam.* D. III K. OCT. ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

6 [*De seruitute luminis uel aeris similiter constitutum est, ut inter priuatorum fabricas decem pedes, inter publicas quindecim dimittantur.*]

---

25 *r. cum epitoma c. 6 citat Burg.* 17, 6: 25, 1—5 *supplet Iust.* 8, 10, 6—8. 10. 11

[1]) *Iust.* 8, 10 [2]) *iunge* 8, 5, 15. 11, 28, 1. 15, 3, 2 [3]) Antiochiae. acc. XV K. April. Karthagine *ins.* 11, 28, 1 [4]) pu. *Gothofredus*

---

1 priuatis et publicis] *Burg. liber optimus*, priuatorum *Burg. reliqui*, priuatis *Iust.* 6 haec] *Iust.* (*M*b), hanc *Iust.* (*PCRM*a) 11 auitianum] *iungendae*, uitianum *Iust.* 19 retinendi] *Iust.* (*M*), retinendum *Iust.* (*C*a), retinendo *Iust.* (*R*a), retinenda *Iust.* (*C*b *R*b) 36 dimittantur] secundum legem Theodosiani libri IIII sub titulo de aedificiis priuatis et publicis *addit Burg.*

LIBER QVINTVS

# I DE LEGITIMIS HEREDITATIBVS[1]

1 [2] IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM [3] PV. Matri ius liberorum non habenti interueniente
licet patruo ceterisque, inter quos agnationis incorrupta iura per ordinem porriguntur et qui-
cumque deinceps agnati erunt, a quibus consanguinitatis iure mater poterat excludi, placet
omnium filii bonorum, quotienscumque ab intestato uenitur, deferri tertiam portionem; etiam
patruo eiusque filio et dumtaxat nepoti agnatione minime durante, si forte per emancipationem
cuiusquam fuerit consanguinitas diminuta, beneficio pari deferri tertiam portionem, licet habeat
mater ius liberorum. Nec immerito, si quando supra dicto subnixa mater fuerit priuilegio,
agnatione dirempta ultra nepotis gradum nostrum beneficium minime placuit extendi, ne,
1 multis personis uocatis, plus ablatum matri, minus additum uideretur. Siue igitur unus ex-
titerit pluresue patrui eorumque filius aut etiam filii et nepotes neptesue, non amplius quam
sola tertia uniuersorum bonorum simul omnibus uel singulis pro suis quibusque gradibus
2 deferenda est. Et eodem genere, si plures erunt, a quibus mater possit excludi, non plus
3 quam tertia bonorum matri aduersus omnes conpetere debebit. Supra dictae ergo originis
exsistentibus personis agnatis in infinitum matri aduersus omnes censuimus subueniendum,
licet non omnibus aduersus matrem, sed certis superius conprehensis personis hoc auxilium
tribuatur; ita ut nec petita bonorum possessione, quoniam huius legis, non praetoris est be-
neficium, ilico, ut sibi delatae portionis dies extiterit, aditione simplici arrepto rerum quolibet
corpore uel animi destinatione patefacta plenum dominium delatae sibi portionis consequantur,
facultate eis perpetua, dum aduixerint, tribuenda in adeunda concessa sibi parte successionis.
4 Nec enim ad eos, qui eorundem successores erunt, nisi ipsis prius, quos indulgentiae nostrae
ratio conplectitur, quaesita fuerit hereditas, transire quicquam iubemus, sed penes eos manere,
apud quos ante istam legem residere potuisset. DAT. XIIII KAL. IANVAR ROM(AE) [4] CRISPO
II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.
a. 321 ?

*Br.* (*NMGE*)

[1]) *Iust.* 6, 58  [2]) *iunge* 2, 6, 3. 11, 35, 1  [3]) *Bassi praefectura urbana, quae incidit in annos* 317—319, *ad subscriptionem non quadrat*  [4]) Sirmio 2, 6, 3. 11, 35, 1

2 heredibus *G Iust.* 6, 53  3 impp. *G* passum *G*  pu.] *MG*, ppo. *N*, ppm. *E*  4 agnationes incorruptam *N*  ordine *N* corriguntur $MG^{t}$  5 consanguinitas $E^{t}$  6 uenitor *N*  tertia portione *N*  etiam] et tam *NMGE*  7 paruo *N*  que] qui *N*, qui de *E* et *om. G*  agnationem *N*, actionem *G* minime] enim $G^{t}$  8 cuiusque *N*  deminuta $NG^{1}$  licet] et l. *G*  9 inimmerito *E*  subnexa *NE*  10 dirempta] *E*, direpta *MG*, derepta *N*  nepotes *NE*  ne] nec *G*  11 matris *G*  12 filios *NMGE*  nepotes] nepos *N*  neptesue] nepotesue $NE^{t}$, et nepti*ue $G^{1}$, et neptisue $G^{2}$  13 solam tertiam *N*  14 deferenda] defensa *G*  et] ex *G*  generis *N*, generis tenere *E*  15 tertiam *MGE*  debet *GE*  supra] sub supra *E*  ergo *om. N*  16 extantibus *G*  18 leges *NM* (*non M**)  19 sibi] si $NG^{t}E$, ubi $G^{v}$  dilatae *NE*  20 patefactet $G^{1}$  dilatae *NE*  21 facultatem *N*, facultates *E*  aduixerit *N*, uixerint *E*  22 eunda *N*, adeundo *E*  subcessionis $NG^{t}$, successionis $G^{t}$  ipsi *MG*  prios *N*  23 conplectetur *N*  24 istam] statutam *E*  potuissent *GE*, potuisse *N*  dat.] pp. *ME*  XIII *G cum* 2, 6, 3  roma *G*  25 et const. II *om. M*  cc.] c. *MG*, *om. NE*



INTERPRETATIO. Si mater ius liberorum non habeat, hoc est, si ingenua tres partus uiuos et libertina quattuor non ediderit et unicum filium intestatum fortasse perdiderit et filius moriens patruum unum uel plures aut certe patrui uel patruorum filios uel nepotes plures cum matre reliquerit, qui tamen emancipati non fuerint, mater in tertia portione in filii intestati hereditate succedat et duas partes patruus uel si plures patrui fuerint, aut filii uel nepotes sibimet uindicabunt. Quod si mater ius liberorum habeat et patruus uel patrui cum matre superfuerint, etiamsi emancipati sunt, duas partes de bonis filii intestati morientis mater consequatur, quae ius liberorum habet, et tertiam patruus uel patrui: qui si defuerint patrui, filii patruorum, quanti fuerint, aequales sibi per capita faciant portiones. Quod si filii patruorum defuerint, simili etiam nepotes patruorum diuisione succedant. Sed in hac successione sola constitutio praesens sufficit, ut inter matrem, patruos eorumque filios et nepotes bonorum possessio praesumatur; quae si fortasse adita non fuerit hereditas, et ii, qui adire debuerant, moriuntur, heredes eorum a successione non aditae hereditatis excludit, quia euidenter haec lex constituit, ut non adita hereditas non transeat ad heredes. hic de iure addendum.

1a IDEM A. CATVLLINO PROC. AFRICAE [1]). *Matres, quae puberes amiserunt filios, licet impuberibus eis tutores non petierunt, praescriptione non petiti tutoris ad excludendam eorum successionem minime debere praescribi certum est.* DAT. VI K. AVG. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTE [1]) CONSS. a. 326 ?

2 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD AVXONIVM PPO. Quia non solum filius consanguineus, sed etiam per adoptionem quaesitus, nulla capitis deminutione intercedente eius, matrem excludit, si quidem patiatur mater defunctorum excludi *f*ratribus consanguineis exsistentibus, quibus ipsa praeferatur intercedente capitis deminutione, proximior gradus ineatur. Nam constitutio diui Constantini ad Bassum praefectum urbis emissa patrui tantummodo ius antiquum temperauit, ut, si unus patruus seu duo pluresue sint, siue filius filiiue eorum usque ad nepotem extiterint, beneficio constitutionis in partem tertiam componantur, de consanguineis uero fratribus nullam fuisse mentionem cognouimus. Euidenter licet antiquo iure seruato ac diualis memoriae Constantini constitutione conprobata prospectum esse uideatur a nostra clementia, ut in huiusmodi litibus, quibus frater consanguineus debet excludi secundum ius antiquum, praeferatur iuxta memoratam destinationem, uel certe, si patrui persona intercesserit, usque ad nepotem ius constitutionis temperatum suum teneat robur atque firmitatem. DAT. IIII KAL. IAN. CONSTANTINOPOLI VALENTINIANO NP. ET VICTORE VC. CONSS. a. 369

INTERPRETATIO. Si moriatur quis et relinquat matrem et fratrem consanguineum, id est uno patre natum, uel etiam adoptiuum, id est gestis ante curiam adfiliatum, qui consanguinei loco habendus est, consanguineus frater uel adoptiuus matrem in totum a successione mortui fratris excludunt. Quod si emancipatus fuerit consanguineus aut adoptiuus et moriatur frater superstitibus emancipatis fratribus et matre patruos eorumque filios uel nepotes etiam emancipati fratres euidenter excludunt: ita tamen, ut, si ius liberorum mater habuerit, duas partes de morientis filii hereditate praesumat et tertiam emancipati fratres, quos constat esse superstites. Quod si mater ius liberorum non habuerit, tertiam mater consequetur et duas partes etiam emancipati filii exclusis patruis possidebunt.

3 [2]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD HILARIVM PV. Quotiens

*Br.* (*NMGE*): *c.* 1a *supplet Iust.* 6, 56, 3

[1]) *Catullinus proconsul Afr. uidetur fuisse a.* 315—318.  [2]) *Iust.* 6, 57, 4

14 hic . . . addendum] *MG*, *om. NE*  15 proc.] prefecto *Iust.* (*SP*), pp. *Iust.* (*CR*)  19 auxanium *M*, ausonium *N*  ppo.] pfu. po. *G*, ppm. *E*  filios consanguineos *NG*  20 etiam *om. N*  quaesitos *G*  diminutione *ME*  21 si quidem . . . 22 ineatur] *oratio corrupta*  fratribus] *H*, a fratribus *reliqui*  22 diminutione *ME*  ineatur] *M*, iniatur $E^{a}$, initiatur $G^{t}$, sinatur $G^{v}$  23 nam] nam si *G*  praef. urbis] *M*, praefectum *E*, pm. *N*, ppo. *G*  24 ut] quod *G*  duo] dum *N*  filius] filios *N*, fili** $G^{a}$, filii $G^{b}$  filiiue] filiaeue *NG*  25 de beneficio *E*  componatur *NGE*, conponant *M*  26 nulla $NM^{a}$ (non *M**)  euidenter licet] *in his quoque corruptela latet*  27 diuales *N*  uidebatur *N*, uidetur $M^{a}$  28 ut] *E*, aut *NM*, *om. G*  huiusmodi . . . secundum *om. N*  quibus *GE*, qui *M*  debeat *E*  29 distinationem *E*  parui *N*, paui $G^{1}$  30 temperatam *N*  roborem teneat *G*  31 constantinopolim *G*  III *N*, XIII *E*  np.] VIIII *NE*  uictorio *E*  uc.] *C*, *om. reliqui*  41 ualent. grat. *G*, ual. *om. E*  aa. *E*  helarium *N*, hilarianum *Iust.* (*PLR*): *cf. C. I. L. VIII* 1219 Decius Hilarianus Hi[lar]ius proconsul Afr. (*a.* 375/8)  pu.] *Iust.* (*PLR*), ppo. *Br. cum Iust.* (*SC*)

de emancipatae filiae successione tractatur, seu eam fiduciae nomen obstrinxit seu etiam nulla comitantur suffragia liberorum[1]), filiis ex ea genitis, etiamsi talis occasus auo uiuente contingat, intacta pro solido successio deferatur[2]), neque ulla defunctae patri matrique concedatur intestatae successionis hereditas, cum satis superque sufficiat aduersus omnes legitimo gradu ad successionem uenientes in hereditatibus matrum incolumes ac superstites optabili sorte genitoris successio liberorum. DAT. XI KAL. MART. MEDIOL(ANO) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383

INTERPRETATIO. Filia, quam fiduciatam nominauit, hoc est emancipata, si intestata moriatur et relinquat superstites patrem, matrem et filios, excluso patre et matre, etiamsi ius liberorum defuncta non habeat, filii soli in eius hereditate succedunt. Hic de iure addendum, quid sit fiducia.

4 [3]) IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. CONSTANTIANO PPO. GALLIARVM. Si defunctus cuiuscumque sexus aut numeri reliquerit filios et ex filia diem functa cuiuscumque sexus aut numeri nepotes, eius partis, quam defuncti filia superstes patri inter fratres suos fuisset habitura, duas partes consequantur nepotes ex eadem filia, tertia pars fratribus sororibusue eius quae defuncta est, id est filiis filiabusque eius, de cuius bonis agitur,
1 auunculis scilicet siue materteris eorum, quorum commodo legem sancimus, adcrescat. [4]) Quod si hic defunctus, de cuius bonis loquimur, habebit ex filia nepotes *et* praeterea filios non habebit, sed qui praeferri nepotibus possint, habebit agnatos, [5]) in quandam Falcidiam et in
2 dodrantem nepotes iure succedant. Haec eadem, quae de aui materni bonis constituimus, de auiae maternae siue etiam paternae simili aequitate sancimus; nisi forte aui ad elogia inurenda
3 impiis nepotibus iusta se motos ratione monstrauerint[6]). Non solum autem, si intestatus auus auiaue defecerit, haec nepotibus quae sancimus iura seruamus, sed et si auus uel auia, quibus huiusmodi nepotes erunt, testati obierint et praeterierint nepotes aut exheredauerint, easdem et de iniusto auorum testamento et si quae filiae poterant uel de re uel de lite conpetere actiones nepotibus deferimus secundum iustum nostrae legis[7]) modum, quae de parentum inofficiosis testamentis conpetunt filiis. DAT. V KAL. MART. MEDIOL(ANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS. a. 389

INTERPRETATIO. Si aliquis moriatur intestatus et filios uel filias superstites uel nepotes ex filia mortua derelinquat, filii in sua portione succedunt, nepotes ex filia de portione matris suae tertiam perdunt, quae superstitibus auunculis eius et materteris proficit. Si uero quis moriatur intestatus et relinquat ex filia nepotes et filios non dimittat, sed fratrem et sororem superstites derelinquat, tres partes hereditatis aui materni sibi nepotes uel neptes ex filia uindicabunt, quartam frater uel soror aui defuncti iuxta legis huius ordinem consequentur. Si uero mulier, id est paterna uel materna auia intestata moriatur et relinquat filios et ex

*Br.* (*NMGE*)

1) Quotiens de emancipati filii filiaeue successione tractatur, filiis ex his genitis deferatur intacta pro solido successio *Iust.* 2) *seqq. om. Iust.* 3) *Iust.* 6, 55, 9: *cf. Lex Rom. Burg.* 10, 2—4. 22, 9 4) § 1 *om. Iust.* 5) hi *ins. Gothofredus* 6) monstrauerint] dixerint et hoc fuerit legibus adprobatum *Iust.* 7) *non extat*

1 seu] siue *G* obtrinxit *N* 2 committantur *G*, comitante *M* genitus *G* auo] aut *N* 3 intestata $G^t$ illa *NE* defuncta *N* 4 aduersos *N* 5 successione *M* uenientis $E^a$ incolomis superstitis *N* obstabiles hortae *E*, ab tali sorte *G* 6 genitores *E*, geniti *MG* XV *Iust.* (*Hal.*) II *om. G* 12 constantiano *M* Iust.* (*M*), constantiniano *M*, constantino *NG Iust.* (*R*) *Burg.* ppo.] pfo. *G*, praes. *N* galliae *NG* 13 numeri] uoluerit *N* reliquerit ... 14 nepotes *om.* $G^a$ relinquerint *E* diem functa] *Iust.*, diem defuncta *E*, defuncta *NMG* 14 eius] ex eius *G* partes *E*, parte *G*, patris *N* qua *G* defunctis *E*, defuncta *Iust.* superstis *MG*, suppraestis *E* patri *om. M* 16 soribus uel *G* 17 quomodo $NG^tE$ lege *NG* 18 et] *O*, sed *NMGE* 19 sed ... habebit *om.* $E^a$ sed] sed si *M*, *om. G* quartam falc. *G*, quarta id est falc. *Burg.* 20 dodrante *N* haec] et haec *G* aui maternis *E*, auia materna *G* 21 paterna *G* similia *N* aui ad] auia *G*, ad aui *E* logia *G* inurendam *G*, iniirendam *N* 22 iuxta *G* se motos] *M Iust.*, se (** $G^a$) motus *GE*, se motibus *N* si int. cum auis (auis cum *E*) auiaeue *ME*, si int. cum aui auiae *N*, in auos si cum auia int. *G* 23 defecerit *om. N* reseruamus *G* 24 erant *M* obuiauerint $G^t$ 25 easdem] *Iust.*, eosdem *NMGE* poterint *G* uel de re] uendere $G^2$, uender** $G^1$ de lite] lite *N* 26 actionis *N* 27 timasio] thiadio *G*



mortuo filio uel filia nepotes, aequaliter de patris uel matris portione nepotes uel neptes tertiam perdunt, quam patruis et amitis ex auiae paternae bonis, auunculis et materteris ex auiae maternae bonis, sicut et de aui materni conquirunt. Nam si patruus et amita uel auunculus et matertera fortasse defuerint, ad fratres uel sorores auiarum tres unciae et ad nepotes nouem peruenient: nam in aui paterni hereditate nepotes uel neptes ex filio mortuo de patris sui portione nihil perdunt. Si uero auus uel auia nepotes ac neptes ex filia in testamento suo praeterierint aut non probatis causis exheredauerint, actio illis de inofficioso contra testamentum aui uel auiae, quae matri eorum conpetere potuit, legis beneficio tribuetur.

5 [1]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AVRELIANO PPO. Nepotes ex filia auis pro rata parte hac condicione succedant, qua et matres, si uiuerent, hereditatem patrum sibi cum fratribus uindicarent, scilicet ut mixtis matrum suarum dotibus aui hereditatem pro rata parte, quam lex diualis censuit, cum auunculis partiantur; nec amplius his quicquam de auitis facultatibus tribuatur, quam legis dudum latae[2]) sanctio conprehendit, scilicet detracta tertia partis eius,
1 quae eorum matri, si dotem iungeret, debebatur. Si uero dotem matris miscere noluerint, maternis ac paternis facultatibus oportet esse contentos, quos constat alienae iam familiae esse procreatos. DAT. PRID. NON. OCTOB. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

INTERPRETATIO. Haec lex similis est superiori, sed hoc amplius habet, quod dotem pro filia in generum factam uel quidquid ipsa filia accepit tempore nubtiarum, post mortem aui intestati nepotes confundere iubet, ita ut de dote in hereditatem confusa duas partes de id, quod mater eorum erat habitura, percipiant, aut si noluerint confundere nepotes, sint acceptis tempore nubtiarum rebus uel sola dote contenti.

6 [3]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MAXIMO PV. Vbi auiarum successio occasu[4]) interueniente discutitur, capitis deminutio materna quaerenda non est. Tunc enim in huiusmodi hereditatibus filiorum status aut persona spectatur, quotiens de eius bonis, qui potestatem familiae potuit habere, tractatur. DAT. V KAL. OCTOB. RAV(ENNA) THEODOSIO A. VIIII ET CONSTANTIO III CONSS. a. 420

INTERPRETATIO. In bonis auiae emancipatio patris aut matris nepotibus non inpediat, sed perdito triente, in ea, quam lex eis tribuit, portione succedant.

7 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. ALBINO PV. Sicut mater, quae liberorum iure subnixa est, patruo capite deminuto dare iussa est tertiam portionem, ita etiam, quae nullo
1 huiusmodi fulcitur auxilio, patruo quattuor cedat unciis facultatum. In illa quoque parte matris non est priuilegium transeundum, in qua Constantinianae legis potissimum constitutum tenendum esse censemus, ut, sicuti nulli umquam uel ex prioris generis parte uenientum uel ex consequenti sanguine probatorum agnationis compositionisue nomine de successione filii iusta cum matre potuit esse contentio, praeterquam patruo, filio patrui et eius nepoti, ita

*Br.* (*NMGE*)

1) *iunge* 4, 2, 1 2) *c.* 4 3) *Iust.* 6, 55, 10 4) morte *Iust.*

9 filia aui $G^2$, filiauis *N*, auis *om.* $G^1$ pro rata] probata *N* parte hac] paterie a *N* 10 succedunt *N* qua et] quae *NE*, quia et *G* uiuerent] inuenerint *N* patruum *G* 11 mixtis] mexus *N* matris *G* hereditate *G* pro *bis* $G^a$ ratam *E* qua *NG* 12 parciatur *G* nec ... 13 legis *om.* $G^a$ quippiam *NE*, quam *G* auis *N*, habitis *E* 13 scilicet] sc. et *M* tertia partes eius *N*, partis eius tertia *G* 14 iungerit *NE*, iungere $G^b$, iuge $G^a$ debeatur *NG* uero *om.* $E^a$ noluerit *E* 15 matres *N*, maternam *M* ac] et *M* contentus *N* alienae iam] alienae (—na *E*) etiam $G^vE$, aliena (—nam $G^a$) in $G^t$, alienae in *M**, alienae *M* familia $G^a$ 16 honorio] theodosio *N* III *om. G* 23 maximino *ME*, maximiano et archadio *G* pu.] ppo. *NE Iust.* casu *M* 24 diminutio *ME*, diminutione *G* 25 personas *N*, personae *G* speciatur *N*, expectatur $MGE^b$, *pectatur $E^a$ qui] si *M* 26 V] XV *Iust.* rau.] reu. *N* a. VIIII (a. nubp. *N*) et contantio (constantino *M*, constante *N*) III (III *om. E*)] XIII et ualentiniano III aa. (= *a.* 430) *Iust.* (*Hal.*), ** *G* 29 triante *libri* 30 pu.] *M*, ppo. *NE*, prefecto *H*, pfo. *G* 31 subnexa *NME* est *om. G* diminuto *ME* tercia *G* nullo] in nullo *G* 32 fulcetur *N*, fulciatur *G* untias *NGE* 33 matris] $E^v$, matri *MG*, patris $NE^t$ transeundae *N* constantiane $E^a$ 34 censuimus $E^b$, *inc.* $E^a$ secuti *E*, sicut *G* nullum quam $E^a$ uel ex] ex *N* prior *M*, superioris *E* uenientium $GE^b$ uel ... 35 probatorum *om. N* 35 consequendi $G^1$ probaturium *G* agnationes *N* 36 iuxta *G* eius] in eius *N* nepoti] *edd.*, nepote *libri*

omnibus reliquis, sicut custoditum hactenus arbitramur, persona potior matris habeatur.
2 Emancipati quoque fratris merita tractamus, qui, ut agnationis iure integro matrem in totum
a successione filii decedentis excludit, ita capite deminutus nihil penitus consequitur. Exemplo
igitur patrui etiam huic cum matre hanc uolumus esse rationem, ut quattuor uncias heredi-
3 tatis accipiat. Lata uero decernimus sanctione, ut statuta nostra non solum futurarum am-
bigua quaestionum, uerum etiam pendentium negotiorum hoc ordine fata discingant. DAT.
III KAL. FEBR. ROMAE THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

INTERPRETATIO. Similis est haec lex superiori, sed quia euidentior est, et istam inseruimus. Nam illa hoc amplius habet, quod et de adoptiuo filio loquitur.

8 [1] IDEM AA. AD SENATVM VRB(IS) ROM(AE). POST ALIA: Mater, quae habens ius liberorum
defuncto filio sine liberis filiaue cum eius sorore succedit, pari sortis paternae teneatur exemplo,
ut si torum priorem secundo non mutarit amplexu [2]), omnia filii morte delata pleno iure con-
quirat; si uero alterius elegerit coniugium mariti, extrinsecus quidem quaesita filio filiaeue
simili firmitate possideat, rerum uero paternarum defuncti solo usufructu humanitatis contem-
1 platione potiatur, proprietatem [3]) fratribus transmissura defuncti. [4]) Si uero filius qui moritur
filiaue filios derelinquit [5]), omnimodo patri suo matriue ipso iure succedant. Quod sine dubio
et de pronepotibus obseruandum esse censuimus. ET CETERA. DAT. VII ID. NOVEMB. RA-
VENNA DD. NN. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

INTERPRETATIO. Mater ius liberorum habens mortuo filio uel filia, si superstites alias filias habuerit et filium non habuerit, cum filiabus aequali sorte succedat, hoc est ut mater mediam et filiae, quantae fuerint, mediam uindicent portionem: ita ut, si alium maritum non acceperit, portionem, quam consecuta est, faciendi de ea quod uoluerit habeat potestatem; si uero alium maritum acceperit, quidquid filius uel filia mortui aliunde adquisitum reliquerint, mater perpetuo iure uindicet, de bonis uero prioris mariti portionem, quam ex hereditate filii morientis fuerit consecuta, sorores mortuorum fratrum sibi post matris obitum uindicabunt. Quod si filius uel filia qui moriuntur matrem ius liberorum habentem superstitem dimiserint et sorores, sed tamen filios habeant, filii eorum in integra patris uel matris facultate succedunt, ita ut mater uel sorores ab hac successione habeantur extraneae. Hoc et de nepotibus et pronepotibus filiorum lex ista constituit.

9 [6]) IDEM AA. HIERIO PPO. Pridem latae constitutionis pars quaedam abroganda est, ne
ullis parentibus aut propinquis, quos naturae legisque pariter praerogatiua defendit, in ca-
piendis ab intestato hereditatibus praeferantur coniuges uel etiam conparentur; cum, si sanc-
titas inter eos sit digna foedere coniugali, non ita laboriosa uel sumptuosa est testandi oc-
casio, ut desiderio suo quisquam subuenire differat, quod interdum ita sensu leuiore conci-

*Br.* (*NMGE*)

[1]) *pr.* = *Iust.* 6, 56, 5: *de iungendis cf. ad* 4, 1, 1   [2]) Mater ... 12 amplexu] Mater, quae defuncto filio filiaue sine liberis, ex testamento uel ab intestato succedit, si matrimonium secundum post mortem filii uel filiae non contraxerit *Iust.*   [3]) sorori et *ins. Iust.*   [4]) § 1 = *Iust.* 6, 55, 10   [5]) Si matre superstite filius uel filia qui moritur filios dereliquerit *Iust.*   [6]) *iunge* 2, 3, 1 *et quae ibi laudantur*

1 omnibus reliquis] *N*$E^{b}$, contra omnes reliquos *MG*, contra omnibus reliquis $E^{a}$ (*teste Mommsen*) pocius *G* matris] patris *N* 2 emancipato $N^{a}$ fratres *N*$G^{1}E^{b}$ agnationes in iure *E* 3 successionem *E* decedentes *N*, decidentis *E* excludit *om. N* diminutus *ME*, deminutis *G* consequatur *G*$E^{b}$ 4 ratione *N* 5 accipiant *N* lata] laxa *M* ambiguam *NG* 6 facta *GE*, rata *N* distingant *N*, distinguant *GE* 7 febr.] seb. *G* romae *om. MG* ualente *E* II aa.] II a. *E*, *om. MG* 10 orbis *N* 11 filio *om.* $E^{a}$ filiaue] fili auiae *N* sorore] sessore *N* pari *N*$G^{t}$*E*, patri *M*$G^{v}$ sortes *N*$G^{b}$, sorte *E* paterna $G^{a}$ exemplo filii (*sic*) *E* 12 si torum] *M*$E^{b}$, sit horum *N*, si *torum $E^{a}$, tutorem *G* secundum $G^{1}$ mutaret *NG*, mutauerit *E* amplexum *N* fili *ME*, filii seu filiae *Iust.* (*Latini contra Graecos*) delata] *NM cum Iust.* (*Graeci*), delicta $G^{t}$, derelicta *E*, uel re uel delata $G^{v}$ (*uoluit* derelicta uel delata?), delata uel derelicta *Iust.* (*Latini*) 13 sin uero *Iust.* filiaue *E uel* $E^{b}$, ue *om. N* 15 patiatur *N* transmissuram *M* filius] filios *N* 16 filiaue filios] *NE*, filiumue uel filiam *M*, filiasque $G^{2}$, filia*** $G^{1}$ ipso] proprio] $G^{t}$ iure *om. G* 17 censuimus] *NMGE cum Iust.* (*M*), censemus *M* Iust.* (*CR*) VII] VIII *G Iust.* 6, 55, 11, V *Iust.* 6, 56, 5 (*PL Hal.*) rauenna] *E Iust.* (*Hal.*), raun. *N Iust.* (*P*), *om. MG* 18 dd. nn. *om. NGE* ualentinianus *G* VII *om. MG* 30 quidem *M* ne] nec *G* 31 quos *om. M* natura *G* 32 ab] ad *N* praeferatur *E* 34 differant *N* quod] quo *M* (non *M**), quod si *G* sensum *N* concepetur *N*



pitur, [1]) ut antiqui nec, quod extraneis ac saepe ignotis in donationibus successionibusque
tribuitur, coniugibus concesserint, reprimendum inter hos potius, ut in loco ancipiti, quam
1 incitandum fauorem mutuum arbitrati. Verum lex alia [2]), quam pridem tulimus, ut matrimo-
2 niis auxilium inpertiret, deficientis hoc totum credidit arbitrio permittendum. [3]) Nunc uero
parentibus extantibus uel propinquis ab intestato uenire coniuges prohibemus. Itaque nulla
mentio prioris legis sit, si qua hoc medio breuique tempore contigisse alicui dicatur coniugis
ab intestato hereditas, et lege proposita diuulgetur omnem huiusmodi spem successionis, quae
ab intestato deferetur, coniugibus deponendam, nisi ille casus emerserit, ut nemo de propin-
quis successionem mortui uindicare possit ex lege, cum fisco nostro qualiacumque iura matri-
monii praeponamus. ET CETERA. DAT. X KAL. MART. CONSTANTINOPOLI TAVRO ET QVI FVERIT
NVNTIATVS CONSS. a. 428

INTERPRETATIO. Haec lex constituit, ut omnes propinqui uxorem ab intestati mariti successione prohibeant et maritum similiter a successione intestatae uxoris excludant. Sed si propinqui omnino defuerint, tunc sibi inuicem excluso fisco maritus uel uxor succedant.

## [II] *DE BONIS LIBERTORVM* [4])

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD FLORIANVM COM. R. P. *Si liberti coniuentibus
patronis consortium cum ancillis colonisue nostris elegerint, sciant illi se deinceps commoda
patronatus amissuros.* DAT. III ID. OCT. TRIVERIS LVPICINO ET IOVINO VV. CC. CONSS. a. 367

## [III] (*Br.* II) DE DECVRIONVM [5])

1 IMP. CONSTANTINVS A. RVFINO PPO. Si decurio sine liberis intestatus diem uitae sol-
uerit, cui neque uoluntas postrema legibus fulta neque alio iure gradu proximo heres extiterit,
bona eius curiae suae commodis cedant, id est ordinis utilitati proficiant, cuius corpori fatali
necessitate exemptus est, nulli praebenda licentia postulandi haec bona *ut* uacantia de nostra
clementia, etiamsi re uera et testamentum et successor deesse legitimus adprobetur, omni
etiam beneficio, si quod fuerit impetratum, protinus infirmando. DAT. KAL. DECEMB. SIRMIO
CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319 [6])

INTERPRETATIO. Si curialis intestatus moriens neque filios neque proximos derelinquat, curia, cuius ordini subducitur, quidquid reliquerit, uindicabit, ita ut nullus audeat ea quasi bona caduca a principibus postulare. Quod si fecerit, non ualebit: nam testamentum faciendi curialibus lex ista tribuit potestatem.

*Br.* (*NMGE*): *tit.* 2 *supplet Iust.* 6, 4 *r.* 2

[1]) *ex principio extremo haustae sunt Iust.* 6, 24, 11 (Extraneum etiam penitus ignotum heredem quis instituere potest) *et Iust.* 8, 53, 29 (In extraneos et saepe ignotos donationem collatam ualere receptum est)   [2]) 8, 17, 2   [3]) § 2 *in Iust.* 6, 18, 1 *sic contracta est:* Maritus et uxor ab intestato sibi in solidum pro antiquo iure succedant, quotiens deficit omnis parentium liberorum seu propinquorum legitima uel naturalis successio, fisco excluso   [4]) *Iust.* 6, 4   [5]) *cf. Iust.* 6, 62   [6]) *re uera hanc constitutionem anno 352 a Constantio datam esse uidit Gothofredus*

1 que *om. G* 2 tribuitur] *E*, tribuetur *NMG* cesserint *G* reprimendam *NE* hos (eos *E*) potius] hospicius *N* 3 arbitrari *E* aliam quam *N*, aliquam *M* matrimonii *N* (*Kr.*) patrimonii *N* (*Mo.*) 4 deficientes *N*$E^{b}$ credit *MG* promittendum *N* 5 coniugis *NE* 6 qua] cui *M* dicantur *N* 7 hereditas ... 8 intestato *om. M* et] hac *G*, ex *E* 8 deferatur *M*, deferitur *G* deponenda *N* nisi] nisi si *M*$E^{a}$? 9 qualiscumque *NE* iura] ius *E* matrimonio *G* 10 X] XI *N*, XII *E* tauro et q. f. n.] *N*, tauro et felice *MGE*, hierio et tauro *Iust.* 6, 18, 1 (*V*), felice et tauro *Iust.* 6, 24, 11 (*Hal.*) 8, 53, 29 (*Hal.*) 19 de decurionum] decurionum id est curialium *libri* 20 rufino *om.* $G^{1}$ 21 fulta] functa *N* alio] alico $G^{a}$, aliquo *N*$G^{b}E^{b}$ iure] forte *E* gradu *om. N* heredes *N* bona *om.* $E^{a}$ 23 uecessitatis *N* exceptus *G* pribanda $N^{b}$, prubanda $N^{a}$? postulanda $G^{1}$ ut] aut *libri* 25 si quot *M**, sicut *MG*, sicuti *E*, si cui *N*

2 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PP. *Nec uenditio rei hereditariae curiae adquisitae aut debitoris hereditarii qui soluerit liberatio aliter admittenda est, nisi apud acta totius uel maioris partis ordinis intercedente decreto ineundi contractus uel dissoluendae obligationis causa probetur.* 1 *Ita enim id quod ex ea redigitur ad praediorum iubemus comparationem expendi, quorum reditus omnes, sicut dictum est, eiusdem curiae publicis muneribus, quae solacio egere constiterit, iustissime seruabuntur: ex consensu omnium et maxime ditiorum, uel idonea fideiussione oblata conductoribus eligendis.* D. V ID. IVN. CONSTANTINOPOLI FELICE ET TAVRO CONSS. a. 428

3 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PPO. *Si decuriorum consortio sit alienus, qui curiali successit, competentis eidem iuris, siue ex asse siue ex parte heres sit bonorumue possessor, partem quartam iure optimo a curia peti decernimus.* DAT. V ID. IVN. CONSTANTINOPOLI FELICE ET TAVRO CONSS. a. 428

4 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PPO. *Intestatorum curialium bona, si sine herede moriantur, ordinibus patriae eorum adipisci praecipimus.* DAT. V ID. MART. FLORENTIO ET DIONYSIO CONSS. a. 429

## [*IIII DE NAVICVLARIORVM ET COHORTALIVM*]

1 IMP. CONSTANTINVS A. MASTICHIANO PRAEFECTO ANNONAE. *Si quis nauicularius sine testamento et liberis uel successoribus defunctus sit, hereditatem eius non ad fiscum, sed ad corpus nauiculariorum, ex quo fatali sorte subtractus est, deferri praecipimus.* PP. XV K. . . . LASTRONAE CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTE CAES. CONSS. a. 326

2 IMP. CONSTANTIVS A. RVFINO PPO. *Si quis cohortali condicione grauatus sine testamento uel quolibet successore ultimum diem obierit, successionem eius non ad fiscum, sed ad ceteros cohortales eiusdem prouinciae pertinere iubemus.* DAT. V K. IAN. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS. a. 349

## [V] (*Br.* III) DE CLERICORVM ET MONACHORVM

1 [1] IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD TAVRVM PPO. ET PATRICIVM. Si quis episcopus aut [2] presbyter aut diaconus aut diaconissa aut subdiaconus uel cuiuslibet alterius loci clericus aut monachus aut mulier, quae solitariae uitae dedita est, nullo condito testamento decesserit nec ei parentes utriusque sexus uel liberi uel si qui agnationis cognationisue iure iunguntur uel uxor extiterit, bona, quae ad eum [3] pertinuerint, sacrosanctae ecclesiae uel monasterio, cui fuerat destinatus [4], omnifariam socientur, exceptis his facultatibus, quas forte censibus adscripti uel iuri patronatus subiecti uel curiali condicioni obnoxii clerici uel monachi cuiuscumque sexus relinquunt (nec enim iustum est bona seu peculia, quae aut pa-

3, 2 *supplet Iust.* 10, 34, 2: 3, 3 *Iust.* 10, 35, 1: 3, 4 *Iust.* 6, 62, 4: 4 *r.* 1. 2. *supplet Iust.* 6, 62 *r.* 1. 3: *ad tit.* 5 *Br.* (*NMGE*)

1) = *Iust.* 1, 3, 20 2) episcopus aut *om. Iust.* 3) uel ad eam *ins. Iust.* 4) aut destinata *ins. Iust.*

4 ita enim id] *Iust.* (*KI*$^{a}$), id enim et *Iust.* (*O*), id enim *Iust.* (*I*$^{b}$), id ei et *Iust.* (*X*) 14 adipisci] *Iust.* (*libri boni*), addici *uel* adici *Iust.* (*dett.*): adipisci *uidetur passiue usurpatum* 20 lastronae *corruptum est* caes.] cl. caes. *Iust.* (*Hal.*) 25 et] et aut *G* 26 et *om. G* et patricium *om. N Iust.* 27 aut diaconus *om. N* aut (*sic M**, uel *M*, et *E*) subdiaconus] aut subdiaconissa *NG* uel] aut *G* 29 discesserint *G* ei] eis *G*, et *N* utrisque *M* qui] qua *GE* cognationisue] condicionisque *G* 30 uxore *E*$^{a}$ 31 cui] quo *M* fuerit *G* omnifaria *MG*, ob nefariam *NE*$^{b}$ 32 iure *libri cum Iust.* conditione *E* clerici *om. G*$^{1}$ uel monachi] *GE Iust.*, uel mon. uel *NM* 33 relinquuntur *NMG*, relinquitur *E* est iustum *G*



trono legibus debentur aut domino possessionis, cui quis eorum fuerat adscriptus, aut ad curias pro tenore dudum latae constitutionis [1]) sub certa forma pertinere noscuntur, ab ecclesiis [2]) detineri: actionibus uidelicet competenter sacrosanctis ecclesiis [3]) reseruatis, si quis forte praedictis condicionibus obnoxius aut ex gestis negotiis aut ex quibuslibet aliis ecclesiasticis actibus obligatus obierit): [3]) ita ut, si qua litigia ex huiusmodi petitionibus in iudiciis pendent, penitus sopiantur nec liceat petitori post huius legis publicationem iudicium ingredi uel oeconomis aut monachis aut procuratoribus inferre molestiam, ipsa petitione antiquata et bonis quae relicta sunt religiosissimis ecclesiis uel monasteriis, quibus dedicati fuerant, consecratis. DAT. XVIII KAL. IANVAR. ARIOVINDO ET ASPARE CONSS. a. 434

INTERPRETATIO. Si quis episcopus uel quos lex ipsa commemorat aut quilibet religiosi uel religiosae intestati sine filiis propinquis uel uxore decesserint, qui tamen nec curiae quicquam debuerint nec patrono, quidquid reliquerint, ad ecclesias uel monasteria, quibus obsecuti fuerint, pertinebit. Qui si testari uoluerint, habebunt liberam potestatem.

## [VI?] (*Br.* IIII) DE BONIS MILITVM [4]

1 IMP. CONSTANTIVS A. AD BONOSVM MAG(ISTRVM) EQVITVM. Vniuersis tam legionibus quam uexillationibus comitatensibus seu cuneis insinuare debebis, uti cognoscant, cum aliquis fuerit rebus humanis exemptus atque intestatus sine legitimo herede decesserit, ad uexillationem, in qua militauerit, res eiusdem necessario peruenire. DAT. V ID. MAI. HIERAPOLI RVFINO ET EVSEBIO CONSS. a. 347

INTERPRETATIO. Milites si sine legitimo herede intestati decesserint et proximos non habuerint, eorum bona, qui in eodem officio militant, uindicabunt.

2 [5]). . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [*ex ba*]rbarorum praeda et ereptis manubiis noster prouin[*ciali*]s promeruisse, domum suam reportaret, ita ut, quoscum[*que libe*]rtate conspicuos aut seruos uel alias traxit uel dein[*ceps*] a suis sedibus hostis depulerit, si interea eo depulso defen[*di po*]tuerint, minime sub detestandae praedae occasione tenean[*tur, s*]ed iudiciarius uigor liberos quidem patriis naturalibus, ser[*uos a*]utem dominis pro recenti legis intercessione consig[*net. D*]AT. X K. APR. HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

3 [*IDEM AA. A*]NTHEMIO PPO. Scyras barbaram nationem maximis [*Chu*]norum quibus se coniunxerunt copiis fusis imperio nos[*tro*] subegimus. Ideoque damus omnibus copiam ex praedicta ge[***]e [6]) hominum agros proprios frequentandi, ita ut omnes [*scian*]t, susceptos non alio iure quam colonatus apud se futu[*ros*], nullique licere ex hoc genere colonorum ab eo, cui se[*mel*] adtributi fuerint, uel fraude aliquem abducere uel [*fugie*]ntem suscipere, poena proposita, quae recipientes [*alien*]is censibus adscribtos uel non proprios colonos in[*sequ*]itur.

*Br.* (*NMGE*) *om.* 6, 2. 3: *T* (*incipit* 23 rbarorum)

1) 5, 2, 1 2) uel monasteriis *ins. Iust.* 3) *seqq. om. Iust.* 4) *cf. Iust.* 6, 62 5) *eiusdem diei, sed uix iungenda est* 7, 4, 30 6) praedicto genere?

1 ad *om. N* 2 noscuntur] nos cur *N* ecclesiasticis *G* 3 detinere] de terrae *N* conpetere *G* sacrosanctae ecclesiae *G* 4 obnoxiis *G* gestis] gentes *N* 5 obiceret *N* petionibus *G*, conpetitionibus *M* 6 sopiantur] subiatur *N* post] aut post *G* 7 economis *MG*$^{t}$, aequo nominis *N*, le cum omnis *E*, dispensatoribus *G*$^{v}$ ipsam peticionem *G* 8 fuerint *E*$^{a}$ *G* 9 XVIII] VIII *N* ariauindo *M*, ariouendo *G*, ariuendo *E* aspere *N*, aspereo *E* 14 VI *suppletum est ex numero tituli VIII, cf. p.* 167, 13 donis *N* 15 constant. *M*, constantinus *NGE* ad bonosum] *MG*, bonoso *NE Iust.* magistro *E* equitum] militum *NE* uniuersi *G* 16 comitacensibus *M*, comitatibus *E*$^{a}$, comitantibus *GE*$^{b}$ cuneis], cum eis *NE*$^{a}$, cunctis *G* ut *G Iust.* 17 cesserit *N* uixillatione *NG* 18 rei *E* pertinere *G* v] VII *M**, VIII *M*, *om. G* erapti *N* rufo *G* 23—27 *hiatus libri T expleuit Peyron* 24 conspicuus aut seruus *T* alias] *Wenck*, aliam *T*, iam *Mommsen* 26 iudicarius *T* 29 chunorum] *Wenck* (*cf. Zosimus* 4, 34. 5, 22 *Sozomenus hist. eccl.* 9, 5), ***norum *T* 30 *seqq. hiatus libri T fere expleuit Peyron* copia *T* 33 fraudem aliqua obducere *T*: *emendauit Wenck*

1 Opera autem eorum terrarum domini libera [*******][1]); *ac nullus subacta peraequatione uel
censui [****]acent: nullique liceat uelut donatos eos a iure census [*in se*]ruitutem trahere
urbanisue obsequiis addicere: [****]t intra biennium sus*cip*ientibus liceat pro rei frumen[*tari*]ae
*an*gustiis in quibuslibet prouinciis, transmarinis [*tan*]tummodo, eos retinere et postea in sedes
perpetuas [*conl*]ocare, a partibus Thraciae uel Illyrici habitatione eorum [*pen*]itus prohibenda
et intra quinquennium dumtaxat intra [*eius*]dem prouinciae fines coram traductione, prout li-
bue[*rit, co*]ncedenda, iuniorum quoque intra praedictos uiginti an[*nos p*]raebitione cessante:
ita ut per libellos sedem tuam ade[****][2]) his qui uoluerint, per transmarinas prouincias
eorum [*distri*]butio fiat. DAT. PRID. ID. APR. CONSTANTINOPOLI HONORIO VIII ET THEODOSIO
III AA. CONSS. a. 409

## [VII] (*Br.* V) DE P[O]S[T]L[IM]INIO[3])

1 [4]) [IMPPP. V]ALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD SEVERIANVM DVCEM. Si quos
for[te n]ecessitas captiuitatis abduxit, sciant, si non transierunt, [sed ho]stilis inruptionis ne-
cessitate transducti sunt, ad pro[prias] terras festinare debere recepturos iure postliminii [ea,
quae in a]gris uel mancipiis[5]) ante tenuerunt, siue[6]) a fisco nostro [possi]deantur siue in ali-
1 quem principali liberalitate trans[fusa s]unt[7]). Nec timeat quisquam alicuius contradictionis
moram, cum hoc solum requirendum sit, utrum aliquis cum barb[aris] uoluntate fuerit an
coactus. DAT. XII K. IVL. REMIS GRATIANO A. I ET [DAGALAIFO CONSS.] a. 366

INTERPRETATIO. Quicumque necessitate captiuitatis ducti sunt et non sua uoluntate, sed hostili depraedatione ad aduersarios transierunt, quaecumque in agris uel mancipiis antea tenuerunt, siue a fisco possideantur, siue aliquid ex his per principem cuicumque donatum est, sine ullius contradictione personae tempore, quo redierint, uindicent ac praesumant, si tamen cum aduersariis non sua uoluntate fuerint, sed captiuitate se detentos esse probauerint.

2 [8]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. THEODORO[9]) PPO. Diuersarum homines [prouin]-
ciarum cuiuslibet sexus condicionis aetatis, quos bar[bari]ca feritas[10]) captiua necessitate trans-
1 duxerat, inuitos ne[mo re]tineat, sed ad propria redire cupientibus libera sit facu[ltas]. Quibus
si quicquam in usum[11]) uestium uel alimoniae in[pen]sum est[12]), humanitati sit praestitum
nec maneat[13]) ui[ctualis] sumptus repetitio: exceptis his, quos barbaris uende[ntibus] emptos
esse[14]) docebitur, a quibus status sui pretium p[ropter] utilitatem publicam emptoribus aequum
est redhibe[ri. ne] quando enim[15]) damni consideratio in tali necessitate [positis] negari fa-
ciat emptionem, decet redemptos[16]) aut datum pr[o se] pretium emptoribus restituere, aut la-

*T et ad titulum 7 Br.* (*NMGE*)

[1]) libere utantur? [2]) adeundo? [3]) *Iust.* 8, 50, *ubi additur* et de redemptis ab hostibus [4]) = *Iust.* 8, 50, 19 [5]) seu aliis rebus *ins. Iust.* [6]) siue] etsi *Iust.* [7]) siue in ... sunt *om. Iust.* [8]) *Iust.* 8, 50, 20 *Sirmond.* 16 [9]) II *inserit Sirm.* [10]) barbaricae feritatis discursus *Sirm.* [11]) recuperandarum uirium *ins. Sirm.* [12]) dicatur impensum *Sirm.* [13]) maneat] maculet boni facti gloriam auara *Sirm.* [14]) quos quis barbaris uendentibus emisse *Sirm.* [15]) quando enim] ingentis *Sirm.* [16]) decet redemptos] et inueniamur, quorum libertati consuli uoluimus, saluti potius obfuisse. hos decet *Sirm.*

1 * (*uel* i *uel* m *uel* h) ac ... 2 acent *insanabiliter corrupta sunt* 2 donator *T* 3 suspicientibus *T* 5 perpetuae *T* coram] eorum *Mommsen* 8 ade****] *Vesmii supplementum* adeuntibus *hiatus spatium excedit* 11 postliminium *G*: *Br. addit* id est post captiuitatem regressis (regressi *G*, reuersi *NE*) 12 quis *G*[1] 13 captiuitates adduxit *N* hostiles *N* 14 probriis *E* recepturus *NM*[a] postlimini**** quae *T*, postliminio aeque *N*, postliminium ea quae *G* 15 tenuerint *N* aliqua *G*, alia quem (quam *E*[b]) *E* 16 quicquam *G* 17 an] anc *E*[a], hanc *E*[b] 18 XII] *T*, XV *G*, XVI *M*, XVIII *E*, XVIIII *N*, V *Iust.* (*Hal.*) iun. *E*, feb. *G* rimis *M*, rom. *N*, romae *Iust.* (*Hal.*) a. I] *M*, a. II *G*, a. *TE*, *om. N* dagaleifo *N*, dagalaufo *E*, degaleifo *G* 24 theudoro *M* 25 condiciones *M* transduxerat] *T Sirm.*, transuexerat *Br. Iust.* 26 inuito *T*, inuitus *N* 27 alimonia *T* humanitatis id *M*, humanitatis sit *N*, humanitate sit *GE* praestitutum *TN* (*Mo.*) *E* 28 uictuales *N*, uictuali *G* barbaris quos *T* emptus *G* 30 redhibere *N*, reddeberi *E* possitis *N* negari] *MGE Sirm. Iust.* (*DCR*[b]), negare *TN Iust.* (*R*[a]) 31 dicit *N*, de cetero *G* redemptus *NGE* dato pro se precio *G* laboris *Iust.*



bore obsequio uel op[ere quin]quennii uicem referre beneficii, habituros incolum[em, si] in ea
2 nati sunt, libertate*m*. Reddantur igitur[1]) sedibus pro[priis] sub moderatione qua iussimus[2]),
3 quibus iure postli[minii] etiam[3]) ueterum responsis[4]) incolumia cuncta serua[ta[5]) sunt]. Si
quis itaque huic praecepto[6]) fuerit conatus obsis[tere actor] conductor procuratorque[7]), dari
se metallis cum poena [depor]tationis non ambigat[8]): si uero possessionis dominus[9]), re[m
4 suam] fisco nouerit uindicandam seque[10]) deportandum. Et ut f[acilis] exsecutio proueniat,
[11]) Christianos proximorum loc[orum] uolumus huius rei sollicitudinem gerere[12]). curiale[s
quoque] proximarum ciuitatum placuit admoneri, ut eme[rgen]tibus talibus causis sciant legis
nostrae auxilium def[eren]dum[13]): ita ut nouerint rectores uniuersi decem librar[um au]ri a
se et tantundem[14]) a suis apparitoribus exigendum, si p[raecep]tum neglexerint[15]). DAT. III
ID. DEC. RAV(ENNA)[16]) HONORIO VIII ET THEODOSIO III A[A. CONSS.][17]) a. 408. 409

INTERPRETATIO. Hi, qui ab hostibus tempore captiuitatis ducti sunt, si ab aliquibus uel ad uictum uel ad uestitum aliquid acceperunt, cum redire ad propria uoluerint, minime aliquid pro eorum requiratur expensis. Tamen si pretium pro captiuo suo praedator acceperit, quod dedisse se emptor probauerit, sine dubitatione recipiat. Quod si pretium non habuerit, quinquennio seruiat captiuus emptori et post quinquennium sine pretio ingenuitati reddatur, qui, cum ad propria redierit, omnia sua integra et salua recipiat. Si quis itaque huic tam iustae praeceptioni resistere temptauerit, nouerit se in exsilio deportandum: si uero possessor fuerit, facultatem suam fisci uiribus addicendam. Sane Christianos, qui redemptioni studere debent, pro captiuis uolumus esse sollicitos. Ad curiales etiam ista sollicitudo pertineat, ita ut omnes iudices sciant, decem libras auri fisco se daturos, qui huius legis praecepta neglexerint.

## VIII (*Br.* VI) DE INGENVIS, QVI TEMPORE TYRANNI SERVIERVNT

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD VOLVSIANVM. Vniuersi deuoti[onis stu]dio contendant, si quos ingenuis natalibus procreatos s[ub ty]ranno ingenuitatem amisisse aut propria contenti [con-s]cientia aut aliorum indiciis recognoscunt, natalibus [suis res]tituere nec expectata iudicis

*T Br.* (*NMGE*)

[1]) igitur *om. Sirm., ubi praecedunt alia* [2]) sub m. q. iussimus *om. Sirm.* [3]) et *Sirm.* [4]) prudentium *ins. Sirm.* [5]) seruanda *Iust.* [6]) si quis ... praecepto] quam sanctionem adeo uolumus custodiri, ut si quisquam temeritate sacrilega praeceptis *Sirm.* [7]) qui ad tuendam absentis domini possessionem esse detegitur *ins. Sirm.* [8]) dari se metallo aut poenam deportationis non ambigat subiturum *Sirm.* [9]) contra mansuetudinis nostrae salubre constitutum uenire temptauerit *ins. Sirm.* [10]) per rectoris prouinciae sententiam *ins. Sirm.* [11]) Christianos ... gerere = *Iust.* 1, 4, 11 [12]) proueniat ... gerere] proueniat imperatis, Christianae sacerdotes uicinorum et proximorum locorum ecclesias retinentes quorum moribus congruit effectus talium praeceptorum *Sirm.* [13]) talium necessitatum causis adeant iudices legis nostrae auxilium petituri *Sirm., ubi sequuntur alia* [14]) ponderis *ins. Sirm.* [15]) si quod praeceptum est in gratiam cuiusquam neglectum esse doceatur *Sirm.* [16]) dat. III non. Dec. Rau. Basso et Philippo uu. cc. conss. accepta XVI k. Ian. *Sirm.* [17]) acc. XVI k. Ian. *suppl., cf. not.* 16

1 referen *T*[a] beneficio *G* habiturus *NG* in ea] *T Sirm. Iust.*, in ea qua *Br.* 2 libertatem] *Sirm. Iust.* (*DCR*), libertate *TMGE Iust.* (*M*), libertati *N* redeantur *E* sedibus] in sedibus *G*, s**re* *E*[a], si de rebus *E*[b] propriis] p. suis *N* (*Mo.*) *E* moderationem *N* qua ius iussimus *T* 3 seruata] reuocata *G* 4 auctor *NG* que *om. T* 5 ambiget *Iust.* domini *T*, dominus est *G*, *inc. E*[a] 6 fisco *post* nouerit *G*, nouerint *T* uindicando *T* seque] si quae *E*, seu *G*[t] facilius *E* 7 christianis *TN*, christianis *G* curialis *G* 8 proximorum *N*[a] leges *N* 9 uniuersis *G* librarum] *MG*, librar— *T*, libras *NE Sirm. Iust.* a se] se *T*[a] *E* 10 et *om. MG* tantundae *N*, tantum et *G* a] de *G*, ** *E*[a], *om. M* apparitionibus *T*, apparatoribus *G* III] *N Iust.* (*Hal.*), IIII *MGE*, *om. T* 11 rauenna] *E*, rauennae *Sirm. Iust.*, rau. *TNM*, *om. G* VIII] VII *G* III] II *E* 25 ad uolosiano *N* quis *G* 26 nam talibus *G*[a] ingenuitate *N* amissae *NM* proprie *N* conscientia *E* 27 aliarum indicis *G* recognoscant *GE* spectata *E*

1 interpellatione. Na[m si quis] contra conscientiam suam uel certissima testim[onia] plurimorum
2 in eadem auaritiae tenacitate perm[anserit], seuerissima poena multabitur. Placet autem e[tiam eos] periculo subiugari, qui scientes ingenuos seruitutis necessitatem per iniuriam sustinere dissimulant. PP. VIII K. MAI. ROM(AE). VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS. a. 314

INTERPRETATIO. Ingenui, qui tyranni temporibus addicti sunt seruituti, ingenuitati reddantur. Quod si quis sciens hoc ordine addictum ingenuum in seruitute tenuerit, nouerit in se legibus uindicandum.

## [VIIII] (*Br.* VII) DE EXPOSITIS [1]

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD ABLAVIVM PPO. Quicumque puerum uel puellam, proiectam de domo, patris uel domini uoluntate scientiaque, collegerit ac suis alimentis ad robur prouexerit, eundem retineat sub eodem statu, quem apud se collectum uoluerit agitare, hoc est siue filium siue seruum eum esse maluerit: omni repetitionis inquietudine penitus submouenda eorum, qui seruos aut liberos scientes propria uoluntate domo recens natos abiecerint. DAT. XV KAL. MAI. CONSTANTINOPOLI BASSO ET ABLAVIO CONSS. a. 331

INTERPRETATIO. Quicumque expositum recenti partu sciente patre uel matre uel domino collegerit ac suo labore educauerit, in illius, a quo collectus est, potestate consistat, seu ingenuum seu seruum quem nutriuit esse uoluerit.

1a [2]) IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PPO. *Vnusquisque subolem suam nutriat: quod si exponendam putauerit, animaduersioni quae constituta est subiacebit.* DAT. III NON. MART. GRATIANO A. III ET EQVITIO CONSS. a. 374

2 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MELITIO PPO. [3]) Nullum [4]) dominis uel patronis repetendi aditum relinquimus, si [5]) expositos quodammodo ad mortem uoluntas misericordiae amica collegerit (nec enim dicere suum poterit, quem pereuntem contempsit): [6]) si modo testis episcopalis subscriptio fuerit subsecuta, de qua nulla penitus ad securitatem possit esse cunctatio. DAT. XIIII KAL. APRIL. RAV(ENNA), HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

INTERPRETATIO. Qui expositum puerum uel puellam sciente domino uel patrono misericordiae causa collegerit, in eius dominio permanebit, si tamen contestationi de collectione eius episcopus clericique subscripserint: quem postea suum dicere quisque non potest, quem proiecisse probatur ad mortem.

## X (*Br.* VIII) DE HIS, QVI SANGVINOLENTOS EMPTOS VEL NVTRIENDOS ACCEPERINT [7])

1 IMP. CONSTANTINVS A. ITALIS SVIS. Secundum statuta priorum principum si quis a

*T* (*desinit in* 3 seruit) *Br.* (*NMGE*): 9, 1a *supplet Iust.* 8, 51, 2 *pr.*

[1]) *cf. Iust.* 8, 51 [2]) *cf.* 9, 14, 1 [3]) = *Iust.* 8, 51, 2 § 1 [4]) sed nec *Iust.* [5]) ab ipsis *ins. Iust.* [6]) *seqq. om. Iust.* [7]) *cf. Iust.* 8, 51

1 interpellationem *T* contra] contra id *MG* scientiam *N*, sententiam *E* certissimam *T* 2 auaritiae] auaritia (—lie *G*¹) et *NG* siuerissimam *T*ᵃ, si uerissima *N* 3 subiugare *N* seruitute necessitate *E* iniurias *G* 4 pp.] *ME*, dat. *NG* VII *G* romae] romae III *G* et anniano *om. G* 9 imp. const.] idem *M*, *fortasse recte, ut in Th. antecesserit alia Constantini constitutio* ablauio *G* ppo.] po. *M*, pfo. *G* proiecta *N* 10 domini] do domini *N* que] quo *E*ᵃ ad robur *om. M* 11 statu . . . 12 maluerit *post* 169, 5 *N: hoc loco habet* ac quem] que *N* uoluerunt *G*² hoc *om. E* est *om. E* 12 eum esse *om. N* inquietudinem *N* (*Mo.*) 13 seruus *N*ᵃ aut] ac *M* scientis *E*ᵃ domo] dominis *G* natus *E*ᵃ abicerint *N*, obiecerint *G*ᵞ, amouerint *G*ᵗ 14 XV] V *G* constant. *om. M* 17 *post* uoluerit *Cui.* 1586 *addit*: et si adoptare uoluerit in filium uel libertum aut in seruitium permanere, propria utatur potestate 21 melitio] *NE*, militio *M*, miledio *G* pfu. *G*ᵃ, pfo. *G*ᵇ 22 expositus *N* quodammodum *E*, quodadmodum *G* 23 amici *G* collegere *N* pereunte *N* testes episcopales *N* 24 posset *N* 25 XIIII] *M*, XIII *E*, XII *G*, XV *N* VIIII] VII *G*, nubp. *N* V *om. E* aa. *om. G* 30 his *om. M* sanguinolentus *G*¹ emptos *om. M*, emptos *om. MG* 31 nutriendis *G*¹ acceperunt *Iust.* 8, 51 32 imp. . . . principum *om. G*ᵃ



sanguine infantem quoquo modo legitime conparauerit uel nutriendum putauerit, obtinendi eius seruitii habeat potestatem: ita ut, si quis post seriem annorum ad libertatem eum repetat uel seruum defendat, eiusdem modi alium praestet aut pretium, quod potest ualere,
1 exsoluat. Qui enim pretium conpetens instrumento confecto dederit, ita debet firmiter possidere, ut et distrahendi pro suo debito causam liberam habeat: poenae subiciendis his, qui contra hanc legem uenire temptauerint. DAT. XV KAL. SEPTEMB. SERDICAE CONSTANTINO A. VIII ET CONSTANTINO CAES. IIII CONSS. a. 329

INTERPRETATIO. Si quis infantem a sanguine emerit et nutrierit, habendi eum et possidendi habeat potestatem. Sane si nutritum dominus uel pater recipere uoluerit, aut eiusdem meriti mancipium nutritori dabit aut pretium nutritor, quantum ualuerit qui nutritus est, consequatur.

## [XI] DE OMNI AGRO DESERTO ET QVANDO STERILES FERTILIBVS IMPONVNTVR

1 IMP. CONSTANTINVS A. CAPESTRINO. *Cum diuus Aurelianus parens noster ciuitatum ordines pro desertis possessionibus iusserit conueniri et pro his fundis, qui inuenire dominos non potuerunt quos praeceperamus, earundem possessionum triennii immunitate percepta de sollemnibus satisfacere, seruato hoc tenore praecipimus, ut, si constiterit ad suscipiendas easdem possessiones ordines minus idoneos esse, eorundem agrorum onera possessionibus et territoriis diuidantur.* ACCEPTA . . . . . .

*c.* 2—5 *desiderantur*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

6 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
[*u*]el [*em*]eritis ueteranis uel gentibus diuidamus. DAT. XVII K. FEB. [*ME*]D(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

7 [*IDEM AA. A*]D RVFINVM PPO. Quicumque possidere loca ex desertis uolue[*rin*]t, triennii
1 immunitate potiantur. Qui uero ex desertis nonnihil [*agr*]orum sub certa professione perceperunt, si minorem mo[*dum*] professi sunt, quam ratio detentatae possessionis postulat, us[*que ad*] triennium ex die latae legis in ea tantum possessione perma[*nea*]nt, quam ipsi sponte obtulerunt; exacto autem hoc tempore [*scia*]nt ad integrae iugationis pensitationem se esse co-
2 gendos. [Itaque] qui hoc sibi incommodum iudicarit, e uestigio restituat posses[*sion*]em, cuius in futurum onera declinat. DAT. VIII ID. AVG. MED(IOLANO) [*VALENTINI*]ANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

8 [*IDEM AA.*] AD MAMERTINVM PPO. Per Italiam afanticiae iugerationis [*one*]re consistentibus patrimoniis superfuso unumquemque [*trib*]utarium adiectionem alieni debiti baiulare non
1 dubium est. [*Ideo*]que deserta iugatio, quae personis caret, hastis subiciatur, ut [*licit*]ationis competitione futuros dominos sortiatur: ea enim . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

9 IDEM AA. AD GERMANIANVM C. S. L. *Quicumque possessiones ex emphyteutico iure susceperint, ea ad refundendum uti occasione non possunt, qua adserant desertas esse coepisse,*
1 *tametsi rescripta per obreptionem meruerint. Sed nec auelli eas ab his posse, nec si licitatio ab alio fuerit promissa, sed eas in perpetuum apud eos qui eas susceperint et eorum posteri-*

*Br.* (*NMGE*) *ad* 10, 1: *T* (*incipit u.* 23): 11 *r.* 1 *supplet Iust.* 11, 59: 11, 9 *supplet Iust.* 11, 62, 3

1 sanguinei *G*ᵗ quoque *G*ᵗ 2 ad libertatem *om. G* repeteat *E* 3 praestat *G* aut] ad *N* quo poterit *N* 5 *post* debito *uerba* 168, 11 statu . . . 12 maluerit *supra omissa ins. N* poena *NM*, poenam *GE* subiciendi *G* 6 contrahunt *G*¹ temptauerit *M* dat.] prop. *ME* XV] V *G* syrdiciae *NG* constantinopl. *G* a. *om. M* 7 VIII . . . conss. *om. G* constantio *NM*, constio *E* c.] aa. *M* IIII] III *N*, *om. M* 23—36 *hiatus codicis T expleuit Peyron* 27 detentat *T* 36 *post* enim *perierunt uersus* 21 *codicis T, id est plus minus* 29 *huius editionis*

*tatem remanere, nec si super hoc rescriptum fuerit aduersus eos impetratum.* DAT. VIII K. OCT. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

10 IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD ANTONIVM PPO. *Qui utilia rei publicae loca possident, permixtione facta etiam deserta suscipiant, ut, si earum partium grauentur accessu, quas antea per fastidium reliquerunt, cedant aliis curialibus, qui utraque hac condicione retineant, ut praestatione sua cum desertis et culta possideant sublata a paucis, quos iniquum est electa retinere, cum municipes grauatura sit pars relicta.*

11 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
*a . . . . babuntur, diu tracta et iam paene sine debitoribus debi[*ta con*]donentur: ea tamen ratione seruata, ut prius domin[*i longi*]oribus temporum metis et edictis celeberrimis euoce[*ntur*], quo facilius spe inpunitatis ad auitos lares et propr[*ia tec*]ta reuocentur, ac tum demum, si intra Maium mensem, [*quod*] spatium *longe* positis idoneum et uolentibus longum est, non a[*duene*]rint, quicumque se sponte optulerit, non obligandus [*de one*]re praeterito pro portione hoc modo possessionis [*in fu*]turum annonarii canonis uectigal expendat, de iur[*e do*]minii et perpetuitate securus. DAT. VIII K. OCT. CONSTANTINO[*POLI*] HONORIO NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

12 [1]) IDEM AAA. TATIANO PPO. ORIENTIS. Qui agros domino cessa[nte] desertos uel longe positos uel in finitimis ad pri[uatum] pariter publicumque conpendium excolere festina[*t uo*]luntati suae nostrum nouerit adesse responsu[m: ita] tamen ut, si uacanti ac destituto solo nouus cultor [inse]derit ac uetus dominus intra biennium eadem ad s[*uum ius uoluerit reuocare, restitutis primitus quae expensa constiterit facultatem loci proprii consequatur: nam si biennii fuerit tempus emensum, omni possessionis et dominii carebit iure qui siluit. DAT. XV KAL. OCTOB. CONSTANTINOPOLI TATIANO ET SYMMACHO CONSS.*] a. 391

13 IDEM AA. HADRIANO PPO. *Locorum domini intra sex menses edictis uocati reuertantur. Qui si adfuerint, et propria teneant et ea quae ex praeterito contraxerint debita redhibere*
1 *cogantur. Sin uero impares esse earum rerum tributis propria confitentur absentia nec adesse uoluerint, penes eos, qui haec susceperint et certum quem tributorum canonem promittunt, proprietas possessionis intemerata permaneat, ut, postquam ea exsoluerint, sciant sibi inquietudinem submouendam nec subreptione cuiusquam competitionis loca quae tenuerunt auferenda.*
2 *Quibus etiam illud indulsimus, ut ex eo tempore, ex quo primum loca de quibus agitur coeperint possidere, tributa poscantur.* D. VI K. SEPT. STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

14 [2]) IDEM. AA. AD PROBVM [3]). *Omnium praediorum actores ac domini requirantur. Quorum si uitio probantur debita fuisse contracta, in absoluto est, ut debeat dominium commutari.* D. III ID. IVN. CONSTANTINOPOLI CONSTANTE ET CONSTANTIO CONSS. a. 414

## XII (*Mo.* XV) DE FVNDIS PATRIMONIALIBVS ET SALTVENSIBVS ET ENFYTEVTICIS ET EORVM CONDVCTORIBVS

1 IMP. CONSTANTINVS A. CVPITO. *Si quis fundos emphyteutici iuris salua lege fisci citra iudicis auctoritatem donauerit, donationes firmae sint, dummodo suis quibusque temporibus ea quae fisco pensitanda sunt repraesentare cogantur.* PP. XVII K. IVL. TREVIRIS CONSTANTINO A. IIII [4]) ET LICINIO III CONSS. a. 313

2 [5]) IDEM A. AD DRACONTIVM. *Patrimonialis fundi pensitationem aurariam seu frumen-*

*T* (*desinit in* 19 eadem ad s): *c.* 11. 12 *c.* 9. 10 *supplet Iust.* 11, 62, 3. 5: *c.* 13. 14 *supplet Iust.* 11, 59, 11. 13: 12 *r.* 1. 2 *supplet Iust.* 11, 62 *r.* 1. 2

[1]) *Iust.* 11, 59, 8: *iunge cum Seeckio* 11, 3, 5 [2]) *iunge* 2, 30, 1a. 5, 16, 1l [3]) com. sacrarum largitionum *addit* 2, 30, 1a [4]) III *Seeck* [5]) *Gothofredus iungit* 11, 19, 1

3 anthemium *Iust.* (*Cuiacius*), atonium *Iust.* (*Vatic.* 1435) 9—10. 12—15 *hiatus codicis T expleuit Peyron* 11 auitos] *Peyron*, habitos *T* si *om. T*a 12 longe po. *om. T* 13 optulerint *T* 14 dominii] **mini *T* 16—22 *supplementa praestitit Iust. numerus constitutionis in T extat* 22 *subscriptionem supplet Th.* 11, 3. 5



*tariam intra tempus omissam minorum dominio non nocere praecipimus nec ad fraudem iuris eorum euadere, si, quod sollemniter debetur, paulo serius inferatur: ita tamen, ut permanente substantia paruolorum iudex tutorem uel curatorem, per quem differtur illatio, neglegentiae suae et deserti officii poenas exigat et damna deplorare compellat.*

[*c.* 3—13 *desiderantur*]

14 [IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA.] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
[fund]orum obligatione securitatis publicae firmauerunt cautio[*n*]em, susceptos scilicet semel fundos post emensa inmunita[*ti*]s spatia inconuulsa a se uectigalium pensione retinendos. [*D*]AT. VII K. IVN. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

15 [IDEM] AA. AD MAMERTINVM PPO. Enfyteutica praedia, quae senatoriae fortunae uiris, praeterea uariis ita sunt per principes ue[*t*]eres eloca*ta*, ut certum uectigal annuum ex his aerario pen[*d*]eretur, cessante licitatione, quae recens statuta est, sciat magnific*a* auctoritas tua a priscis possessoribus sine incremento licitandi esse retinenda: ita ut, quaecumque in commis[*s*]i fortunam inciderint ac pleno dominio priuatis occupa[*t*]ionibus retentantur *a* Leontii et Sallustii consulatu, ius pristinum rursus agnoscant. DAT. IIII K. AVG. SIRMIO DIVO [*I*]OVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

16 [1]) [*IDEM*] AA. AD PROVINCIALES BYZACENOS. Nequaquam enfyteuticos fundos ante commissi uitium ad alterum transire debere sancimus. ET CETERA. DAT. PRID. ID. SEPT. AQVILEIA DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

17 [*IDEM*] AA. AD MAMERTINVM PPO. Super fundis enfyteuticis seu patrimonialibus diuus Iulianus legem consultissimam dedit, scilicet ut, qui ex his uel ad priuatorum iura transissent uel minuto canone condicionis fisco locationibus tenerentur, ad statum retraherentur antiquum.
1 Hanc legem quidam iudicum interpretati prauius sunt, quam utilitas publica postulabat, ut eiusmodi praedia ex rebus priuatis nostris eruentes ibi tantummodo satisfacerent legi, ubi
2 non interérat fisci uectigalibus, utrumne priuato iure an enfyteutico possideret [2]). Quamquam igitur animaduertimus esse consultius, [3]) in eodem statu fundi maneant, in quo ante legem diui Iuliani fuerant [4]); de quibus tamen nihil specialiter statuit, ab his, quibus omnia dein-
3 ceps erogata sunt, auctoritas tua redhiberi eos maturo iubebit auxilio. Erga ceteros sane fundos, quos recentium principum effusio aut perpetuo iure donauit aut deminuto canone concessit enfyteuticariis obtinendos, edictum conprehensi principis auctoritas tua [5]) ualere praecipiat. DAT. ET [6]) PP. ROM(AE) VI K. NOV. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

18 [7]) IDEM AA. AD FLORIANVM COM. Quotienscumque enfyteutic*i* iuris praedia in uitium delapsa commissi actis legitimis ac uoci fuerint subicienda praeconis, super facto licitationis augmento nostra perennitas consulatur, nec prius eius [*do*]minio qui ceteros oblatione superauit perpetuae firmita[*tis*] robur accedat, quam si super pensionis modo, conductori[*s*] nomine, enthecae quantitate nostrae tranquillitatis a[*r*]bitrium fideli ratione consultum obseruanda praescrib[*se*]rit. DAT. IIII K. [8]) MART. TRIV(ERIS) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. (a. 368? 370? 373?)

19 IDEM AA. AD GERMANIANVM C. S. L. Fundi enfyteutici patrimonial[*is*]que iuris in antiquum ius praestationemque redeant, ne quoqu[*o modo*] exempti ab enfyteutico patrimonialique titulo ueluti priu[*a*]to iure teneantur, rectoribus prouinciarum et rationali[*bus*] monendis, ut sciant contra commoda largitionum nost[*ra*]rum specialia non admittenda esse rescripta: his

*T* (*fol.* 15: *incipit u.* 8)

[1]) *iunge* 10, 10, 9. 11, 19, 3. 12, 1, 59. 60. 16, 2, 17 [2]) possiderentur *Peyron* [3]) ne *inserit Mommsen* [4]) *nonnulla uidentur desiderari* [5]) non *ins.*? [6]) *fuerit* dat. . . . . [7]) *iungenda* 5, 13, 4 (*Iust.* 11, 62, 4)? [8]) dat. id. *Iust.* 11, 62, 4

12 elocata] *Peyron*, eloca *T* 13 penderetur *T* magnificas *T* 15 a] *Wenck*, *om. T* 25 praeda *T* 27 in] ne in *Mommsen* 33 ad *om. T* comitem] *scil.* rerum priuatarum enfyteuticis *T* uidium *T*u 35 nostro *T* 41 praestationumque *T*a

tantu[*m*]modo exceptis, quos in re priuata nostra secundum leg[*em*] datam iam dudum in hoc nomine manere praecepimus. D[*AT.*] V K. AVG. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365?

20 [1] IDEM AA. AD GERMANIANVM C. S. L. Placuit, ut *enfyteuticorum* fundorum patrimonialiumque possessores, quo uoluerint, quo potuerint [2] te[m]pore, et quantum habuerint pensionis paratum, (dummodo non amplius quam in tribus per singulos annos *uic*ibus) officio rationalis adsignent ac de suscepto ab eod[em] securitatem eodem die pro more percipiant, modo ut intra Ianuariarum iduum diem omnis summa ratiociniis publicis inferatur: grauissimae poenae subdendo officio, si cuiquam quolibet anni tempore (dummodo nequaquam numerum trinae inlationis excedat) solutionem facere gestienti negauerit susceptionis officium,
1 uel si moram fecerit in chirografo securitatis edendo. Super quo possessores aput curatores uel magistratus, aut quicumque in locis fuerit [3]), qui conficiendorum actorum habeat [3]) potestatem, conueniet contestari, ut [et] de officii insolentia constet, in quod exercenda uindicta es[t, et] his possit esse consultum. DAT. XIIII K. IVN. REMIS GRATIANO NP. ET DAGALA[*IFO CONSS.*] a. 366

21 IDEM AA. AD AVXONIVM PPO. Si fundos patrimoniales uel enfyteuticos quispiam postularit, super nomine suo ad nostram clementiam sciat esse referendum, ut temeritatis notam
1 subeat. Sane si rationalis uel eius officium per coniuentiam fundum huiusmodi tradendum esse crediderit, summo supplicio sese adficiendum esse cognoscat ademptis facultatibus. DAT. PR[*ID*] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . a. 368—370

22 [4]) IDEM AA. AD FLORIANVM C. R. P. *Fundi patrimoniales et qui ex emphyteutico iure ad domum nostram diuersis generibus deuoluti sunt, sic eis qui eos poposcerint cedunt, ut, commissi metus esse non possit (neque enim magis commodamus nostra, quam tradimus ea iure dominii): ita tamen, ut ea, quae in nostra possessione positi praesiterint, et in posterum dissoluant.* D. ID. MART. TREVERIS VALENTINIANO II ET VALENTE II AA. CONSS. a. 368

23 IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD MODESTVM PP. *Si qui a prioribus colonis uel emphyteuticariis destitutum patrimonialem fundum a peraequatore uel censitore susceperint, perpetuo eundem atque inconcusso iure possideant, nec quisquam secundus petitor accedat.* D. IIII NON. NOV. GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS. a. 377

24 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. NEBRIDIO COMITI RERVM PRIVATARVM. *Hi, quibus patrimoniales possessiones per Asianam ac Ponticam dioecesin uel a nobis uel a diuis parentibus nostris sacra largitate donatae sunt, inconcusse possideant atque*
1 *ad suos posteros mittant. Quod quidem non solum in heredibus, sed et in contractoribus omni genere uolumus custodiri.* D. III K. APRIL. CONSTANTINOPOLI RICOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 384

25 IDEM ET ARCADIVS AAAA. CYNEGIO PPO. *Quicumque ad emphyteusin fundorum patrimonialium uel rei publicae iussu nostri numinis uenerit, is si redundantia fortunarum idoneus fuerit ad restituenda, quae desertis forte possessionibus requirentur, patrimonium suum*
1 *publicis implicet nexibus. Si uero minor facultatibus probabitur, datis fideiussoribus idoneis ad emphyteusin accedat: scientibus his, quos talium rerum cura sollicitat, in se neglegentiae damna, si huiusmodi cautio defuerit, esse uertenda.* D. VI K. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO NOB. PVERO ET EVODIO CONSS. a. 386

26 IDEM AAAA. CLEARCHO PP.[5]) *Omnes fundi patrimoniales per Mesopotamiam et Osrhoenam prouincias, quos constat diuorum retro principum sanctionibus limiti deputatos, ad ius*

*T* (*fol.* 15: *desinit in* 18 dat. pr.): *c.* 22—26 *supplet Iust.* 11, 62, 4—8

[1]) *Iust.* 11, 65, 4 [2]) quo potuerint *om. Iust.* [3]) fuerint qui c. a. habeant *Iust.* [4]) *iungendae* 5, 12, 18 (d. IIII k. Mart. Triu. Valentiniano et Valente AA. conss.)? 5, 13, 4? [5]) *Clearchus* (*sic Cuiacius*, Nedearcho *Contius*) *hoc anno ppo. non fuit*

2 praecipimus *T* 3 enfyteuticorum] *Iust.*, *om. T* 5 ciuibus *T* 7 intro *T* omni $T^b$ summam *T* 8 subdenda *T* officii $T^a$, officiis $T^b$ 10 edendu* *T* apud curatores] aut procuratores *Iust.* 12 in *om.* $T^a$ 17 conhibentiam *T* 31 diuis] *Iust.* (*O*), diuinis *Iust.* (*VK*)



*pristinum sine ullius adsertionis reuocentur obstaculo praebituri omnia, quae antea impendenda necessitatibus limitis praebere consueuerant, ita ut nulli penitus audiantur, qui aut rescripto aut adnotatione dominium uel emphyteusin uel conductionem quolibet genere largitatis de nostra liberalitate meruerint.* D. PRID. K. MAI. CONSTANTINOPOLI HONORIO NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

27 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO PPO. *Vniuersi cognoscant nihil priuato iure saluo canone fundis emptis cum patrimonialibus esse commune, ita ut ad eos numquam patrimonialium fundorum peraequator accedat: graui multa feriendo eo, qui statuta nostrae clementiae ausus fuerit temerare.* D. PRID. NON. IVL. NICOMEDIAE HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

28 IDEM AA. EVTYCHIANO PPO. *Fundos patrimoniales eos dumtaxat, qui saluo canone iure priuato nostra liberalitate concessi sunt, cum his patrimonialibus, qui in condicione propria constituti sunt, illustris auctoritas tua iubebit exaequari, ita ut releuato, quod imminet fatigatis, translatio* [1]) *in eos, qui integris uiribus florent, adscriptio tributorum aequa lance diuidatur.* D. IIII ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI THEODORO CONS. a. 399

29 IDEM AA. MESSALAE PPO. *Per omnes prouincias patrimonialium fundorum ab ordinariis*
1 *iudicibus canon exigatur, et quidquid exactum fuerit, dirigatur.* [2]) *Sciant uero memorati iudices nihil sibi ex priuatae rei canone uel ex eo quod ex isdem titulis contigerit* [3]), *ad necessitates alias transferendum* [4]), *nisi malint grauissima seueritate eorum* [5]) *licentiam coerceri.* D. XVI K. IVN. MEDIOLANI THEODORO CONS. a. 399

(*perierunt c.* 30—36.)

30? [IDEM AA.] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [*ma*]nentibus indulgentiis a nobis praestitis, ut in *********eratur [6]), quidquid exactum erit, amplissima*********cae. DAT. III NON. NOV. RAV(ENNAE) HONORIO VIII ET THEODOSIO *III* AA. CONSS. a. 409

31? [*IDEM AA. AVRELI*]ANO PPO. [7]) Nulli penitus liceat siue saluo ca[*none priu*]ato iure siue cum imminutione canonis pa********os uel limitotrofos siue saltuenses per Ori[*entem fu*]ndos
1 patrimoniales postulare. Nemo potia[*tur his, et*]si subreptiua quidem id promeruerit pe[*titione per s*]peciale beneficium uel exquisita fraude [*uel quo a*]lio artificio ultro in quemquam liberalitas [*nostra pr*]ocesserit: quandoquidem nec enfyteutica[*rio mutari*] proprium ius per petitionem huiusmodi cen[*semus ne*]c canoni aliquid detrahi uel imminui, et cum prae*********m [8])
2 reuocari debuerit. Futuras prohibere contec[*tas et in*]probas petitiones arcemus, ut a principio nec sus[*cipi nec in*]strui eas generali sanctione mandemus, quo prae[****** *la*]bor [9]) enfyteuticarius per Orientem propriam [praerog]atiuam retineat nec nouus possessor iura ali[*ena pertu*]rbet. DAT. NON. AVG. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. X ET THEODOSIO A. VI CONSS. a. 415

32? [10]) [IMPP. THEODOSIVS] E[T] VALENTINIANVS AA. TAVRO PPO. ET PATRICIO. Possessores [uel enfy]teuticarii patrimoniales, qui fundos minime nunc [*usque conp*]ararunt, eodem largitatis modo nequaquam ad e[orum conp]arationem urgueantur, sed tamquam pretiis [depensis] sic eis nostri numinis beneficio potiantur, ut [quod iuri]s alter inferendo pretium consecutus

*c.* 26—28 *supplet Iust.* 11, 62, 8—10: *c.* 29 *supplent Iust.* 11, 65, 5. 10, 75, 3: *T* (*fol.* 13r)

[1]) et translato *Cuiacius* [2]) § 1 = 12, 9, 3 [3]) exegerint 12, 9, 3 [4]) transferre licere 12, 9, 3 [5]) suam 12, 9, 3 [6]) in [fiscum inf]eratur? [7]) *ad pr. cf. Nou. Theod.* 5, 2 § 1 (= *Iust.* 11, 62, 1): Praecipimus itaque nulli iam in posterum licere patrimoniales seu limitotrofos uel saltuenses fundos, qui per tractum Orientis positi sunt, ad ius transferre priuatum, siue dempto siue saluo canone iuris fundorum immutatio postuletur [8]) prae[dium ipsu]m? [9]) *expectes* quo possessor uel [10]) *pr.* § 1 = *Iust.* 11, 62, 12: *iunge* 11, 28, 15

18 eo] 12, 9, 3, eo canone *Iust.* contigerit] exegerint 12, 9, 3 24 III] IIII *T* 27 pa[*********os] *Mommseni supplementum* pa[trimonial]is *lacunae ambitum excedit nec ad sequens uel quadrat: fortasse hiatus subest, ut fuerit* patrimonialis pascuos *uel simile aliquid* 32 debuerit] deberi $T^b$ *secundum Vesme* 36 possessiones *T* 37 largitati *T* (*uix* $T^a$) 39 nominis beneficium patiantur *T*

1 est, hoc [nostra li]beralitate praedictus enfyteuticarius habeat. [*Id*[1]) quoque] ius, in quibus
coluit praediis, quod aut ex successione aut [conparati]one priuata aut nostri numinis liberalitate
2 aut [quocum]que modo possedit, sciat inlibatum intemeratum[que seruar]i. Et quia praestitis
a nostra pietate indulgen[*tiis usque a*]d undecimam nuper[2]) transactam indictionem [*omnis re*]-
liquorum sarcina uniuersis concessa est, pro [*his quoque*] annis, *qui* post decimam indictionem
secuti sunt, [*ad hoc us*]que tempus, in quod patrimonialium fundorum ********sistit[3]), nullum
reliquorum exactio premat: nam[*** prae]dia quae colebat, minime *cogat*ur conparare, san[*ci-*
*mus nul*]lum pristinum colonum uel possessorem su[per reliqu]is temporis subsecuti molestiam
aut inquie[*tudinem s*]ustinere. DAT. XIIII[4]) K. IVL. CONSTANTINOPOLI ARIOVINDO ET ASPARE
CONSS. a. 434

## XIII DE [*FVNDIS REI PRIVATAE ET SALTIBVS DIVINAE DOMVS*]

1 [5]) IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD EDICTV[M HELIOPOLITANORVM][6]). Vniuersi
cognoscant has posse[ssiones, quas] de fisco nostro conparasse noscuntur[7]), nu[llo a nobis]
iure retrahi, sed propria firmitate possess[as etiam] ad posteros suos dominii perpetis[8]) dura-
bilit[ate demitti]. DAT. PRID. ID. FEB. ANTIOCHIAE MARCELLINO ET PR[OBINO CONSS.] a. 341

2 IDEM AA. AD EVPRYCIVM RATIONALEM. Conperimus [*aliquorum*] iugationem, quam hastis
decursis a fisco legi[*time conpa*]rarunt, in medium produci ac retractari, cum [*certum sit*]
quemque iure comparatas possessiones uel u[*illas se*]renitatis nostrae tempore firmius optinere
a[*tque ad poste*]ros suos transmittere. DAT. PRID. ID. FEB. ANTIOCH[*IAE MARCEL*]LINO ET PRO-
BINO CONSS. a. 341

3 IMPP. VALENTIANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM PPO. Vni[*uersa quae*] ex patri-
monio nostro per arbitrium diuae me[*moriae Iu*]liani in possessionem sunt translata templorum,
[*sollicitudi*]ne sinceritatis tuae cum omni iure ad rem priuat[*am nostram*] redire mandamus.
DAT. X K. IAN. MED(IOLANO) DIVO IOVIA[*NO ET VARRONIANO CONSS.*] a. 364

4 [9]) IDEM AA. AD FLORIANVM C. R. P. Prouincialium opib[*us rei priuatae*] possessiones
concedimus, uidelicet ut de fun[*dis ad ei*]us dominium pertinentibus eligat unusquisque [*quem*
*uelit*] eumque perpetuo iure suscipiat, palatiis tantu[*m omnifari*]am in re*i* priuatae sollicitudine
1 retentandis. Hi [*uero* quos] commoditas[10]) praediorum ad *e*adem[11]) postulan[da sollicitat],
adeant tuae dicationis officium et modum sua[e delibera]tionis indicent per libellos certumque
habeant [pro una]quaque uilla cum ea dote[12]) uel forma, cui nunc hab[etur obno]xia, ad noui
*d*omini iura migrauerit[13]), si quid ad[iecerit sump]tus cura sollertia, quidquid mancipiorum
uel [pecoris ad]creuerit, capitationis aut canonis augmenta n[on patiatur], sed solis dominis
2 heredibusque dominorum sit cessura felicitas. Quin etiam neque ad glebam senatus ne[*que*

*T* (*fol.* $13^{v}$): *rubricam tituli XIII supplet Iust.* 11, 66

[1]) illud *Iust.* [2]) 11, 28 (9) 16 [3]) [onus sub]sistit? [4]) XII 11, 28, 15
[5]) *Iust.* 11, 66, 1 [6]) AA. edictum ad Heliopolitanos *Iust.* [7]) comparauerunt seu
comparant *Iust.* [8]) perpetui *Iust.* [9]) § 1. 3. 4 = *Iust.* 11, 66, 2: *iungendae uidentur*
5, 12, 18. 22 (*Iust.* 11, 62, 4) (*a.* 368) [10]) priuatae rei *ins. Iust.* [11]) ea *Iust.*
[12]) cum eo onere *Iust.* [13]) ut *ins. Iust.*

2 [conparati]one] *T Iust.* ($I^{a}$), ex comparatione *Iust.* ($KOI^{b}$) nominis *T* 4 pietatem *T* 5 qui *om. T* 7 cogatur] eua*ur *T* 8 subsecutis *T* 9 hariouindo *T* 13 *de numero tituli constat ex numero paginae rectae folii Taurinensis* 13: *rubricam* de (********* patrimonia — *Vesme deprehendere sibi uisus est, uix recte, cum ea argumentis constitutionum non conueniat* 15 domini *T* 17—20 *hiatus expleuit Peyron* 18 certum] cautum *Vesme* 20 probiano *T* 22—24 *hiatus expleuit Peyron* 23 possessione *T* 26—28 *hiatus expleuit Mommsen,* 27—29 *Peyronii supplementa sunt* 28 rei] re *T* 29 eandem *T* 32 nomini *T* 33 *post* ad *in* adiecerit in *T* c *expuncta et* c (c *uel* e *uel* o *uel* q) *extat* 34 neque ad conlationes *restituit Wenck*



*ad conlati*]ones auri siue argenti idem cum ceteris tene[*buntur, sed*] sola ea deuotione fun-
3 gentur, quam annonaria[*e functionis et cen*]sus publici ratione canon sollemnis effiagi[*tat*. Si
quis au]tem in annis singulis non soluerit debitum, e[x re ipsius] cetera[1]), quod in reliquis
4 remansisse claruer[it, sine aliqui]bus *dependere* cogetur indutiis. Sane si quem postea minus
[idoneum factum esse constabit nec ita ut expedit rationem reddere pensionis, res, quae ex
nostris rebus acceperat, ad alium idoneum iure quo sanximus transferentur: nec tamen de-
coctoris cuiusque reliquis qui nouus accedit onerari]. a. 364—368

5 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD HESPERIVM PROC. AFRICAE[2]).
*Quicumque possessionem rei priuatae nostrae acceptam suo nomine uel iure perpetuo uel ti-*
*tulo conductionis ei crediderit tradendam, qui pensare utilitatem patrimonii nostri soluendo*
*non ualeat, is pro eo, quem succedaneum subrogauit, perpetuae solutioni statuatur obnoxius.*
a. 376?

6 IDEM AAA. AD NEBRIDIVM C. R. P. *Vniuersi fundi templorum ad rationalium rei pri-*
*uatae sollicitudinem curamque pertineant atque ab his anniuersariis solutionibus postulatis*
*peculiari, ut semper fuit, studio defendantur.* a. 382—384

7 IDEM ET ARCADIVS AAAA. AD NEBRIDIVM C. R. P. *Vsus aquae, quae fundorum nostro-*
*rum utilitatibus seruiebat, plurimorum dicitur usurpatione sublatus, idque procuratorum con-*
*iuentia uel dissimulatione perfectum, ut agrorum fertilitas destituta nullos fructus cultoribus*
1 *praestet. Quia igitur satis iniustum est statum florentis ante patrimonii aridae sitis molestia*
*fatigari, ad meatus pristinos uniuersum aquae modum temporis praescriptione submota prae-*
*cipimus reuocari.* a. 382—384

(*perierunt c.* 8—29)

30 [8]) [IDEM AAA. ET ARCADIVS A. CYNEGIO PPO. Quicumque defectum fun]dum patrimoni-
alem exercuerit instruxerit[4]) fertilem ido[neum]que praestiterit, saluo patrimoniali canone per-
petuo ac [priuat]o iure defendat uelut domesticum et auita successio[ne quae]situm, sibi ha-
beat, suis relinquat, neque eum aut promulga[tione] *r*escripti aut reuerentia sacrae adnota-
1 tionis quisquam [a fru]ctu inpensi operis excludat. Ceterum eos, qui opimas [ac fe]rtiles re-
tinent[5]) terras aut etiam nunc sibi aestimant eli[gend]as, pro defecta scilicet portione summam
debiti prae[senti]s iubemus implere: eos[6]) etiam, qui enfyteuticario no[mine] nec ad plenum
idoneas nec omnimodis[7]) uacuas detinent, [sic e]x illis quoque quae praesidio indigent iustam
ac debitam [quan]titatem debere suscipere, ut indulto temporis spatio [post] biennium decre-
2 tum canone*m* soluendum esse memine[rint. H]i autem, qui proprio uoluntatis adsensu nunc
quod [iuss]imus elegissent neque sibi nunc opimum aliquid et con[duci]bile uindicarint, sed
tantum nuda et relicta suscepe[rint], triennii immunitate permissa debitum canonem in[fera]nt.
3 Nemo tamen qualibet meriti et potestati*s* obiectio[ne] submoueat*ur*, quominus ad diacotochiae
uicem defec[tas p]ossessiones patrimonialis iuris accipiat, earum tribu[ta e]t canonem soluturus,
illut speciali obseruanti*a* pro[cura]ns, ut primum uicinas et in eodem territorio sortiatur, [de-
hi]nc si neque finitimas neque in isdem locis reppereri*t* [cons]tituta*s*, tunc demum etiam lon-
gius positas, sed in quan[tum f]ieri ualet pro interiecto spatio sibimet cohaerentes [pro] modo

*T* (*fol.* $13^{v}$? *desinit in* 4 minus: *rursus incipit in* 23 [fun]dum: *u.* 5—7 *et c.* 5—7 *supplet Iust.* 11, 66, 2—5

[1]) cetera *om. Iust.* [2]) *Hesperius proconsul Afr. fuit a.* 376. 377 *sub imppp. Valente Gratiano et Valentiniano* [3]) *Iust.* 11, 59, 7: *iunge* 5, 14, 4? 5, 16, $1^{d}$? 5, 18, 1? 5, 15, 2. 5, 19, 2. 5, 21, 5? [4]) instruxerit *om. Iust.* [5]) possident *Iust.* [6]) illos *Iust.* [7]) omnibus modis *Iust.*

1 tenebuntur sed *suppleuit Vesme* 4 remansisset *T* dependere *om. T* 23 *de numeris c.* 30—36 *constat ex T* idem aaa.] idem et arch. *Iust.* (*I*), idem aaa. et arcadius a. *Iust.* (*Cui.*) 25 auita] habita *T* 26 sui $T^{a}$ proscripti *T* 27 a fructu] *Iust.*, ****ctum $T^{a}$, ****ctu $T^{b}$ 28 aestimat *T* portionem $T^{a}$ 32 canone *T* hii $T^{b}$ adsensum $T^{a}$ 33 iussimus] *sic Vesme* conducibile *Peyron* uindicarent *T* 35 qualibent $T^{a}$ potestati subiectio*** submoueat *T* 37 obseruantiam *T*, obseruatione *Iust.* 38 repperint *T* constitutas] *Iust.*, ****tituas *T*

et aequitate suscipiat, ut consensu omnium fiat, [quo]d omnibus profuturum est. DAT. VIII K. NOV. CONSTANTINOPOLI [HONORIO] N. P. ET EVODIO CONSS. a. 386

31 [*IDEM AA*]A. FLORO PPO. Saltuenses fundi iurisque patrimonii in O[*rien*]tis regionibus siti turbata exactione dispositionis an[*nuae*] maximo dicuntur dispendio fatigari et inmanissima [*oppr*]imi mole reliquorum eo, quod ad ordinarios sollici[*tati*]o transducta latiorem depraedandi praebuit facul[*tate*]m. inlustris itaque auctoritas tua memoratos fundos [*ad ra*]tionalium curam praecipiat reuocari. DAT. VIIII K. [*** *C*]ONSTANTINOPOLI TIMASIO ET PROMOTO CONSS.[1]) a. 389?

32 [*IDEM AAA.*] RVFINO PPO. Fundos patrimoniales semel expetitos [*et t*]raditos refundere conductoribus omnino non liceat: et [*si h*]uiusmodi facultatem quolibet tempore qualibet auctoritate meruerunt, inpetratis in fraudem publicam non —tur[2]). DAT. XVIII K. AVG. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANT[*IO CONSS.*] a. 393

33 [3]) IDEM AAA. RVFINO PPO. Ius enfyteuticum, quo iuris pat[*rimonia*]lis uel rei p(riuatae) praedia possessoribus sunt adiudicata per[*petuariis*], ita inconcussum cum nostris tum maiorum nostroru[*m iussioni*]bus esse retinemus, ut, quod semel traditum fuerit, nec [*a nobis um*]quam
1 possit nec ab alio aliis possidentibus occupari. S[*ed quia*] inproborum inpotentia[4]) factum est, ut optimis quibusque luc[*ri cu*]piditati et quaestui seruientibus deteriores agri prouin[*ciales*] relicti sint, quos nemo eorum dignatus fuerit obtine[*re, sublimis*] magnificentia tua iudicibus officiis ac defensoribus eam poenam con[*stitu*]et, ut, nisi desertis ac deterioribus fundis utilium conf[*usione*] mixta subuenerint, sciant a se multam aut poenam [*quae pro*]posita fuerit sustinendam. DAT. III K. AVG. CONSTANTINOPOLI [D. N.] THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

34 [5]) IDEM AAA. RVFINO PPO. ORIENTIS. Qui fundos patrimoniales [iure] priuato saluo canone susceperunt, hanc omnes si[ne ulli]us exceptione personae propositam intellegant opti[onem], ut aut ea loca, quibus minor est soli fecunditas, cum h[is, ex] quibus fructus uberes capiunt, suscipere et tenere n[on ab]nuant, aut si eorum refugiunt sterilitatem, opimioribus [cedant]. DAT. VIII ID. NOV. TYRO METROPOLI ARCADIO III ET HONORIO II AA. CONSS. a. 394

34a IDEM AAA. DREPANIO COMITI RERVM PRIVATARVM. *Si quis ouium uel equarum greges in saltus rei dominicae alienus immiserit, fisco ilico uindicentur. quod si uenalis procuratorum coniuentia, ut id deinceps temptetur, admiserit, grauissimo eos iubemus supplicio subiacere.* a. 393?

35 [6]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HADRIANO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. Restaurationi moen[ium] publicorum tertiam portionem eius canonis, qui ex lo[cis fun]disue rei p(ub-
1 licae) annua praestatione confertur, certum [est sa]tis posse sufficere. De uectigalibus itaque publicis, quae [*sem*]per ex integro nostri aerarii conferebant expens[*as, ni*]hil omnino decerpi nomine ciuitatum permittim[*us. DAT.*] VIII ID. AVG. OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

36 IDEM AA. EVTYCHIANO PPO. Repetitae[7]) legis iussione mand[*amus*], ut, quicumque patrimoniales fundos detinere dete[*gatur*], aut domum se aput Constantinopolitanam urbem habe[*re —*]re perdoceat, aut si non habet uel talem habere monst[ratur] in fraudem legis locum,

*T* (*fol.* 14): *c.* 34a *supplet Iust.* 11, 67, 1

[1]) *Florus ppo. fuit a.* 380—383: *cf.* 1, 2, 8 [2]) fruan]tur? [3]) *iunge* 7, 4, 20 [4]) potentia? [5]) = *Iust.* 11, 59, 9 [6]) *pr.* = *Iust.* 11, 70, 3: *ex parte consona est* 15, 1, 33 § 1 *ad Vicentium ppo. eodem fere tempore data* [7]) *referendum hoc est ad Constantini legem initio sequentis ut uidetur tituli deperditam, quam abrogauit Nouella Theodosii* 5, 1

1 ut] ut id *Iust.* 3 saltuensis *T* 3—9. 12—13 *hiatus codicis T expleuit Peyron* 5 mole] *Peyron*, more *T* depraedandi] *Mommsen*, deprachendi *T*, dependendi *Peyron* 12 enfyteuticus quos *T* rei priuatae] reip *T*, rei publicae *Peyron* 13 perpetuariis] *cf.* 7, 13, 14 tum] tunc *T* 14—20 *hiatus expleuit Peyron* 16 [cu]piditatis *T* prouinciales] *Mommsen*, prouincialibus *Peyron*: *cf.* 12, 12, 3 17 dignatur *T* magnificentia] *Mommsen*, mag. *T* 18 defensoris *T* 22 idem] imppp. theodosius arcadius et honorius *Iust.* 23 proposita *T* 24 soli] *Iust.*, proli *T* 25 refugium *T* 26 metropoli *om. Iust.* (*Cui.*) 34 expensis *Seeck* 36—38 *hiatus expleuit Peyron* 38 —re] uere *Peyron* uel *om. T*[1]



si uelit praedae numerari, [*qui no*]bilissimae urbi deformitati sit potius quam decori, [*ad ex*]tructionem eiusdem intra annum, si possessionibus se [*care*]re non patitur, magnificentiae tuae
1 uigore cogatur. ...[1]) etiam illos iubemus condicione retineri qui iuxta l[*egem*] diui patris nostri nonnulla ex praedicto iure fundo . . . . . . . . . . . . . . . . . a. 396—399

37 IDEM ET THEODOSIVS AAA. PETROINO PPO. *Omnia praedia, tam ea, quae in re priuata olim tenentur, quam illa, quae ex proscriptorum bonis ad fiscum sunt deuoluta, eatenus ab huiusmodi priuilegiis et excusationibus submoueantur, ut omnes species annonarias, cursitationes etiam debitas atque integram opinionem sciant esse soluendam.* a. 402—407

*c.* 38 *periit*

39? . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . m officium rei priuatae cano[*nem*] enfyteutici annonas sacris largitionibus pendan[*tur*]; illud etiam, quod his fundis uel iuris rei p(riuatae) praeter an[*tiqu*]um canonem peraequatio inposuit, priuatis largitio[*nibus i*]nferatur. DAT. V KAL. IVL. THEODORO VC. CONS. a. 399

40? [IMPP]P. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. SILVANO C. R. P. Qui praedia do[*mus*] nostrae perpetuo iure detentant, iuxta tenorem prae[*sen*]tis iussionis maturius exigantur, tum etiam om[*nia r*]eliqua, quae huc usque officii palatini neglegentia re[*sede*]runt, pari cura conpulsa protinus priuato aerario [*nost*]ro inferantur. DAT. NON. OCT. RAV(ENNAE) STILICONE ET ANT(HEMIO) CONSS. a. 405

41? [*IDEM AAA.*] VOLVSIANO COM. R. P. Quidquid praediorum ex tempore, [*quo c*]lementiae nostrae pater iam humanam in caeles[*tem a*]eternitatem mutauit, de re priuata nostra uel dona[*tum*] iure directo peruenire monstratur ad quamcum[*que per*]sonam, auferendum serenitas nostra decernit. [*DAT.*] III K. DEC. RAV(ENNAE) BASSO ET PHILIPPO CONSS. a. 408

42? [*IMPP.*] HONORIVS ET THEODOSIVS AA. CEREALI C. R. P. Ne omni patrimonio [*dom*]us aeternabilis uenditionibus denudetur, praecep[*tione*] praeteriti temporis antiquata distractionem [*uolu*]mus conquiescere in domo aeternabili uni[*uers*]a praedia, quae ex promulgatae auctoritatis die re[liqu]a fuerint, retinere. Illud tamen sollicita praecipimus [*ordi*]natione constitui, ut, si pretia, quae ab emptoribus in[*lata s*]unt intra prouincias retinentur nec ad sacratissimum

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[*periit pagina dimidia codicis T*]

43? . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

tis propositis super data forma cognouerint ea[*dem*] emptoribus intra anni spatium praebeantur, nulli [*qui*] hoc tempus excesserit in emptionem[2]) praerogati[*uam si*]bimet uindicantes. Verum nullus ambigat quae con[*para*]rit penes se propriosque successores in perpetu[*um*] praestat[*i*]one canonis[3]) firmiter esse mansura. [*DAT.*] ID. IVN. CONSTANTINOPOLI DN. THEODOSIO A. IIII ET QVI FVERIT NVNTIATVS. a. 411

44? IMP. THEODOSIVS A. ET VALENTINIANVS C. VALERIO C. R. P. Thebaidae qui — bricalis emit ad rem dominicam pertinentem ex a[*liis de*]inceps quibuscumque eiusdem condicionis, qui iuxta p[—]turae constitutionis tenorem emit fundos tute l[*iceat*] possideri, ita ut fide-

*T* (*fol.* 14): *c.* 37 *supplet Iust.* 11, 74, 3: (*fol.* 16, *cuius argumentum huic titulo solo conuenit: nec obstat, quod in pagina uersa numeri constitutionum XXIIII et XXXV uisi sunt apparere, quorum lectio fallax in XXXXIIII. XXXXV mutanda est*)

[1]) pari *uel simile aliquid requitur* [2]) emptionis ? [3]) rite subsecuta *uel similia ins.*

3 retinendi *T* 11 rei] res *T* 12 rei priuatae] rei pub licae *edd.* 13 conss. *T* 15 praesentis] praes***tis *T*? tum] tuum *T* 21 *post* directo *intercidisse* uel aliter *putat Mommsen* 22 decernat *T* filippo *T* 23 chereali *T* 24 antiquata *Mommsen*, antiquatam *T* 25 domino *T* 27 retineri *Seeck* 31 tis *uel* us *Vesme*, tis? *ego* 32 nullo *Vesme uix recte* empus *T*a 33 quae] que *T* 36 *ante c.* 44 *in T numerus* XXIIII (XXXIIII?) *apparet, ante c.* 45 XXXV (*u. s. ad p.* 174, 13) 38 e emit fundos, *quae legit Vesme, mihi non apparuerunt: ad spatium inter* tenor *et* tute *explendum Vesmii lectio non apte sufficit, melius expleretur u. g. litteris* ememitfundos



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA URBINO

iussores ab huiusmodi merca[—]extranei quidam ea proprium patrimonium ——————non
de eiusdem possessionis ac iuris incor**r——————tur quam de re nequaquam inin**********
1 es——— tributum soluendo diuinam dom[*um*————————————————]. [1]) Verum quotiens
alicui colonorum agrum priuati p[atrimo]nii nostri placuerit uenumdari, non unus tantum, [qui
for]te consortibus suis grauis ac molestus existat, sed a[lii quoque] duo uel plures ex simili
origine ac iure uenientes [in supra]dicta emptione socientur. DAT. ID. DEC. CONSTANTINOPOLI
THE[ODOSIO A. XI] ET VALENTINIANO C. CONSS. a. 425

45? [2]) IDEM AA. IOHANNI C. R. P. Praedia, quae ad ius priuatum diu[*inae do*]mus pertinent,
uenundari ———————————— censemus exceptis palatiis atque his possessionib[*us*]
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## *XIIII DE MANCIPIIS ET COLONIS PATRIMONIALIVM ET SALTVENSIVM ET ENFYTEVTICARIORVM FVNDORVM*

1 IMP. CONSTANTINVS A. *Emphyteuticarios grauant coloni agros praeter consuetudinem
usurpantes, quos nullis culturis erudierunt, cum sollemnitas id eos attractare permittat, quod
eorum labore uel oliuetis est obsitum uel uinetis. Sed et inriguas fontium aquas usurpare*
1 *conantur, quarum fructus solis emphyteuticariis debentur. Ideoque placuit, ut deinceps aqua-
rum ius potestatesque penes emphyteuticarios permaneant, tantumque ex eis colonis impertiatur,*
2 *quantum culturis eorum agrorum sufficere manifestum est, quos ipsi colunt. Pro modo autem
superfluae inrigationis, quam ultra culturas suas usurpauerint, emphyteuticariis possessoribus
pensiones accessionesque praebeant.* PP. VII ID. MART. CARTHAGINE CONSTANTINO A. V ET
LICINIO C. CONSS. a. 319

2 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD GERMANIANVM COMITEM SACRARVM LARGITIONVM. *Libertates, quas mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticis qui fundorum non sunt domini praestiterunt, rationales huiusmodi praecepti auctoritate rescindant.* PP. XIII K. MAI. LVPICINO ET IOVINO CONSS. a. 367

3 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. POSTVMIANO PPO. *Cognouimus a nonnullis, qui patrimoniales fundos meruerunt, colonos antiquissimos proturbari atque in eorum locum uel seruos proprios uel alios colonos subrogari. Edicti itaque huius auctoritate sancimus eos, qui deinceps huiusmodi aliquid crediderint attemptandum, isdem possessionibus esse priuandos.* a. 383?

4 [3]) IDEM AAA. ET ARCADIVS A. CYNEGIO PPO. *Super patrimonialium refectione fundorum
dudum nostris est legibus constitutum, ut ii, qui eos colentes solum eorum uerterant, nunc alia
loca deligentes, nunc ad militiam conuolantes, ad auitas condiciones et propria iura reuo-*
1 *centur. Ceterum eos, qui castrensibus stipendiis otia quieta meruerunt ueterani constituti,
nequaquam placet tela in usum uomeris ligonisque conuertere.* a. 384—389

5 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. PVLCHRO MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE. *Cura peruigili obseruare debebit sublimitas tua, ne coloni uel saltuenses aut ultro se offerentes ad militiam suscipiantur armatam aut cogantur inuiti.*

*T* (*fol.* 16 *ad u.* 1—9): 14 *r.* 1—4 *supplet Iust.* 11, 63: 14, 5 *supplet Iust.* 12, 33, 3

[1]) § 1 = *Iust.* 11, 68, 6 [2]) *iunge* 5, 25, 1 [3]) *cf.* 5, 12, 14

1 *post* merca *Vesme legit* ı (*uel* i *uel* r *uel* n) 2 *pro* incor *fortasse* inuor *T* 9 palatiis atque *dubia T* 15 erudierunt] *Iust.* (*K*), erudierint *Iust.* (*OI*) 18 eis] *Iust.* (*dett.*), *om. Iust.* (*KOI*) 25 huiusmodi] *Iust.* (*libri*), huius *Iust.* (*edd.*) 28 perturbari *libri* 29 alios] *Iust.* (*K*), alienos *Iust.* (*O*) 34 deligentes] *Mommsen*, diligentes *Iust.* (*dett.*), dirigentes *Iust.* (*KO*)



## (XV) (*Br.* VIIII *Mo.* XVII) DE FVGITIVIS COLONIS INQVILINIS ET SERVIS [1])

1a IMP. CONSTANTINVS A. AD VALERIANVM. *Quicumque fugitiuum seruum in domum uel*
1 *in agrum inscio domino eius susceperit, eum cum pari alio uel uiginti solidis reddat. Sin
uero secundo uel tertio eum susceperit, praeter ipsum duos uel tres alios uel praedictam aesti-
mationem pro unoquoque domino repraesentet: in minorum persona tutoribus uel curatoribus*
2 *poena simili imminente. Quod si ad praedictam poenam soluendam is qui susceperit minime*
3 *sufficiat, aestimatione competentis iudicis castigatio in eum procedat. Quod si seruus inge-
nuum se esse mentitus sub mercede apud aliquem fuerit, nihil is qui eum habuit poterit in-*
4 *cusari. Sane mancipium torqueri oportet, ut manifestetur, utrum propter lucrum capiendum*
5 *callide a domino ad domum uel agrum eius qui suscepit immissus est, an non. Quod si
maligne factum esse ex serui interrogatione patuerit, seruo etiam suo eum qui hoc fecerit pri-
uari oportet et ad fiscum pertinere mancipium.* D. V K. IVL. THESSALONICAE GALLICANO ET
BASSO [2]) CONSS. a. 317

1b [3]) IDEM A. AD IANVARIVM. *Mancipia diuersis artibus praedita, quae ad rem publicam pertinent, in isdem ciuitatibus placet permanere, ita ut, si quis tale mancipium sollicitauerit uel auocandum crediderit, cum seruo altero sollicitatum restituat, duodecim solidorum summa inferenda rei publicae illius ciuitatis, cuius mancipium abduxit: libertis quoque artificibus, si sollicitati fuerint, cum eadem forma ciuitati reddendis: ita ut pro fugitiuo seruo, si sollicitudine defensoris non fuerit requisitus et reuocatus, idem defensor duo uicaria mancipia exigatur, nec beneficio principali nec uenditione in eius persona iam de cetero ualituris.* D. XVI K. MART. CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319

1c IDEM A. AD TIBERIANVM COMITEM HISPANIARVM. *Cum seruum quispiam repetit fugi-
tiuum et alius uitandae legis gratia, quae in occultantes mancipia certam poenam statuit,
proprietatem opponet, uel in uocem libertatis eum animauerit, ilico nequissimus uerbero super*
1 *quo ambigitur tormentis subiciatur, ut aperta ueritate diceptationi terminus fiat. Quod non
solum utrisque iurgantibus proderit, sed etiam seruorum animos a fuga poterit deterrere.* D.
XV K. SEPT. CONSTANTINOPOLI PACATIANO ET HILARIANO CONSS. a. 332

1 *IDEM* A. AD PROVINCIALES. Apud quemcumque colonus iuris alieni fuerit inuentus, is
non solum eundem origini suae restituat, uerum super eodem capitationem temporis agnoscat.
1 Ipsos etiam colonos, qui fugam meditantur, in seruilem condicionem ferro ligari conueniet, ut
officia, quae liberis congruunt, merito seruilis condemnationis conpellantur inplere. DAT. III
KAL. NOVEMB. PACATIANO ET HILARIANO CONSS. a. 337

INTERPRETATIO. Si quis alienum colonum sciens in domo sua retinuerit, ipsum prius domino restituat et tributa eius, quamdiu apud eum fuerit, cogatur exsoluere: ipse uero, qui noluit esse, quod natus est, in seruitium redigatur.

1d IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD GERMANIANVM PP. GALLIARVM. *Omnes omnino fugitiuos adscripticios colonos uel inquilinos sine ullo sexus muneris condicionisque discrimine ad antiquos penates, ubi censiti atque educati natique sunt, prouinciis praesidentes redire compellant.* a. 366

1e IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD FELICEM CONSVLAREM [4]). *Si*

*ad* 15 *r.* 1: *Br.* (*NMGE*) *ad* 15 *r. Burg.* 6, 2: 15, 1a—1c *supplet Iust.* 6, 1, 4—6: 15, 1d *supplet Iust.* 11, 48, 6: 15, 1e *Iust.* 6, 1, 7, *cf. Burg.* 6, 2

[1]) *cf. Iust.* 6, 1. 11, 64 [2]) *fuerit* Symmacho (*a.* 330) *Seeck* [3]) *cf.* 5, 21, 2 [4]) c. s. l.?

1 colonis] et col. *Burg.* 21 XVI] *Iust.* (*Hal.*), XV *Iust.* (*L*) 28 XV k. sept.] *Iust.* (*Hal.*), VI k. nou. *Iust.* (*L*) 29 idem] imp. constantinus *Br.* colonis *N* 30 eodem *N* uero *N* eosdem *M* capitatione *N* agnoscant *MG* 31 colonus *E* seruili condicione *G* legare *E* ut] et *GE* 32 qua *N* meritum *G* seruile condemp*nationes (—nis *E*a) *E* conpellatur *N* 33 kal.] id. *N* pacacio *G* helariano *N* 38 muneris] numeri *libri*

*quis seruum fiscalem putauerit occultandum, non solum eum restituere, sed etiam duodecim libras argenti poenae nomine fisci uiribus dependere compellatur.* D. PRID. ID. APRIL. GRATIANO A. II ET PROBO CONSS. a. 371

1f IDEM AAA. AD PROBVM PPO. *Omnes profugi in alieno latebras collocantes cum emolumentis tributariis, salua tamen moderatione, reuocentur, scilicet ut si, apud quos homines reperiuntur, alienos esse nouerant fugitiuos et profugis in lucrum suum usi sunt, hoc est siue excoluerunt agros fructibus dominis profuturos siue aliqua ab isdem sibi iniuncta nouauerunt nec mercedem laboris debitam consecuti sunt, ab illis tributa quae publicis perierunt func-*
1 *tionibus exigantur. Ceterum si occultato eo profugi, quod alieni esse uidentur, quasi sui arbitrii ac liberi apud aliquem se collocauerunt aut excolentes terras partem fructuum pro solo debitam dominis praestiterunt cetera proprio peculio reseruantes, uel quibuscumque operis impensis mercedem placitam consecuti sunt, ab ipsis profugis quaecumque debentur exigantur:*
2 *nam manifestum est priuatum iam esse contractum. Si qui uero inter agricolas, ut solet, ex quibuscumque commerciis huiusmodi hominibus inueniuntur esse debitores, coram partibus constitutis iudex ab obnoxiis quod debetur exposcat.* a. 386?

2 [1]) *IDEM* AAA. CYNEGIO PPO. Quisquis colonum iuris alieni [2]) aut sollicitatione susceperit aut occultatione celauerit, [3]) pro eo, qui priuatus erit, sex auri uncias, pro eo, qui patrimonialis, libram auri cogatur inferre. DAT. VIII KAL. NOVEMB. CONSTANTINOPOLI HONORIO NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

INTERPRETATIO. Si quis colonum alienum aut sollicitauerit aut occultauerit, si priuati hominem sua sollicitatione susceperit, sex auri uncias domino reddet, si fiscalem sollicitatum tenuit, libram auri cogatur implere.

2a [4]) IDEM AA. FLORENTIO. *Seruos uel tributarios uel inquilinos apud dominos uolumus remanere. Nam cum metu damni deterritus unusquisque eum quem incognitum habuerit coeperit propulsare, uoluntas fugiendi seruis non erit: nemo enim dominum suum deserit sciens nus-*
1 *quam sibi latendi locum esse derelictum. Sed aut cognitum sibi ingenuum unusquisque suscipiet, aut eum qui se liberum esse simulauerit a se submouebit metuens his quae statuta*
2 *sunt obnoxius fieri. Si quis igitur ex memoratis fugitiuis apud quemlibet fuerit repertus, duodecim libras argenti fisco nostro inferat detentator, ipsi autem cuius fuit praeter eundem fugitiuum alterum etiam eiusdem aestimationis inferre decernimus.*

3 [5]) . . . . . . . . . . . . FLORENTIO COMITI SACRARVM LARGITIONVM . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
*Quod si dominus seruum alienum sciens in domo uel in agro suo consistentem iudicibus non praesentat aut admonitus a fugitiui domino adsignare dissimulat, multam retentatoris incurrat.* [6]). a. 385. 386

## [XVI] (*Br.* X *Mo.* XVIII) DE INQVILINIS ET COLONIS [7])

[8]) . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

1a IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. GERMANIANO PPO. GALLIARVM. *Nati ex inquili-*

*ad* 15, 2. 16 *r. Br.* (*NMGE*): 15, 1f *supplet Iust.* 11, 48, 8: 15, 2a *supplet Iust.* 11, 48, 12: 15, 3 *supplet Burg.* 6, 2: 16, 1a *supplet Iust.* 10, 32, 29

[1]) *Iust.* 11, 64, 2: *de iungendis cf. ad* 5, 13, 30 [2]) iuris alieni] patrimonialem *Iust.* [3]) non solum ipsum restituere, sed etiam libram auri poenae nomine cogatur inferre *Iust.* [4]) *cf. not.* 5: *Seeck iungit* 7, 21, 3 (*a.* 396)? [5]) *iungenda c.* 2a? [6]) *Burg. continuatur sic*: sicut ultima Theodosiani lege de fugitiuis et colonis, inquilinis et seruis legitur constitutum ad Florentium c. s. l. data [7]) *cf. Iust.* 11, 48 de agricolis censitis et colonis [8]) *cf. ad p.* 182, 11

16 idem] imppp. gratianus ualentinianus et theodosius aaa. *Br.* ciuigio *E* colonem iuri alienum aut sollicitationem *N* 17 erat sex uncias auri *G* patrimoniales *N*, matrimonialis *E* 18 np.] *M*, nubp. *N*, uiiii *E*, *om. G* 19 ebodio *E*, euuocio *G* 23 florentio ual. *Iust.* (*U*), flor. eo. *Iust.* (*Bon.*), florentino *Iust.* (*Paris.*) 25 nuquam *Iust.* (*U*), numquam *Iust.* (*KIX*) 38 impp. ual. et ual.] idem *Iust.* germano *Iust.*



*narum nostrae domus matrimonio et patre decurione non patrum suorum, uerum matrum condicionem sequantur.* DAT. III ID. OCT. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

1b IDEM AA. AD ORICVM [1]) PRAESIDEM TRIPOLITANAE. *Domini praediorum id quod terra praestat accipiant, pecuniam non requirant, quam rustici optare non audent, nisi consuetudo praedii hoc exigat.* a. 366

1c IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD MAXIMVM [2]) PPO. *Quemadmodum originarios absque terra,*
1 *ita rusticos censitosque seruos uendi omnifariam non licet. Neque uero commento fraudis id usurpet legis illusio, quod in originariis saepe actitatum est, ut parua portione terrae emptori*
2 *tradita omnis integri fundi cultura adimatur. Sed cum soliditas fundorum uel certa portio ad unumquemque perueniat, tanti quoque serui et originarii transeant, quanti apud superiores dominos et possessores uel in soliditate uel in parte manserunt: et emptor pretium quod dederit amissum existimet, nihilo minus uenditori ad repetendos seruos cum agnatione eorum*
3 *uindicatione concessa. Et si aliqua denique ex causa dissimulauerit legis usurpare beneficium atque iste sub hac taciturnitate decesserit, et heredibus eius et contra heredes emptoris uindicationem damus longi temporis praescriptione submota: mala fide namque possessorem esse nullus ambiget, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.*

1d [3]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. CYNEGIO PPO. *Quicumque paruuli ex municipibus uel colonis patrimonialibus aut saltuensibus, quorum tamen aui ac patres implicati huiusmodi functionibus fuerint, coniuentia militaris officii ad stipendium castrense uel officia diuersa transierint, ad munera patriae uel agrorum cultus conuentis ducibus tribunis ac praepositis reuocentur neque his prosint stipendia.* a. 386—388

1e IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. ALBINO PV. ROMAE. *Si qui publicorum seruorum fabricis seu aliis operibus deputati tamquam propriae condicionis immemores domibus se alienis et priuatarum ancillarum consortiis adiunxerint, tam ipsi quam uxores eorum et liberi confestim condicioni pristinae laborique restituantur.* D. VIII K. AVG. TIMASIO ET PROMOTO CONSS. a. 389

1f [4]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD POPVLVM. *Originarios colonos nullis priuilegiis, nulla dignitate, nulla census auctoritate excusari praecipimus, sed amputatis omnibus, quae aliquotiens per gratiam sunt elicita, domino uel fundo esse reddendos.*

1g [5]) IDEM AA. VINCENTIO PPO. GALLIARVM. *Definimus, ut inter inquilinos colonosue, quorum quantum ad originem pertinet uindicandam indiscreta eademque paene uidetur esse condicio, licet sit discrimen in nomine, suscepti liberi uel utroque uel neutro parente censito statum*
1 *paternae condicionis agnoscant. Illud etiam seruandum est, ut, si quando utriusque fundi idem dominus de possessione referta cultoribus ad eam colonos quae laborabat tenuitate transtulerit, idemque fundi ad diuersorum iura dominorum qualibet sorte transierint, maneat quidem facta translatio, sed ita, ut praedii eius dominus, a quo coloni probantur fuisse transducti, translatorum agnationem restituat.* D. III ID. [6]) IVL. STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

1h IDEM AA. PVLCHRO MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE. *Cura peruigili obseruare debebit sublimitas tua, ne coloni uel saltuenses aut ultro se offerentes ad militiam suscipiantur armatam aut cogantur inuiti.* a. 395—401

1i [7]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PPO. *Cuiuscumque adnotationis uel oraculi dudum impetrati uel postea eliciendi auctoritate submota omnes, quos patrimonialium agrorum uinculis fortuna tenet adstrictos, sub quibuslibet gradibus militantes ad prouinciae moderatoris iudicium ilico sub idonea intercessione mittentur.* a. 408—415

16, 1b. 1c *supplet Iust.* 11, 48, 5. 7: 16, 1d *Iust.* 11, 64, 1: 16, 1e *Iust.* 6, 1, 8: 16, 1f. 1g *Iust.* 11, 48, 11. 13: 16, 1h *Iust.* 12, 33, 3: 16, 1i *Iust.* 11, 64, 3

[1]) Ruricium *Cantarelli, cf. Ammian.* 28, 6, 11. 22 (*u. i.*) [2]) Maximinum *scr.* [3]) *de iungendis cf. ad* 5, 13, 30 [4]) *Seeck iungit Th.* 7, 18, 9 (?) [5]) *de iungendis cf. ad* 4, 24, 1 [6]) kal. *iungendae* [7]) *Seeck iungit* 5, 16, 1k

3 oricum] *Iust.* (*Paris.* 4429 *Cui.*), rotium *Iust.* (*U*) 12 existimet] *Contius*, estimet et *Iust.* (*K*), estimet et *Iust.* (*UI*) existimet

$1^k$ [1]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PPO. *Quisquis censibus fuerit adnotatus, inuito agri domino ab omni temperet clericatu, adeo ut etiam, si in eo uico, in quo noscitur mansitare, clericus fuerit, sub hac lege adsumat sacerdotium, ut et capitationis sarcinam per ipsum dominum agnoscere compellatur et ruralibus obsequiis quo maluerit subrogato fungatur, ea scilicet immunitate indulta, quae certae capitationis uenerandis ecclesiis relaxatur: nullo contra hanc legem ualituro rescripto.* DAT. PRID. K. MART. HONORIO A. VIII ET THEODOSIO A. III CONSS. (*a.* 409?)

$1^l$ [2]) IDEM AA. PROBO [3]). *Colonos numquam fiscalium nomine debitorum ullius exactoris pulset intentio: quos ita glebis inhaerere praecipimus, ut ne puncto quidem temporis debeant amoueri* [4]). a. 414

1 [5]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA.[6]) PALLADIO PPO. Si quis colonus originalis uel inquilinus ante hos triginta annos de possessione discessit neque ad solum genitale silentii continuatione repetitus est, omnis ab ipso uel a quo forte possidetur calumnia penitus exclu-
1 datur; quem annorum numerum futuris quoque temporibus uolumus obseruari. Quod si quis originarius intra hos triginta annos de possessione discessit, siue per fugam labsus seu sponte seu sollicitatione transductus, neque de eius condicione dubitatur, eum contradictione submota
2 loco, cui natus est, cum origine iubemus sine dilatione restitui. Quod si forte ipse, de cuius proprietate certatur, fatali sorte consumptus est, eius posteritatem agrorum iuri cum omni peculio atque mercedibus, uelut eo superstite qui decessit, celeri iubemus executione reuocari.
3 In feminis sane obseruationem uolumus esse diuersam. Itaque mulierum, quae fuisse originariae docebuntur, si ante uicesimum annum de solo, cui debebantur, abscesserint, uniuersa repetitio cesset; earum uero, quarum intra conprehensum tempus discessio conprobatur, ac de condicione nulla dubitatio est, prorsus dominis perire non sinimus, ea tamen condicione seruata, ut uicaria cum agnatione partis tertiae non negetur, quae de colono suscepta est alieno,
4 ita ut pro filiis quoque contrarii praebeantur. [7]) Quod si non ad alienum praedium, sed [8]) cuiuscumque liberi hominis ac sui iuris [9]) secuta consortium in urbibus uel in quibuscumque locis uictura consistit, si modo intra praefinitum tempus reposcitur [10]), eius omnem originem
5 secundum uetera constituta conueniet reuocari. Contestatas autem lites, si tamen quisque docebitur sollemniter fuisse conuentus, saluas repetentibus esse decernimus. DAT. VI KAL. IVL. RAV(ENNAE) MONAXIO ET PLINTA CONSS. a. 419

INTERPRETATIO. Si quis colonum alienum in re sua uel in fuga labsum uel sua uoluntate migrantem triginta annos habuerit, ac si suum uindicet. Qui si intra triginta annos in-

16, $1^k$ *supplet Iust.* 1, 3, 16: 16, $1^l$ *Iust.* 11, 48, 15: *ad* 16, 1 *Br.* (*NMGE*)

[1]) *Seeck iungit c.* $1^i$ [2]) *iunge* 2, 30, $1^a$. 5, 11, 14 [3]) comiti sacrarum largitionum *addit* 2, 30, $1^a$ [4]) d. III id. Iun. Constante et Constantio conss. (a. 414) *addunt iungendae* [5]) § 4 = *Iust.* 11, 48, 16 [6]) *fuerit* Idem AA. (*u. i.*) [7]) *iungendae* 2, 30, $1^a$ (*Iust.* 8, 16, 8) 5, 11, 44 (*Iust.* 11, 59, 13) [d. III id. Iun. Constantinopoli Constante et Constantio conss. a. 414]? [8]) mulier, quae fuisse originaria docebitur si *Iust.* (*cf.* 20) [9]) ac sii iuris *om. Iust.* [10]) si . . . reposcitur *om. Iust.*

4 ruralibus] *libri*, curialibus *Graeci* 6 ualituro] *dett. cum Graecis*, ualituro umquam (usq. ual. *CR*) *Iust.* (*PCR*) 11 impp. hon. et theod. aa.] *NGE*, imp. constant. a. et iulianus c. *M*: *inde colligi potest in Theodosiano fuisse* idem aa., *Wisigothos autem ad Constantii constitutionem, quam praemiserint, deinde reiccerint, imperatorum nomina redegisse eorumque errorem in libris recentioribus emendatum esse* ppo.] pfu. $G^a$ colona *M* originales *N* 12 annos triginta *G* 13 continuatione] repetione $G^t$ repetitur *N*, petitus $G^a$ omnes *NGE* 14 numero *N* obseruare *M* 15 origenarios *N* discesserit *G*, discessisse *M* siue] si uero *N*, seu *G* per fugam] *GE*, perfuga *NM* 16 sollicitationem *N* 17 origenem *N* 18 proprietate . . . potestatem] proprietatem (*reliquis omissis*) *N* agrum iuris *G* 19 uelut] uel *E* recessit *G* exaccione *G* 20 itaque] his itaque *G* mulier *N* 22 cessit eorum *G* decessio *N* ac] hac *GE*, haec *M* 23 nulla . . . 24 ut *om.* $G^a$ domini $G^b$ sinimus] *M*, sinemus $NG^bE$ ea] at $G^b$ 24 uicarie *G*, uicariam *E* parte *N* 25 quod si non] quo domino *N* ad *om. G* alieno *N* praedium] *M*, preiudicium $NG_tE$, precium $G^v$ sed] uel *G* 26 homines *N* 27 uictura] uicaria *N* infra *G* 28 ueniet reuocare *N* quisquis *ME* 29 conuictus $ME^v$ decernimus] *NG*, docemur *M* VI] VII *NE* 30 rauennae *om. G* maximo *MG* plenta *GE*



uentus fuerit a domino cum filiis secundum legem sibi debitis et omni peculio reuocetur. Quod si forte mortuus fuerit, filii eius cum mercedibus suis uel patris mortui a domino reuocentur. Colona etiam si uiginti annis in alieno dominio et iure permanserit, a priore domino non quaeratur; si tamen intra uiginti annos inuenta fuerit et de alieno colono filios susceperit, cum agnationis parte tertia reuocetur, quia colonum duae partes agnationis sequuntur. Sane ne separatio coniugii fiat, illum, cuius colonus est, uicariam mulierem et pro tertia agnatione mulieris domino conpensare praecipimus. Si uero mulier iuris alieni ingenuum maritum duxerit, omnis mulieris agnatio ad eius dominium pertinebit. Quod hic minus est de colonae agnatione, in nouellis legibus inuenitur.

2 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. BASSO PPO. *Colonos nulla ratione ad ullum quamuis humilioris militiae locum sinimus admitti; sed nec apparitores magisteriae potestatis censibus adscriptos probari concedimus* [1]), *quia in hac parte et dominorum iuri et publicae consulimus honestati.* a. 425? 426?

## XVII (*Mo.* XVIIII *Br.* XI) NE COLONVS INSCIO DOMINO SVVM ALIENET PECVLIVM VEL LITEM INFERAT CIVILEM [2])

$1^a$ IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM VICARIVM ORIENTIS. *Quisquis colonus plus a domino exigitur, quam ante consueuerat et quam in anterioribus temporibus exactus est, adeat iudicem, cuius primum poterit habere praesentiam, et facinus comprobet, ut ille, qui conuincitur amplius postulare, quam accipere consueuerat, hoc facere in posterum prohibeatur, prius reddito quod superexactione perpetrata noscitur extorsisse.* PP. ID. a. 325?

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD CLEARCHVM VICARIVM ASIAE. Non dubium est colonis arua, quae subigunt, usque adeo alienandi ius non esse, ut, et si qua propria habeant, inconsultis atque ignorantibus patronis in alteros transferre non liceat. DAT. VI KAL. FEB. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

INTERPRETATIO. In tantum dominis coloni in omnibus tenentur obnoxii, ut nescientibus dominis nihil colonus neque de terra neque de peculio suo alienare praesumat.

2 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD NEBRIDIVM PROCONSVLEM ASIAE. *Coloni censibus dumtaxat adscripti, sicuti ab his liberi sunt, quibus eos tributa subiectos non faciunt, ita his, quibus annuis functionibus et debito condicionis obnoxii sunt, paene est ut quadam dediti*
1 *seruitute uideantur. Quo minus est ferendum, ut eos audeant lite pulsare, a quibus ipsos*
2 *utpote a dominis una cum possessionibus distrahi posse dubium non est. Quam de cetero licentiam submouemus, ne quis audeat domini in iudicio nomen lacessere, et cuius ipsi sunt,*
3 *eiusdem omnia sua esse cognoscant. Cum enim saepissime decretum sit, ne quid de peculio suo cuiquam colonorum ignorante domino praedii aut uendere aut alio modo alienare liceret, quemadmodum contra eius personam aequo poterit consistere iure, quem nec propria quidem leges sui iuris habere uoluerunt et adquirendi tantum, non etiam transferendi potestate per-*
4 *missa, domino et adquirere et habere uoluerunt? Sed ut in causis ciuilibus huiusmodi homi-*

*ad* 17 *r.* 1: *Br.* (*NMGE*): 16, 2 *supplet Iust.* 11, 48, 18: 17, $1^a$ *supplet Iust.* 11, 50, 1: 17, 2 *suppleta ex est Iust.* 11, 50, 2 *auctoritate Burg.* 14, 6

[1]) *comma* nec . . . concedimus *isdem fere uerbis redit in Nou. Theod.* 7, 4, 3 [2]) *cf. Burg.* 14, 6 *Iust.* 11, 50 (In quibus causis coloni censiti dominos accusare possunt)

14 colonis *G* suo *GE Burg.* 15 alienentur $G^a$, alienetur $G^b$ 21 ualens et ualentinianus *G* clearcum *ME*, cliarcum *N*, eusarcum *G* uicarium] uir. *N* 22 subigunt usque] subiunctusque *N* et *om. GE* 23 habuerint *G* patronis] dominis uel patronis *E* transferri *N* 24 aa. *om. GE* 27 *in Burg.* 15, 6 *leguntur haec*: Nec seruum uel colonum peculium suum posse distrahere, insuper et ementes furti actione tenendos, secundum constitutionem Hermogeniani . . . . . uel Theudosiani legem lib. V sub tit. ne colonus inscio domino suo alienet peculium uel litem inferat ei ciuilem ad Nebridium uicarium Asiae proconsulem] *sic* 11, 30, 56, uicarium *Burg.*, comitem *Iust.* (*Londin.*)

*num generi aduersus dominos uel patronos et aditum intercludimus et uocem negamus: exceptis superexactionibus, in quibus retro principes facultatem eis super hoc interpellandi praebuerunt, ita in criminum accusatione quae publica est non adimitur eis propter suam suorumque iniuriam experiundi licentia.*

## [XVIII] *DE COLONIS PALAESTINIS*

1 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. CYNEGIO PPO. *Cum per alias prouincias, quae subiacent nostrae serenitatis imperio, lex a maioribus constituta colonos quodam aeternitatis iure detineat, ita ut illis non liceat ex his locis quorum fructu releuantur abscedere nec ea deserere quae semel colenda susceperunt, neque id Palaestinae prouinciae possessoribus suffragetur, sancimus, ut etiam per Palaestinas nullus omnino colonorum suo iure uelut uagus ac liber exsultet, sed exemplo aliarum prouinciarum ita domino fundi teneatur, ut sine poena suscipientis non possit abscedere: addito eo, ut possessionis domino reuocandi eius plena tribuatur auctoritas.* a. 386?

## [XVIIII] *DE COLONIS THRACENSIBVS*

1 [1]) IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PPO. *Per uniuersam dioecesim Thraciarum sublato in perpetuum humanae capitationis censu iugatio tantum terrena soluatur.*
1 *Et ne forte colonis tributariae sortis nexibus absolutis uagandi et quo libuerit recedendi fa-*
*cultas permissa uideatur, ipsi quidem originario iure teneantur, et licet condicione uideantur*
*ingenui, serui tamen terrae ipsius cui nati sunt aestimentur nec recedendi quo uelint aut per-*
*mutandi loca habeant facultatem, sed possessor eorum iure utatur et patroni sollicitudine et*
2 *domini potestate. Si quis uero alienum colonum suscipiendum retinendumue crediderit, duas*
*auri libras ei cogatur exsoluere, cuius agros transfuga cultore uacuauerit, ita ut eundem cum*
*omni peculio suo et agnatione restituat.*

## [XX] *DE COLONIS ILLYRICIANIS*

1 [2]) IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PPO. *Colonos inquili-*
*nosque per Illyricum uicinasque regiones abeundi rure, in quo eos originis agnationisque me-*
1 *rito certum est immorari, licentiam habere non posse censemus. Inseruiant terris non tribu-*
*tario nexu, sed nomine et titulo colonorum, ita ut, si abscesserint ad aliumue transierint,*
*reuocati uinculis poenisque subdantur, maneatque eos poena, qui alienum et incognitum reci-*
*piendum esse duxerint* [3]), *tam in redhibitione operarum et damni, quod locis, quae deseruerant*
*factum est, quam multae, cuius modum in auctoritate iudicis collocamus: ita ut etiam dominus*
*fundi, in quo alienus fuisse monstrabitur, pro qualitate peccati coercitionem subire cogatur*
*nec sit ignorantiae locus, cum ad criminis rationem solum illud sufficiat, quod incognitum*
2 *sibi tenuit. Seruum etiam in memoratis regionibus si quis receperit, ignorationis excusatione*
3 *sublata quadrupli poena teneatur, operarum praeterea compendiis damnisque praestitis. In*
*libertis etiam, quos pari usurpatione susceperit, is modus sit, quem circa liberos duximus co-*
*lonos retinendum.* D. III ID. IVL. GRATIANO A. II ET PROBO CONSS. a. 371

*titulos* 18—20 *supplet Iust.* 11, 51—53

[1]) *iunge* 9, 3, 5 [2]) *de iungendis cf. ad* 5, 13, 30 (*a.* 368) [3]) *uerba* maneatque ... duxerit *redeunt in Iust.* 6, 3, 13

29 subdentur *libri* 37 *subscriptionem tradit Iust.* (*Hal.*) *ad* 6, 3, 13



## [XXI] *DE AGRICOLIS ET MANCIPIIS DOMINICIS VEL FISCALIBVS SIVE REI PRIVATAE*

1 [1]) IMP. CONSTANTINVS A. AD CONSTANTIVM PPO. *Nullus omnino originalis colonus rei priuatae nostrae ad aliquos honores uel quaelibet alia ciuitatis munera deuocetur. Nec enim ciuitatum ordinibus et ceteris, ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florentibus ad haec suprema praesidia iniuriosa nominatione descendendum est.*

2 IDEM A. IANVARIO COMITI ORIENTIS. *Colonos nostros, qui sunt priuati uel ad ratiocinia gerenda uel ad colendos agros idonei, retrahi iubemus ac tantum colendis nostris rebus addici, quin etiam in posterum obseruari, ne quis eorum rem priuatam cuiusque gerendam aut aliquid ministrandum suscipiat.*

3 [2]) IDEM AA. AD EQVITIVM MAGISTRVM EQVITVM ET PEDITVM. *Serui atque coloni, etiam eorum filii uel nepotes, uel quicumque de fundis ac possessionibus nostris clanculo ad officia conuolauerint diuersa, reddantur, etiamsi armatae habuerint sacramenta militiae: nos enim etiam eos discingi iubemus ac reddi, qui protectorum fuerint nomen adepti.*

4 [3]) IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD FLORIANVM COMITEM RERVM PRIVATARVM. *Ex ingenuo et colonis ancillisque nostris natos natasue origini, ex qua matres eorum sunt, facies deputari.*

5 [4]) IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. CYNEGIO PPO. *Dominicos colonos neque ad descriptionem patimur deuocari neque extraordinarias pati functiones, maxime cum aduersus consuetudinem memoratis onera dicantur inferri.*

## [XXII] *DE FVNDIS LIMITOTROPHIS* [5])

1 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS [6]) AAA. AD LICINIVM [7]) PPO. *Tiberianus*
*ad possibilitatem singulorum quorumque locorum intuens statuit certas possessiones, quae ad*
1 *limitem frumenta conueherent. Quocirca generali lege sancimus Tiberiani dispositionem opor-*
*tere seruari, amouentes, quidquid uel potentia uniuscuiusque elicuit uel furtiua deprecatio,*
*addentesque nihilo minus in futurum nulli licere aduersus utilem uetustatem et praesentem*
*legem nostram importuna et respuenda reposcere.* DAT. XVIII K. OCT. AQVILEIAE ARCADIO A.
ET BAVTONE CONSS. a. 385

## [XXIII *DE DIVERSIS PRAEDIIS VRBANIS ET RVSTICIS TEMPLORVM ET CIVITATVM*] [8])

1 IMP. IVLIANVS ATARBINO. *Pro aedibus, quas nonnulli in solo rei publicae extruxerunt, placitam praestare pensionem cogantur.*

2 [9]) IDEM A. SECVNDO PPO. *Pamphyliae etiam ciuitates et quaecumque aliae quidquid sibi adquirant, id firmiter habeant* [10]).

3 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. CAESARIO PPO. *Eos, qui auctione prima fundorum*

*titulum* 21 *r.* 1—5 *supplet Iust.* 11, 68, 1—5: 22 *r.* 1 *supplet Iust.* 11, 60 *r.* 1: *titulum* 23 *supplet Iust.* 11, 70 *r.* 1. 2. 4

[1]) *cf.* 12, 1, 11 (*a.* 325) [2]) impp. Valentinianus et Valens *requiritur, cf. c.* 4 *et* 7, 1, 8 *et Ammian.* 26, 5, 3. 29, 6, 3 [3]) *iungenda* 5, 2, 1? [4]) *iungenda* 5, 13, 30? [5]) et terris et paludibus et pascuis limitaneis uel castellorum *addit Iust.* [6]) imppp. Valentinianus Theodosius et Arcadius *requiritur* [7]) ad Principium *Gothofredus, qui iungit* 11, 1, 20 [8]) et omni reditu ciuili *addit Iust.* [9]) *de iungendis cf. ad* 10, 3, 1 [10]) pp. III (d. III 11, 23, 2. 12, 13, 1, pp. 10, 3, 1) id. Mart. Constantinopoli Mamertino et Neuitta conss. (*a.* 362) *iungendae*

9 cuiusque] cuiusquam *Iust.* (*I*ª), cuiuscumque *Iust.* (*K*) 16 colonos *Iust.* (*Graeci*)

*iuris patrimonialis siue templorum possessores effecti sunt, firmum dominium tenere decernimus, ne ulterius uacillet uniuscuiusque possessio, sed teneat quisque ius proprium, quod dato pretio roboratum est uel fuerit.*

## [XXIIII DE LOCATIONE PRAEDIORVM CIVILIVM VEL FISCALIVM SIVE TEMPLORVM[1] SIVE REI PRIVATAE VEL DOMINICAE]

1 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD FLORVM PPO. *Diui patris
nostri aperta praeceptio est fundos ex re priuata nostra ita tradi perpetuariis, ut periculo
1 collocantium[2]) officiorumque tradantur. Neque enim quicquam potest ex deuotionis plenitudine
uacillare, si apparitione iudiciaria et fundi idoneis attributi sunt et sit fiscalis indemnitas
2 idonea fideiussione munita. Quorum si alterum uel utrumque neglectum est, quae ex hoc ti-
tulo pensitatio canonica desiderat, ex officiorum facultatibus seruentur[3]).* a. 381—383

2 [4]) IDEM AAA. NEBRIDIO COMITI RERVM PRIVATARVM. *Fundi rei publicae ab his, qui nec titulo conductionis eos detinent quique meliores cultu patrocinante reddiderunt, ne nostrarum quidem sanctionum (si forte quispiam per subreptionem meruerit) nutibus auferantur, iuxta legem ueterem semel tantum licentia faciendae adiectionis indulta.* a. 382—384

3 [5]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HADRIANO PPO. *Loca omnia fundiue rei publicae propositis prius licenter edictis dehinc, ubi in eum canonis modum contendentium augmenta succreuerint, ut extendi ultra aut superari alterius oblatione non possint, perpetuariis conductoribus locentur.* a. 400—405

4 IDEM AA. MINERVIO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. *Congruit aequitati, ut ueteres possessores fundorum publicorum nouis conductoribus praeferantur, si facta per alios augmenta suscipiant.* a. 398

5 [6]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. VOLVSIANO PPO. *Praedia domus nostrae, si
semel iure perpetuo uel nostra praeceptione uel auctoritate illustris uiri comitis aerarii pri-
uati apud aliquem fuerint uel iam dudum sunt collocata, ad alium transferri perpetuarium
1 non oportet. Aperte enim definimus hoc edicto, ut a perpetuario numquam possessio trans-
feratur, etiamsi alteri eam imperator uel exoratus uel sponte donauerit siue adnotatione siue
2 pragmatica. Cui si forte contra perpetuarium uir illustris comes priuatarum, dum adlegabitur,
adquiescet, et ipse de proprio centum libras auri et alias centum fisci uiribus palatinum in-
3 ferre cogatur officium. Nec tamen post adlegationem habebit huiusmodi iussio firmitatem, sed
4 nec locabitur alteri, licet ingenti superare uideatur augmento, possessio. Iure igitur perpetuo
publici contractus firmitate perpetuarius securus sit et intellegat neque a se neque a posteris
suis uel his, ad quos ea res uel successione uel donatione siue uenditione uel quolibet titulo
5 peruenit siue aliquando peruenerit, esse retrahendam. Sane quia non ex omni parte exclu-
denda est largitas principalis, rem diuinae domus suae imperator, si uelit, donabit ei, qui
eam possidet iure perpetuo, siue ipse iam[7]) meruit siue cuiuslibet tituli iure successit. Videtur
enim suam concedere pensionem, non alteri nocere liberalitas, quae possidentem iure perpetuo
6 dominum uult uocari Sane si quis non perpetuo iure, sed ad tempus locatam ab illustri
uiro comite rerum priuatarum possessionem uidetur adeptus, non erit obstaculi principali largi-*

*titulum 24 supplet Iust.* 11, 71

[1]) uel templorum *del.*? [2]) locantium *Mommsen* [3]) eruentur *Cuiacius* [4]) *iungenda* 10, 3, 4 (*a.* 383)? [5]) *Gothofredus iungit* 11, 20, 3 (*a.* 400, *Seeck iungit* 5, 13, 35 [6]) *iungenda* 1, 1, 5ᵃ (*a.* 429)? [7]) eam *Mommsen*

7 florum] *Iust.* (*Cui.*), florentium *Iust.* (*I*) 8 praeceptio est] *Iust.* (*I*), praeceptione *Iust.* (*KO*) 10 sit fisc. . . . fidei. mun.] *Iust.* (*K*), idem fisc. . . . fidei. est (est *om. I*) mun. *Iust.* (*OI*) 16 faciendae] *dett.*, facienda *Iust.* (*KO*), faciende et *Iust.* (*I*)



*tati, si uoluerit in alterum donatione transferre, quod ad definitum tempus alter forte conduxit.
7 Si uero pro tali praedio ab altero conductore offeratur augmentum, sit in arbitrio conductoris
prioris, cui res ad tempus locata est, ut, si ipse quod alter adiecit obtulerit, maneat penes eum
8 temporalis illa conductio. Si uero idem hanc ipsam rem aliquando meruerit iure perpetuo* 4
*possidere, habebit et ipse superius expressam perpetuam firmitatem.* a. 428? 429?

## XXV DE PALATIIS ET DOMIBVS DOMINICIS

1 [1]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. IOHANNI COMITI RERVM PRIVATARVM. *Consecratas nobis aedes, id est inclita palatia, ab omni priuatorum usu et communi habitatione excipimus.* a. 425. 426

## XXVI DE CVPRESSIS EX LVCO DAPHNENSI VEL PERSEIS PER AEGYPTVM NON EXCIDENDIS VEL VENDENDIS

1 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. SILVANO COMITI RERVM PRIVATARVM. *Si quis Daphnensis luci in Syria uel Persei in Aegypto arborem comparauerit, quinque libris auri nouerit se esse multandum: non minore dispendio et illo feriendo, qui uendere arbores ausus fuerit, quas non licet emptoribus comparare.* a. 395. 396

2 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. EVDOXIO COMITI SACRARVM LARGITIONVM.
*Omnes iudices cuiuscumque dignitatis sciant posthac absque permissu magnitudinis tuae ar-
borem ex Daphnensi luco Antiochenae ciuitatis praecidendi uel quolibet modo lapsas trans-
1 ferendi licentiam sibimet denegandam. Sed nec alytarcha unam cupressum aliis plantatis
excidere sibi licere contendat. Ac ne solacio antiquitus ei concesso[2]) priuari per omnia ui-
deatur, pro eo, quod ei cupressum excidere denegatur, unam auri libram eum de priuatis
nostris largitionibus accipere decernimus: quinque librarum auri condemnatione huius legis
temeratore plectendo.* a. 427—429

## XXVII (*Br.* XII *Mo.* XX) DE LONGA CONSVETVDINE[3])

1 [4]) IMP. CONSTANTINVS A. AD PROCVLVM. *Consuetudinis ususque longaeui non uilis auctoritas est, uerum non usque adeo sui ualitura momento, ut aut rationem uincat aut legem.* DAT. VIII K. MAI. CONSTANTINO A. ET LICINIO C. CONSS. a. 319

2 (1) *IDEM* A. AD MAXIMVM. Venientium est temporum in disciplina stare ueteribus institutis. Ideoque cum nihil per causam publicam interuenit, quae diu seruata sunt, permanebunt. DAT. IIII K. MART. CONSTANTINOPOLI IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.[5]) a. 363

INTERPRETATIO. Longa consuetudo, quae utilitatibus publicis non inpedit, pro lege seruabitur.

*titulos* 25. 26 *supplet Iust.* 11, 77, 78: *ad* 27 *r.* 2 *Br.* (*NMGE*): 27, 1 *supplet Iust.* 8, 52, 2

[1]) *iunge* 5, 21, 35 [2]) 10, 1, 12 [3]) quae sit longa consuetudo *Iust.* 8, 52 [4]) *fortasse iungendae sunt* 1, 12, 2. 4, 16, 1 (VII k. Ian.) [5]) *subscriptio ad deperditam Iuliani constitutionem pertinet: Iulianus hoc tempore Constantinopoli non fuit*

1 donatione] *dett.*, donacionem *Iust.* (*KOI*) 14 persei] *Iust.* (*Cui.*), persida *Iust.* (*Kᵃ*), perseis *Iust.* (*Kᵇ O*), persidis *Iust.* (*I*) 28 VIII] *Iust.* (*A*), VII *Iust.* (*Hal.*) 29 idem] *scripsi*, imp. constantinus (constant. *M*) *Br.*: *Maximus ppo. occurrit annis* 325. 327. 328. 332. 333. 337 disciplinam *G* 30 cum] quod *N* nihil] nichil colonus *G* publicam *E* 31 III *E* iulio *G* a. *om. M* psallustio *M*

## LIBER SEXTVS

## [*I DE DIGNITATIBVS*]

1 IMP. CONSTANTINVS A. VOLVSIANO PPO.[1]) *Neque famosis et notatis et quos scelus aut turpitudo inquinat et quos infamia ab honestorum coetu segregat, dignitatis portae patebunt.* a. 313—315

2 IMP. CONSTANTIVS A. AD ORFITVM. *Ne quis ex ultimis negotiatoribus uel monetariis abiectisque officiis uel deformis ministerii stationariis omnique officiorum faece diuersisque pastis turpibus lucris aliqua frui dignitate pertemptet. Sed et si quis meruerit, repellatur: repulsos autem etiam propriis reddi consortiis oportebit.* a. 357—360

3 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM PV. *Libertorum filios adipisci clarissimam dignitatem non prohibemus.* a. 364? 365?

4 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. BASSO PP. *Praecipimus, ut senatori in qualibet prouincia constituto nullam habeant iudices iniungendi aliquid forte publici muneris potestatem.*

5 IDEM AA. AD NEVTHIVM[2]) PV. *Clarissimis uel spectabilibus uniuersis ad genitale solum uel quolibet alio et sine commeatu proficiscendi et ubi uoluerint commorandi habitandiue permittimus facultatem.*

---

*Titulum* 1 *ex Iust.* 12, 1 *r.* 2. 6. 9. 14. 15 *suppleui: dubitaui addere Iust.* 12, 3, 1 (IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM VRBIS .... Antiquitus statutum est consularibus uiris ceteros quidem honoratos ipsius trabeae summitate, pares uero infulis consideratione tantum temporis anteire. Quis enim in uno eodemque genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruit dignitatem, cum posterior, et si eiusdem honoris praetendat auspicia, cedere tamen illius temporis consuli debeat, quo ipse non fuerit. Hoc obseruando et si iterata uice fastigia consulatus aliquis adscenderit: repeti enim fasces uirtutes saepe meriti comprobant, non augent, quia nihil est altius dignitate (dignitatem *Mommsen*). Quod si quis prior consul posteriori consuli eidemque patricio posthabitus patriciatum postea consequatur, uinci eum oportet qui prior meruit patriciatum, postquam iste honore patriciae dignitatis decoratus est), *quia non constat eam ante a.* 438 *emissam esse.*

[1]) pu. *Gothofredus* [2]) Aetium (pu. *a.* 418. 419)?

---

3 *initio huius libri integrum titulum et secundi tituli partem priorem periisse docent numeri in R rubricis inde a titulo quarto adscripti. primo titulo rubricam* de senatoria dignitate *Clossius restituit duce indice libri A, qui unico huius libro titulo Breuiarii (nobis quinto) hanc rubricam praemittit: probabilius ea secundo titulo restituenda est* 6 deformis ministerii] *Iust.* (*O*), deformibus ministris *Iust.* (*K*), deformis ministeriis *Iust.* (*I*), deformibus ministeriis *Iust.* (*X*) 13 ad neuthium pu.] *Iust.* (*I*), deuēcium pp. *Iust.* (*O*), aeuncium pp. *Iust.* (Londin.), ad eustatium pu. (*alias* cuspium) *Iust.* (*Russardus*)



## [*II*] *DE SENATORIA DIGNITATE*

1a IMP. CONSTANTINVS A. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

1 IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. PHILIPPO. *Senatorum substantias, quas in diuersis locis et prouinciis possident, et homines eorum tam a temonariis oneribus conferendis quam a ceteris praestationibus, quas iudices describunt, nec non etiam ab omnibus sordidis extraordinariisque et uilioribus muneribus liberos esse praecipimus nullaque sorte constringi functionis indignae.* a. 346—349

2 IMP. CONSTANTIVS A. AD CLEARCHVM PV.[1]). *Nemo praefectus citra praeceptionem uel scientiam nostram ulli muneri subiuget senatorem: nemo curiam nostram immani pulset in-*
1 *iuria. Si quid enim senatoria praeditis dignitate fuerit forte mandandum, nostro est iudicio reseruandum: sit namque dignitas, si* [2]) *nobis iubentibus sustinetur.*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

12 (7) [3]) [IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD PROCOPIVM] . . . . . . || legata re****re caelesti sente************** | glebal[i]s necessitas auferatur. [Quod non solum cir]|ca uir[o]s dinoscitur constitutum u[erum etiam circa] | filias simili [co]ndicione seruand[um. DAT. XVIII KAL.] *** | HIERAPOLI GRATIANO A. IIII ET MER[*CBAVDE CONSS.*] a. 377

13 (8) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS [AAA. AD HYPATIVM . . . [4])] | Si quis senatorium consecutus [nostra largitate fas]|tigium uel generis felicitate so[rtitus possessionis] | alicuius professionem senatu[i crediderit occulendam], | praedium fisco nouerit uindi[candum,
1 quodcum]|que subtractum publicis iure con[pendiis erit. ****** | Quique consularitatis insignia fue[rit adsecutus, digni]|tat*is* obeundae atque exercendae a[dministrationis] | huius copiam non habeat, nisi prop[ria adnotatione] | digesserit *se* senatorium nomen ag[noscere et larem] | habitationemque uel sedes certas in [prouincia atque oppido] | conlocasse nihilque amplius quam [certum professio]|nis modum uarias intra prou[incias possidere. Cuius] | indicio palatinis scriniis qua[esito quam primum om]|nis instructio facile declare[t, quibus quan-
2 tisue nomini]|bus quoue in modo perennis a[erarii emolumenta sub]|creuerint. Duorum uero fo[llium maneat cunctos] | indiscreta professio, eti[amsi possessionem forte] | non habeant, quos dign[itas consularis uel clarior] | atque sublimior potes[tas ulla prouexerit, nemine] | ad insignia potest[atis admittendo, nisi professio]nem [5]) uinxerit, et [his tantum a necessitate huiusmodi] | segregandis, q[uos palatinae honore militiae et stipen]|diis adproba[tos debita potius quam postulata sena]|torii ordini[s societas aduocauerit. DAT. IIII ID. IAN. || [MERO]BAVDE II ET SATVRNIN[O CONSS.] a. 383

---

2 *r. tradit A, cf. Iust.* 12, 2: *c.* 1. 2 *restitui ex Iust.* 12, 1, 4. 5: *R* (*fol.* 2 *incipit u.* 14: *fines paginarum codicis R lineolis duabus* ||, *fines uersuum una lineola indicantur*: (*quae in uersibus extremis codicis R hodie desunt uncinis supra circumsaepta, Cuiacius maiore ex parte in ipso libro R uidetur deprehendisse; quid ingenio suppleuerit, incertum est*)

[1]) *Clearchus pu. Constantinopoli fuit sub Valente circa annos* 370—373, *sub Theodosio annis* 382—384: Cerealis *Seeck, qui iungit* 9, 38, 2 [2]) sic namque dignitas? [3]) *Iust.* 12, 1, 11 *pr.* (Senator uel alius clarissimus priuatos habeat filios, editos quippe, antequam susciperet dignitatem: quod non solum circa masculos dignoscitur constitutum . . . seruandum) *hiatus u.* 14—17 *explet* [4]) ppo. *suppl.* [5]) nisi se professione *Gothofredus*

---

1 de sen. dignitate] *A index, cf. Appendix I*: de senatoribus et de glebali uel follium septemue solidorum collatione et de auro oblatitio *Gothofredus partim ex Iust.* 12, 2 (de praetoribus et honore praeturae et gleba et folle et s. s. collatione) *partim ex coniectura restituit* 14 dinoscitur] *i*oscitur *R*a simli *R*a 15 seruandum dat. XVIII (XV *Cui. in Iust.*) kal.] *Cuiacius ex R*: *hodie non extant nisi* seruand, *Gothofredus habuit* seruandu merobaude conss.] *R Cuiacii*, mero *R Gothofredi*, mer *R hodie* 17 hipatium *R* (*Cuiacius*) 20 conpendiis erit quique *Cuiacius*: *hiatus in R litteris* pendiis erit *non expletur, desiderantur adhuc fere 7 litterae* 21 [digni]tates *R* 22 se] *Gothofredus, om. R* 28 nemine] *Gothofredus*, neminem *R* (*Cui.*) 29 uincxerit *R*

14 (9) [IDEM AAA. CLEARCH]O PV. Omnes, qui ex Mac[e]doniae rar|[*** amplissim]o Constantinopolitanae urbis ordi|[*ni adiec*]ti sunt, a]d Thracum similitu[di]nem senatorum | [glebali iubem]us praestatione reddi immunes. DAT. | [****** SEPT.[1]) CONS]TANTINOPOLI RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 384

15 (10) [IMPPP. VALENTINIANVS TH]EODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD AVRELIANVM | [PV. Quod ad eoru]m querimonias, qui se glebalia non | [posse ferre onera] testabuntur, amplissimorum | [uirorum consilio d]efinitum est, *s*cilicet ut septenos | [quotannis solid]os pro sua portione conferret, qu*i* | [praebitiones i]mplere follium non ualeret, eatenus | [*lege* confirma]*m*us, ut omnes, quibus est census angus|[tia, contempl]atis patrimoni*i* sui uiribus, liberam [habeant optio]nem, quatenus, si conlatio ista non dis|[plicet, a consortio] amplissimi ordinis non retendant; | [sin uero grau]e, id est damnosum uidetur, dignitatem | [senatoriam non r]equirant. DAT. PRID. KAL. SEPT. CONS[TANTINOPOLI THEODOSIO] AVGVST. III ET ABVNDANTIO VR. CL. CONSS. a. 393

16 (11) [IMPP. ARCADIVS ET HONORIV]S AA. FLORENTIO PV. Omnes senatores, | [qui in sacratiss]ima urbe consistunt, licet ha[beant per longinquas] prouincias atque diuersas poss[essiones, aurum obl]aticium in urbe persoluant, | [quod a procuratoribus] e[t a]ctoribus suis ad urbem redi|[tus perferuntur. Sane his s]enatoribus, qui in prouin|[ciis larem fouent, per proui]n|[cias censuales, qui ple|[nam habent notitiam, immine]ant, quo cognoscant | [sine dilatione aurum profutur]um aerario nostro | [quantocius inferendum. DAT. XVIII] KAL. OCT. OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

17 (12) || [2]) IDEM AA. AD [S]ENATVM ET P[OPV]LVM. POST ALIA: [Censuale*s*], | quibus onerosa glebae adfirmatur e[xactio, *ab hoc*] | quidem negotio summouemus, sed qu[ia eis ple*nam*] | scimus harum rerum esse notitiam, et disq[uisitio]|nis curam et rationem manifestae instru|[ctionis | eis imponimus. DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESAR[IO] | ET ATTICO CONSVLIBVS. a. 397

18 (13) [3]) IDEM AA. AD SENATVM ET POPVLVM. POST ALIA: S[i sena]tor patrimonium proprium in quemcumque qua]|libet ratione transtulerit, inminutio ********|signationis tempore probata non ua[let, nisi cau]sa prius erit actis prouincialibus adp[robata.] DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

19 (14) IDEM AA. CAESARIO PPO. Qui in [sacro mansuetudinis nostrae] palatio militarint, si c[oetui senatus consortioque] fuerint sociati, iuxta latam [dudum legem glebalem tan]|tum sustinea*n*t functionem, [ad praeturae uero functio]|nem atque onera non uocen|tur. DAT. III KAL. MAI. CONSTANTI]NOPOLI CAESARIO ET ATTICO CO[NSS.] a. 397

20 (15) IDEM AA. FLORENTINO PV. Dudum p[raecipimus[4]), ut aurum obla]|ticium senatores, [qui in sacratissima urbe degunt, in] | urbe conplere[nt; ii uero, qui in prouinciis larem foue|rent,

*R* (*quae inter uncinos rectis litteris impressa sunt, Cuiacium in R hodie mutilo legisse res ipsa docet, partim etiam confirmant ea uestigia, quae ex folio* 3v *extremo olim in sequens folium* 4r *transfusa hodie extant: cf. Zeitschrift der Savigny-Stiftung* 26, 321)

[1]) Febr. *Seeck* [2]) *iunge c.* 18. 6, 4, 31. 12, 6, 24. 13, 5, 27. 13, 9, 5. 14, 15, 3. 3, 1 A, 3 [3]) *cf. not.* 3 [4]) *c.* 16

1 mach*doniae *R* rar[****** amplissim]o *R*, partibus ampl. *Gothofredus* 2 ordini adlecti sunt] *Mommsen*, ordine nati sunt *Cui.* (ne na *uidetur coniectura suppleuisse*) trachum *R* gleuali *R* (*Cui.*) 3 ricomere *R* 5 aurilianum *R* 6 gleualia *R* 7 csilicet *R* 8 qui] *Pithoeus*, quid *R* confirmamus, *quod legit Cuiacius, hiatum non explet, supplementum Mommseni* hac lege confirmamus *spatium excedit* 9 patrimoniis *R* uiribus es lib. *R*a (*cf.* 9 quibus est) 11 est] *R*, et *Gothofredus* 15 obloticium *Cui.* 1566 18 profuturum] *Cui.*, proiectitium *uidetur legisse Pithoeus* 20 *constitutioni numerum* XGI *praemittit R* (*uel R*²) censuales] censualibus *Cui.*, *qui u.* 21 *dedit* negotiosum mouemus 21 ab hoc] *scripsi*, onus *Cui.* plenam] plurimam *Cui.* 25 si senator] *Gothofredus*, senator *Cui.* 26 quemcumque qualibet *Cui. ante* signationis *octo ad decem litterae uidentur periisse*: imminutio [eius de]signationis *Gothofredus*, inminutio [licet con]signationis *Mommsen* 27 ua[let nisi cau]sa *** adpro[bata] *Mommsen probabiliter*, ualeat sed causa . . . adprobanda *Cui.* 30 sustineat *R* 34 hii *Cui.*



per cen[sualium officia in prouinciis soluerent]. | Sed quoniam [cognouimus praedictum officium non] | posse exsec[utioni sufficere, ad praedictum negotium] | auxilia cong[rua ab ordinariis iudicibus uolumus adminis]|trari. DAT. VII KAL. IVN. MED(IOLANO) CAES(ARIO) ET ATTICO CONSS. a. 397

21 (16) IDEM AA. FELI[CI PV. Glebam possessionum, non personarum] | esse perspicimus, ac propterea necesse est, ut [illis immineat exactio, qu]i ex re eadem red[itus] consecuntur: nam cum | [censi]bus deferatur, non potest auri pro[fes]sio perire | domin************o. Hac itaque sanctione decernimus, ut Hispa[niae in praes]ens tantum tempus beneficiis indultis uta|[ntur s]eruaturi posthac in soluendis functionibus prouinc[ia]rum consuetudinem ceterarum. DAT. IIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) | [HO]NORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

22 (17) [IDEM AA. *PA*]TROINO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). A conlatione glebalis auri uel ****n | ****ii tituli ne domum quidem nostram inmu[nem | ****] esse praecepimus. PP. IIII KAL. MART. MED(IOLANO) VINCEN|[TIO ET FRA]VITO VV. CC. CONSS. a. 401

23 (18) [IMPP. HONO]RIVS ET THEODOSIVS AA. AD MONAXIVM PV.[1]). Si quis | [******[2]) nostri]s tota impleta militia ad proximatum | [et comitiuam] dispositionum uel magisterium ad|[missionum peruenerit n]ulla penitus functione uel | [glebatione senatoria tum | primum ob dignitatem ui|[cariam fatigetur sitque im]munis a *s*eptem quoque solido[rum praestatione, qua]e tenuissimos senatorum adso|[let obligare. DAT. VI ID.] MAI. CONSTANTINOPOLI CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS. a. 414

24 (19) [3]) [IDEM AA. SEBASTIO COM.[4]). Si quis] desertam possessionem sub | [peraequationis sorte per]ceperit, eum a praestatione glebae | [senatoriae, etiamsi antiquitus ho]c onus fundum ma-ne|[bat, alienum esse praecepimus. Illa u]ero praedia[5]), quae | [naualem sustinent functionem et in de]sertis huc usque iac|[uerunt, meliore condicione in om]nibus titulis conue|[nit re]leu[ari[5]), ut grauis sors pro ea, q]ua resederit, por|[tiunc]ula naua[lis esse non possit[5]), cu]m aliis fuerit dis|[pe]n[d]iis liberata. DAT. [PRID. ID. MAI. RAVENNAE HO]NORIO A. XI | ET CONSTANTIO II [CONSS.] a. 417

25 (20) [6]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. [AD SENATVM VRBIS] ROM(AE). || POST ALIA: Oblationem nobis amplissimi ordini[*s promp*]ta liber*a*litate promissam partim remittimus uobis, [*partim*] patriae communi urbique largimur. DAT. VI KAL. MAI. ***[7]) RECITATA IN SENATV PER THEODOSIVM PRIMICERIVM N[*OTARIO*]RVM DD. NON. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

26 (21) [8]) IDEM AA. PROCVLO PV. POST ALIA: Praeter eos, qui notarioru[*m nos*]trorum scholae praeclaro sunt sacrati collegio u|[****]rum praerogatiua nostrorum aut etiam sa[*cri con*]sistorii decurionum militia muniuntur, [*uel*] qui e schola agentum i*n* rebus expletis stipe[*ndiis ad*] principatum ducenae peruenerunt, tog[*ati quoque*] praetorianae atque etiam urbi-

*R* (*uncinis quadratis inclusa hodie desiderantur: folii partem inferiorem integram habuit Cuiacius: hodie in fol. proximo elementa u.* 24 leu *et* ula naua, 25 en*iis liberata dat. *itemque* et Con| 26 stantio II, 27 impp. . . . AA. *apparent*)

[1]) *fuit* ppo. [2]) ex scriniis *Pithoeus* [3]) *Iust.* 11, 59, 15: *iunge* 13, 6, 9. 13, 11, 15—18 [4]) primi ordinis *addunt iungendae* [5]) Si quis deserta praedia, quae naualem — desertis nunc usque remanent subperaequationis iure perceperit: meliore — conuenit ea releuari, ut g. sors uaualis esse n. possit, pro ea quae resederit portiuncula *Iust.*
[6]) *Gothofredus iungit* 10, 10, 33 (dat. VI k. Ian. Rom.) 10, 26, 2 (dat. III non. Ian. Rom.) [7]) Rom.? *cf. not.* 6 [8]) *iunge* 6, 27, 22. 6, 35, 15?

7 deferatur] *R*, deferuntur *Cui.*, deferantur *Gothofredus* ************o] domino *Cui.*, aerario *Seeck*: *suppl.* aerario nostro? 9 consuedinem *R*a? 11 [pa]troino (*sic Mommsen*)] pa *om. R*? gleualis *R* 12 ii] *sic uel* ti *R* 15 *ante* dispositionum *desiderantur XV uel XVI litterae* 16 paenitus *R* 17 reptem? (*non* septem) *R* 21 prestatione *R* etiamsi] *sic Cui.*: *spatio magis conuenit* licet 23 et] *Iust.*, *om. R* (*Cui.*)? tacuerunt *R* (*Cui.*) 24 qua] *R*, quae *Iust.* 28 libelitate *R* 29 mai] *R* m. *Cui.* 33 u——] uel labarum *Stein Zeitschr. der Savigny-Stift.* 41, 208, uel silentiariorum *Cuiacius* 34 decorionum *R* uel] *Cui.*, item *Mommsen* scola *R* in rebus] iuribus *R* 35 togati quoque] *Mommsen*, to*g (*uel* c) — *R*, togati *Cuiacius*, togati simul *Stein*

cariae praefec[*turae ce*]terique omnes, qui delatis sibi senatoriis dignitat[*ibus fruuntur*], pro suis uiribus glebales tantum functiones agno[*scant: pala*]tinis sacrarum et priuatarum largitionum, quonia[*m renun*]tiandum senatoriae dignitati adita nostra clem[*entia cre*]diderunt, senatoriis functionibus eximendis et, qu[*amuis a se*]natorum consortio segregentur, in omni secu[*ritate man*]suris, nec non etiam filiis eorum atque nepotibus, [*secundum*] diui Constantini atque Constantii constitutiones [1]): [*ita ut*] omne beneficium omnisque adnotatio specialis super immunitate contra huius sanctionis formam a quocumque officio persona schola uel professione elicita nullam habeat firmitatem, sed allegata quoque et ab amplissimo, si ita contigerit, suscepta ordine denuo, cum libuerit, retractetur: totius temporis, quod interea fluxerit, ab eo, qui hoc inpetrare studuerit, describtionibus extorquendis, etsi hoc idem praeiudicium adnotationis tenore elicitae remittatur. DAT. PRID. KAL. FEB. CONSTANTINOPOLI FELICE ET TAVRO CONSS. a. 428

## III DE PRAEDIIS SENATORVM

1 [2]) [IMPP]P. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. AVRELIANO PV. Si quid syri[*ar*]chiae a senatoriis possessionibus annua conlatione con[*fe*]rtur, iubemus aboleri. DAT. III KAL. MART. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO [*A. II*]I ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

2 [3]) [IMPP. A]RCADIVS ET HONORIVS AA. CAESARIO PPO. Senatoriae func[*tion*]is curiaeque sit nulla coniunctio; et ne laeden[*di cu*]rialibus praebeatur occasio, per apparitores [*rect*]orum prouinciae de senatorum fundis fis[*calia*] postulentur, habeatque hanc disponendi cu[*ram, c*]ui defendendi senatus sollicitudo mandata [*erit. S*]i curia sibi censitorem uel peraequatorem uo[*luerit*] postulare, sibi postulet, non senatui. DAT. PRID. ID. [AVG.] CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

3 [3]) [IDEM AA. A]FRICANO PV. A curialibus terris senatoria gleba discre[ta sit] nec ulla fiat in possidendo clarissimarum domorum [*curial*]iumque coniunctio nec ullo exactionis genere uinc[*iantu*]r; idque curent ii, qui per ciuitates defensorum se[*nat*]us officium susceperint: quo-
1 rum periculo teneatur, si quid dispositum fuerit in dispendium senatorum. Sin uero curiales censitorem uel peraequatorem suis terris uoluerint postulare, ab eorum petitione sit senatus alienus. DAT. PRID. ID. AVG. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

4 [4]) IDEM AA. EVTYCHIANO PPO. Docuit tua sublimitas exactionem tributorum senatus non posse concurrere [5]), adeo ut in nonnullis prouinciis senatorii canonis medietas in debitis resederit: atque ideo ceteris in prioris legis [6]) serie permanentibus id solum corrigi atque emendari iubemus, || ut senatorii fundi non per officia, sed per curiales potius exigantur ad eosque iterum sollicitudo re[*currat*]. DAT. PRIDIE NON. SEPT. ANCYRA CAESARIO ET ATTICO [*CONSS.*] a. 397

## IIII DE PRAETORIBVS ET QVAESTORIBVS [7])

1 IMP. CONSTANTINVS A. AELIANO [8]) PV. Religiosis uocibus s[*ena*]tus amplissimi persuasi decernimus, ut quaesto[*res*] ea praerogatiua utantur, qua consules et praetor[*es*], ita ut, si quis

*R* (*uncinis quadratis inclusa pleraque Cuiacius suppleuit*)

[1]) *perierunt huius tituli initio* [2]) *iunge* 1, 1, 3 *et quae ibi laudantur* [3]) *c.* 2 *et* 3 *et die et argumento inter se consentiunt* [4]) *eiusdem diei est* 9, 14, 3 [5]) *expectes* exigi per apparitores prouinciae rectorum [6]) *c.* 2. 3 [7]) *cf. Iust.* 1, 39. 12, 2 [8]) Iuliano *Gothofredus*

2 gleualis *R* 4 a *om. Cui.* 5 [man]sueris *R* 6 omnesque *R* speciales *R*[a] sup er *R* (*sic propter uitium membranae*) 9 quod] qui *R* 11 elicite *R* 14 auriliano *R* 19 fiscalia] *Vesme,* fis**** *uel* fis***** *R,* fisci *Cui.* 20 erit si] *Mommsen,* ******i *R,* est si *Cui.* 25 hii *R* susceperent *R*[a] 26 si quid] *sic uel* si*quid *R* 30 nonullis *R*[a] resederit] *Gothofredus,* resederet *R* 32 exantur *R*[a] 34 paetoribus *R* 35 *et* 36 *litterae* ena *in* senatus *et* res *in* quaestores *abscissae teste Vesmio adhaerent folio sequenti codicis R*



intra annum sextum decimum nomin[*a*]tus fuerit absens, cum editio muneris celebratur, condemnationis frumentariae nexibus minime teneatur, quoniam memoratae aetati placet hoc priuilegium suffragari. DAT. VII ID. MART. SIRMI CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTIO CAES. [1]) CONSS. a. 320

2 IDEM A. IVLIANO PV. Minores uiginti annis aetatis contemplatione infirmae hoc etiam remedio subleuamus, ut eius necessitudinis titulo minime teneantur, cuius laqueis uinciantur ii, qui post uicensimum aetatis || [*su*]ae annum trans mare positi et in prouinciis commo[*ra*]ntes nequaquam ludis circensibus ac scaenicis exhi[*be*]ndis sui copiam faciunt et ideo certo generi multa[*tio*]nis obiecti sunt. DAT. PRID. NON. MART. ACC. ROMAE CONS[TA]NTIO ET MAXIMO 9 CONSS. a. 327

3 [IMP.] CONSTANTIVS [2]) A. AD MECILIVM HILARIANVM PPO. [3]) POST ALIA: [*Pr*]aetores et quibus imminet iudicandi necessitas modo ***is adscribta, ne paruo quidem tempore copiam sor[*tia*]ntur abeundi ex urbe: qui aliter fecerit, multae obno[*xius*] sit, quae iam pridem diuo principi placuit, et perscrib[*tam*] omnem summam mox inferre cogatur. DAT. VIII [*KAL. A*]PRIL. 14 CONSTANTIO II ET CONSTANTE AA. CONSS. a. 339

4 [*IDEM A.* [4]) *AD*] MECILIVM HILARIANVM PPO. [3]) Omnes clarissimi, qui [*per di*]oecesim sublimitatis tuae degunt, nostri auctori[*tat*]e praecepti ad urbem Romam uenire cum inpensis, [*qua*]s ludi scaenicorum uel circensium uel muneris ra[*t*]io poscit, cogantur. ET CETERA. DAT. IIII. KAL. IVL. CONSTANTIO [I]I ET CONSTANTE CONSS. a. 339

5 [5]) [*IDEM A.*] AD SENATVM. Primae praeturae, quae Flauiali nuncupatione signatur, uiginti et quinque milium follium et quinquaginta librarum argenti erogationem sumptusque praescribsimus; in secunda uero Constantiniana uiginti milia follium et quadraginta libras argenti largiendas esse censemus; tertia triumphalis quindecim milia follium ac triginta argenti libras sine incommodo editoris expendat. DAT. V ID. SEPT. ANTIOCHIAE POST CONS. CONSTANTI II 24 ET CONSTANTIS. a. 340

6 [5]) IDEM A. AD SENATVM. Pro eo, quem absentem tempus editionis inuenerit, erogationem debitam fiscus expendat, post ad[*uen*]tum cuncta quae praerogata fuerint || soluturo. DAT. V ID. SEPT. ANTIOCHIAE POST CONS. D. *N.* [*CONS*]TANTI II ET CONSTANTIS. a. 340

7 IDEM A. AD ORFITVM PV. Litteris ad Hilarianum ppo. desti[*na*]tis praecepimus [6]) senatores ad urbem Romam ueni[*re*] conpelli, ut muneribus iniunctis operam possint pra[*esta*]re sollemnem et professionem edere conpella[*ntur*], eos autem editores, qui tempore praestituto praes[*entes*] esse neclexerint, iuxta leges uenerabiles diui *Constantini* qu[*in*]quagena milia modiorum tritici urbis Romae ho[*rre*]is inferre conpelli. DAT. PRID. ID. MART. CONSTANT[*IO A.*] VI ET CONSTANTIO CAES. II CONSS. [7]) a. 353

8 [8]) IDEM A. AD SENATVM. Hac lege sancimus arbitrio ues[*tro no*]minationes solitas fieri, usurpatione iudicum [*cessan*]te. DAT. III ID. APRIL. MED(IOLANO). LECTA AB ARAXIO PROCONSV[*LE*] DIE VI [9]) ID. MAI. CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. I C[*ONSS.*] a. 356

*R* (*hiatus plerosque expleuit Cuiacius, uide ad p.* 192)

[1]) Constantino A. VII et Constantio C. IIII (*a.* 329) *Gothofredus* [2]) *re uera Constans* [3]) *fuit* pu. [4]) *immo* Constans [5]) *iunge c.* 5 *et* 6 [6]) *c.* 4 *h. t.* (*pro* ppo. *requiritur* pu.) [7]) Constantio A. VII et Constantio C. III conss. (= a. 354) *Gothofredus propter praefecturam Orfiti* [8]) *iunge c.* 8. 9. 10 [9]) VII *cum c.* 9. 10 *scr.*

1 cum] um *R* 5 minoris *R* 7 hii *R* 8 sciaenicis *R*[a] faciunt] *R,* faciant *manus recens* generi] *Beck,* genere *R* 12 modo *** (r *uel* a, *non* t) is *R,* modo quantitatis *Cui.* 1566, modo ****is *Pithoeus,* modo . . . . . . tis *Cui.* 1586, modo [sor]tis *Gothofredus,* modo [ru]ris *Mommsen* parua *R*[a] 13 qui aliter] *Gothofredus,* qualiter *R* 14 VIII ****pril. *R* 18 quas] *Vesme,* *** (a *uel* r) s *R,* suis ubi *Cuiacius* cercensium *R* 24 inconmodo *R* conss. *R* 28 conss. *R* d. n.] *Cuiacius,* diui *R* 31 conpellantur] *Haenel,* conpella— | *R,* conpelli *Cuiacius* prestituto *R* 32 constantini] *Cuiacius,* parentis nostri *Seeck, om. R* 33 constantino a. *Cuiacius* 35 saenatum *R*[a] 36 ab araxio] *Sievers,* abraxio *R* 37 VI] V *R*[a]

9 [1]) IDEM A. AD SENATVM. Placet, ne minus quinquaginta c[*laris*]simi ueniant in senatum: certum est namque hoc [*nu*]mero large abundare substantiam uirtutis omnim[*o*]dae. DAT. III ID. APRIL. MED(IOLANO). LECTA AB ARAXIO PROCONSVLE DIE VII ID. MAII. CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. I CONSS. a. 356

10 [1]) IDEM A. AD SENATVM. Die natali meo Constanti A.[2]) id.[3]) August. ac deinceps designationibus curiam operam dare sancimus. Quod si forsitan dies unus alterue non sufficit,
1 tot haec utilitas occupet, quo*t* esse monstrauerit necessarios negotii magnitudo. Et quicumque forsitan impetrauerit pretio functorum coetibus adgregari, indulta ei cesse*nt*: allectionis quaerendus est honor: secernimus enim ab his, patres conscribti, quibus meriti suffragatio conciliat nostra beneficia et quicumque cessante s||[*uf*]fragio inlustribus meritis praetorii uel
2 aliam meruerit [*dig*]nitatem, praesidio muneris nostri perpetuo perfru[*at*]ur. Nemo sane in filium transferat uel nepotem a[li]umu*e* quemlibet, quod personae eius incumbit, sed [*ho*]norem suum capiat, designatus expleat munus in[*po*]situm. DAT.[4]) VII ID. MAI. CONSTANTIO AVG. VIII ET IVLIANO CAES. I CONSS. a. 356

11 [*IDEM A. A*]D SENATVM. Si quos in urbe Roma perfunctos esse cla[*r*]uerit magistratibus, ad null*a* editionum genera deuoc[*e*]ntur. Vrbis autem Romae curiam callide declinantes [*cla*]rissim*o* praeditos nomine per Achaiam Macedoni[*am to*]tumque Illyricum iussimus quaeri, raro uel num[*quam*] sedem dignitatis propriae frequentantes; quibus lo[*coru*]m grata confinia possint esse iucunda, ut carens mo***** longinquae peregrinationis debeat dignitas concu[*pis*]ci. LECTA PRID. ID. AVG. CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO C. II CONSS. a. 357

12 [5]) [IDEM A. AD] SENATVM. Praetores designentur senatus consulto legitime celebrato, ita ut adsint decem e procerum numero, qui ordinarii consules fuerint quique praefecturae gesserint dignitatem, proconsulari etiam honore sublimes, Themistius quoque philosophus, cuius auget scientia dignitatem; etiam his praesentibus, qui praeturae insignia honoremque ante susceperint, latis per ordinem sententiis designentur, ita ut, si qui forte medio tempore humana sorte decesserint, ali*i* in eorum locum, qui eandem dignitatem (ut uta*m*ur ueterum uerbis) subsortiti fuerant, subroge*n*tur: scilicet ut, qui sequenti post eum anno eandem susceptur*us* praeturam fuerat, in demortui locum senatus consulto et sententiis substitutus praeturae insignia dignitatemque suscipiat. DAT. V NON. MAI. GYFYRAE TAVRO ET FLORENTIO CONSS. a. 361

13 || [5]) IDEM A. AD SENATVM. Ex quinque praetoribus, qui sollem[*niter*] designati editionem celebrare consuerunt, tr[*es nu*]mero editionis necessitati et populi uoluptatibus [*operam*] dent, duo uero argentum inferant eiusdem urbis [*fabri*]cis prouida ratione profuturum. Namque Consta[*ntini*]ana, quae prior *est*, ita deputari fabricis debet, ut [*mille*] libras argenti praetor expendat; Flauial*is* uero, [*quae*] tertia est, quingentas operibus eiusdem urbis exh[*ibeat*].
1 Quod si qui ex his, qui praetores fuerint designa[*ti, ad e*]ditionem subeundam uenire non potuerint u[*el ae*]tate uel aegritudine retardati, cum pondere, [*quod a*] nobis moderantibus

*R* (*uncinis* [ ] *inclusa perierunt: hiatus plerosque expleuit Cuiacius*)

[1]) *iunge c.* 8. 9. 10 [2]) Constanti A. *delet Cuiacius* [3]) VII id. *scr.* (*Mommsen, cf. C. I. L. I² p.* 302) [4]) dat. III id. April. Med. lecta a Braxio proconsule die *suppl. Gothofredus* [5]) *iunge* 1, 6, 1 *et quae ibi laudantur*

2 omnimodae] *Vesme,* omnim* (*uel* **) | dae *R,* honorandae *Cuiacius errore,* f— | dae *Gothofredus* 3 ab araxio] *Sievers,* abraxio *R* a. *om. R* 7 quod *R* 8 cessent] *Gothofredus,* cesset *R* 9 meritis *Rª* 10 cessantes || *** (*sic potius quam***) fragio (cessantes suffragio?) *R* 11 perfruatur] *Vesme,* perfr**tur *R,* perfruantur *Cuiacius* 12 aliumue] *Cuiacius,* a**umut *R* 16 nullam *R* clarissima *R* 17 machedoni[am] *R* 19 iudunda *R* mo*****] moris *Cuiacius,* molestia *Vesme,* mora *Mommsen: spatium post* mo *Cuiacii et Mommseni supplementa non explent, Vesmii supplementum excedit* 26 ali *R* utamur] *Gothofredus,* utantur *R* 27 subrogetur *R* 29 V *om. Rª* 32 operam] *Cuiacius,* **** *uel* ***** *R* 34 prior est] *Cuiacius,* priores *R* debet ut] debetur *R¹* (*uel* debet ut *R¹,* debetur *R²*): *emend. manus antiqua*) mille] *Gothofredus,* c[—]ur *R* 35 flauiales *R* 37 quod] quod a *Cuiacius*: sicut *Mommsen contra R, ubi uersus mutilus desinit in* ɩ (q? o?), *non in* s



conditum est, ad officiu[m prae]fecti urbi procuratorem debebunt ilico dest[*inare*], scilicet ut sub eius praesentia opus, quod exe[*rce*]ri coeptum fuerit, construatur: hac pollicita[*tione*] dum-
2 taxat, ut eidem operi ex eius nomine titu[*lus in*]scribatur. In potestate censualium denominatio n[*on*] sit, sed ante decennium legitimo senatus consulto pr[*ae*]tores designati editionem praeturasque ipsas senatus arbitrio sortiantur, ita ut, si conuenti idem uenire neglexerint, dimidium plus, quam quanti sumptuum necessitas postulat, uel in argento uel in ipsis pigneribus ad praefecti urbi officium destinetur: quod quidem pondus operibus publicis debebit adscribi sine ulla commendatione atque inscribtione eius nominis, qui officia dignitatis per
3 contumaciam detrectarit. Quod si iudices, qui praef(ecti) urbi fuerint inscribtione conuenti, rem segnius exsecuntur et nequaquam aut ipsos ad urbem aut pignera destinarint, per singulos praetores ipsi iudices denas auri libras, officia uero eorum quinas dena[s] || [*infe*]rre debebunt, ita ut exerto uigore praefecti urbis [*nos*]trae auri pondus exactum operibus faciat manci[*pa*]ri. Nec ulla protrahendi sit causa, cum in tantum prae[*fe*]cturae urbi dignitatem *au*ctam esse uelimus, ut haec con[*de*]mnatio ob segnitiem conuentionis inflicta missis [*ab*]
4 eodem praefecto urbi officialibus debeat postulari. [*Qu*]od si qui forte uicaria potestate perfuncti praeturam [***]nc ceptum aferri† student, statutum pondus argenti [*u*]iribus inferre nostrae urbis adigantur, uidelicet ut tan[*tu*]m inferant, quantum eos praetores inferre iussimus, [*qui*] editionis necessitate cessante argentum fabrica[*rum*] contemplatione praebituri sunt. DAT. V NON. MAI. [*GYFY*]RAE TAVRO ET FLORENTIO CONSS. a. 361

14 [1]) [*IDEM A. AD S*]ENATVM. Placuit, patres conscribti, eos solos desig[*na*]re praetores, qui aliquibus editionibus functi sunt, sic ui[*del*]icet, ut praeualeat numerus; isque praedictum suscipiat magistratum, quem plures crediderint eligen[*du*]m. DAT. XI KAL. IVN. SIRMIO EVSEBIO ET HYPATIO CONSS. a. 359

15 [1]) IDEM A. AD SENATVM. Meministis profecto, patres conscripti, nec ullius temporis auellet obliuio, quod Facundus ex proconsule et Arsenius ex uicariis [2]) praetorum insignibus splenduerunt, nec quisquam horum putauit esse praeturam intra [3]) propriam dignitatem. Quid autem inlustrius his repperitur exemplis? Debuerat profecto res ista, debuerat alios etiam commonere proconsulari ac uicariae praefecturae praed*i*tos potestate non esse praeturam minorem propriis meritis. Oportuit adpeti splendidos fasces, decuit tanti nominis gloriam concupisci nec aliquem omnino fas erat nominationibus reluctari, quas nec ratio prohibet et
1 exempla confirmant. A uobis ergo praetores placuit desig||nari et uestro eligi arbitrio iussimus, qui susc[*ipiant*] fasces editionibus operam praebituri, nec ad notit[*iam nos*]tram praefectiue praetorio clarissimi uiri super n[*omi*]nationibus [4]) ullis referri. DAT. XI KAL. IVN. SIRMIO EVSEBI[*O ET*] HYPATIO CONSS. a. 359

16 [5]) IDEM A. AD SENATVM. Praetor*i* defertur haec iurisdic[tio san]cientibus nobis, ut libe-rale negotium ipse disceptato[r exa]minet adsertionibus ordinatis, quas iuxta ordinem iu[*ris*]
1 conuenit celebrari [6]). Sane interponi ab eo decreta co[nue]niet, ut, siue *in* integrum restitutio deferenda est, pro[batis] dumtaxat causis ab eodem [7]) interponatur decret[um, seu] tutoris dandi se*u* ordinandi curatoris impleatur [ab eo in]terpositi*o* decretorum: quippe cum aput

*R* (*uncinis inclusa perierunt*)

[1]) *iunge c.* 14 *et* 15; *cf. etiam not.* 5 [2]) ex uicario *Beck* [3]) infra *Iuretus* [4]) denominationibus *Gothofredus* [5]) *Iust.* 1, 39, 1: *Haenel iungit c.* 15 *et* 16 [6]) adsertionibus ... celebrari *om. Iust.* [7]) etiam *inserit Iust.*

2 exerceri] *Cuiacius,* exe— | re *R,* ex eo opere *Mommsen* 3 inscribatur] *in margine Cuiacius,* scribatur *Cuiacii editio* 4 consulto] *litterae* lt *fere foramine haustae in R* 8 incriptione *Rª* 9 iudicis *R* 11 uere *R* 12 nostrae] *Vesme,* librae *Cuiacius* 14 auctam] *Cuiacius,* actam *R* 16 ***nc (hinc *Cuiacius spatio non expleto*), hinc ceptum aferri] *Mommsen temptat* hinc acceptam ferri 19 gyfyrae] *Gothofredus,* ****r (?) ae *R,* *nae *Cui.* 20 uiribus] *Cui.,* ** (*uel* ***) irib. *R* 21 sic uidelicet] *Mommsen,* sicui | ****icet (inet *Rª*) *R,* si cui displicet *Cui.* isquae *R* suscipiat] *R,* accipiat *Cui.* 25 procunsule *R* 28 uiiariae *Rª* praedictos *R* 33 donationibus *errore Cui.* 35 praetoris *R* 37 decreta] *sic* (*non* decretum) *R* in *om. R* 39 danti *Rª* seu] se *R* ordinanti *Rª* interposito *R*

2 eum quo[que adipis]ci debeat [1]) patronorum iudicio sedula seruitus li[bertatem] [2]). Nec sane
debita filiorum uotis patrum uota ce[ssabunt], ut patente copia liberos suos exuant pote[state],
magis propriis obsequiis mancipatos, cu[m sese] intellegant his obsequii plus deber[e, a qui]-
bus sese meminerunt uinculis curiae [3]) exutos. DAT. III KAL. IAN. EVSEBIO ET HYPATIO
CONSS. a. 359

17 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD OLYBRIVM PV. Diuinum parentem nostrum
Constantinum sanxisse perspeximus, ut, quando uiuo patre atque omnia cognoscente munera
senatoria eundem nominatum praetorem diem functum esse proponeretur ac superstites uide-
rentur esse filiae, masculorum natura minime extante nullam executionem haberent feminae.
1 Igitur quando euenerit non solum masculos successores esse patri suo, uerum etiam feminas
hereditario iure succedentes aduenire, tam praeturam quam etiam oblatione[*s*] || [*uniue*]rsas
personis earundem nullo modo concedas, si[*ue*] plenae aetatis siue adultae constitutae fuerint,
sed [*iu*]xta portionem hereditariam singularum perso[*n*]arum adtributa paterna subire et ipsas
conpellere [*c*]urabis. Etsi iniustum enim atque dedecus uidetur muli[er]es ad laticlauum atque
insignia procedere, tamen car** nariam praeturam iuxta glebam paternae substantiae cognos-
cere poterunt. DAT. XIIII KAL. FEBR. IPSIS AA. CONSS. a. 370

18 [4]) [IDEM AA.] AD VOLVSIANVM PV. Legem diuae memoriae Constan[*ti*]ni, qua editores
munerum siue ludorum, si editionis [*tem*]pore abesse uoluissent, condemnari pro dignitatis
[*gra*]du certa tritici quantitate praecepti sunt, fixam at[*que in*]uiolabilem uolumus permanere.
Sinceritas tua igi[*tur*] ibique [5]) his, quibus liberum conmeatum clementia nos[*tra*] concesserit,
in omnes reliquos promulgatam. MED(IOLANO) [*AC*]C. IIII KAL. IVL. CONSTAN(TINOPOLI [6]) VALEN-
TINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

19 [*IDEM AA. A*]D SENATVM. Satos de Frygiae gregibus equos bis quattuor subiugandos
quadrigis, hoc est simul octo, duobus maximarum editionum praetoribus dari sancimus. DAT.
ID. APRIL. ANTIOCHIAE MODESTO ET ARINTHEO CONSS. a. 372

20 [7]) IDEM AA. CLEARCHO PV. Ineundi magistratus unum omnium diem praetoribus quat-
tuor esse oportet, Ianuariarum scilicet kalendarum. Et si quis uel differendum uel contem-
nendum esse crediderit, non solum statum [8]) editionis pretium cogatur exsoluere, uerum etiam
multae quoque nomine dimidium extrinsecus pretii cogatur inferre. DAT. VIII ID. MAI. MO-
DESTO ET ARINTHEO CONSS. a. 372

21 IMPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD BAPPONEM PV. || Tempore, quo
temonarii designantur, etiam so*** nominatio celebretur fiatque conuentio, quam [*per of*]ficium
p(raefecti) u(rbi) curari oportet, ut si ita res expetit, o[*f*]ficiis prouinciarum ad peruestigandum
fide uti, quam conmodatur [9]), ipsi potissimum super [*de*]signatorum nominibus consulamus [10]),
quo missis [*uiris*] strenuis obligatisque iudicibus non modo temona[*rii*], uerum conplices quo-
que eorum in exhibitionem p[*ro*]prii muneris urgueantur. Fingamus enim pos[*se*] fieri, ut de-
signati primo et secundo uel tertio an[*no*] subterfugere inquirentium sollicitudinem po[*ssint*],

*R*

[1]) debeat *Iust.* [2]) apud . . . libertatem] *cf. Iust.* 7, 1, 4 [3]) curiae] sacris *Iust.* [4]) *iunge* 12, 1, 67 [5]) *expectes talia*: igitur hanc legem obseruet, quam nouerit exceptis utique [6]) dat. IIII k. Iul. Mediolano 12, 1, 67: Constantinopoli *delet Gothofredus* [7]) *iunge* 14, 9, 2. 14, 17, 7 [8]) statutum *Gothofredus* [9]) *contextus mutilus uel corruptus* [10]) consulamur *Gothofredus*

1 debeat] *Iust.*, iubeat *R* 2 patruum *R* 3 obsequii] *Iust.*, obequiispancipa *R*ᵃ, obsequiis *R*ᵇ 4 uiculis *R*ᵃ III] VI *Iust.* (*Hal.*) 6 parentum *R* 7 sancxisse *R* 8 unctum *R*ᵃ proponetur *R* 9 heberent *R* 10 successures *R* 11 oblatione* *uel* oblatione *R* 14 muli**is *R* 15 car|** (o ?) nariam *R*, carbonariam *Cui.*: Charonariam *Gothofredus*, cardinariam? *Mommsen* 18 editiones *R* 20 igi*** ibique *R*, igitur ubique *Cui.*, igi[tur ab]sque *Gothofredus* concessirit *R* 22 conss. *R* 23 bis quattuor] *sic R* (*litterae* b *pars prior periit*), *** quattuor *Cui.* 25 antiociae *R* 28 praetium *R* 29 id.] k. 14, 17, 7 32 so***] *R*, si *Cui.*: *post* o *sequitur* c *uel similis littera, uix* l; so[ciorum] *Vesme*, so[lita] *Seeck* per officium] *Vesme*, officium *Cui.* 35 uiris] *Mommsen*, i (u ?) * *uel* i*** *R*, i[lluc] *Vesme*, et *Cui.* 1586



1 certe septem reliquis haut dubie poterunt rep[*eri*]ri. Denique, ut prius statuimus, eorum, qui
per ann[*os sin*]gulos ad candidatum atque honores certos no[*minan*]tur, in scientiam nostram
2 post designation[*em de*]bitam insinuatione fida uocabula deferant[*ur. Idem*] et in subrogandis
3 certis quibus [1]) in diem functo[*rum lo*]cum ordo teneatur. Et licentia inolita derogetur o[*f*]fi-
4 ciis, quae ex denuntiatione huiusmodi quaestum saepe secuta sunt. Simul prouinciales nostri
aut animentur spe leuioris inpensae, aut certe, si editionis suae tempore conmunem patriam
5 declinarint, metu congruae seueritudinis urgueantur. Nec sane excipimus eos, quos ad prae-
sens labor publicus officiumue detentat, prouidentia secutura, ut aut conuenti a nobis in uicem
propriam idoneos dirigant, aut ipsi, quia res exigit, sumpto temporario conmeatu Romam ire
6 deproperent. Super prouisione autem senatus egregii atque consulto, quo definiri a nobis
reuerentissime depoposcit, ut duo uel | [*t*]res de his qui nominantur candidati arcae possint
[*sub*] certo argenti pondere sociari, tunc melius aesti[*m*]are poterimus, cum duos folles aut
quattuor aut certe [*a*]mplius in professionem habebunt, quid sustinere in mu[*ne*]ribus possint
aut debeant, quiue editionis ordo sit. Cum enim [*s*]edulo fuerit intimatum, conlata a nobis
editionis neces[*s*]itate cum subsidiis facultatum et professionis modo ri[*te*] poterit definiri, quid
7 unusquisque expensae pro captu uirium [*d*]ebeat sustinere. Sane eorum arbitrio nulla lege
praescrib[*s*]imus, qui pro consideratione patrimonii nataliumque me[*r*]ito secundum splendorem
honoris proprii enormita[*te*]m inpendii non recusant. His enim prouidendum nos [*ha*]c ora-
tione censemus, qui non solum admonendi sunt, [*ne*] muneri suo desint, uerum praescribtorum
sumptuum [*u*]ilitate ac moderatione prouocandi. DAT. XI KAL. SEPT. [*NA*]SONACI MODESTO ET
ARINTHEO CONSS. a. 372

22 [2]) [IDEM AAA.] AD SENATVM. Ante x annos cuiuslibet editionis praetorem nominari et
intra quinque menses designatum iussimus conmoneri, ut aut editurus praestet adsensum aut
1 si refert contrariam uoluntatem, futuri examinis iudicium non moretur. Nam intra septem
menses adcelerandae cognitionis terminus constitutus dilationis licentiam imperio fundatae de-
finitionis excludit. Nec enim allegationibus cuiusquam ulla poterit esse reparatio, per igna-
uiam silentii pigrioris *si* definitum tempus fuerit euolutum, si posthabita taciturnitate serae
2 uoluerit merita defensionis ostendere. Decem uero auri libras ab uniuerso officio per singulas
nominationes iubemus inferri, si designatus praetor intra quinque menses nulla fuerit admo-
nitione conuentus: || ita ut cum praefecto urbi electi ex ordine candi[*da*]to, cum allegationes
suas praetor nominatus exp[*o*]nit, suscipiant officium audirique singulos cupiam[*us*] patienter
et, si admittenda sunt quae dicuntur, ar[*bi*]trio iustitiae uindicari, sin uero inanis probatur
2a as[*ser*]tio, inprobas uoces seuerioris sententiae auctorit[*a*]te conpesci. Disceptandi ergo mode-
ratio cuncta co[*n*]ponat; cesset potentia ac similiter *am*bitionis patro[*ci*]nium repellatur; nul-
3 lum inique temporibus nostris [*a*] quoquam uel opprimi patimur uel defendi. Quod s[*i*] quis-
quam iudicum haec praecepta transscender[*it*], uel nouae praesumptionis insania quae sunt
san[*c*]tionibus consecrata uiolarit, ut hostis publicus at[*que*] expugnator utilitatis inuentae
contra senat[*us*] consulta inportuni furoris temeritate congredi[*atur*] et arbitrio nostro et uestro
iudicio notam perpet[*rati*] criminis sortietur: similis culpae insimulation[*e plec*]tendis, qui cum
eodem residentes propriae nobilitatis obliti adulantis gratiae turpissimam praetexerint uili-

*R*

[1]) quibusque *Gothofredus* [2]) *iunge c.* 22 *et* 23

1 dubiae *R* 2 no[minan]tur *Gothofredus*, noscuntur (*in margine* uocantur) *Cui.* 3 deferantur sed] deferant**** (*uel* *****) *R*: deferantur *Gothofredus*, deferant *Cui.* 4 inolita] *R*, molita *Cui.* 9 idoneos] *Gothofredus*, idoneas *R* exegit *R* temporariae *R* 12 sub] *** (b ?) *R*, sub *ego*, in *Mommsen*, *om. Cui.* sociare *R*ᵃ 14 sedulo] *Vesme*, populo *Cui. errore* 17 prescrib|[simus] *R*, praescribimus *Cui.* 18 ratione *Cui. errore* 19 prescribtorum *R*ᵇ 20 uilitate] *Cui.*, ** (*uel* ***) ilitate (utilitate ?) *R*: nobilitate *Vesmii supplementum spatium excedit* sempt *R* 23 prestet *R* 24 referte *R*, praeferret *Mommsen* 27 si] *Cuiacius*, *om. R* posthabita taciturnitate] *Gothofredus*, post habitam taciturnitatem (tacirtunitatem *R*ᵃ) *R* 31 exp*nit *R* (?) cupiant *Cui.* 33 seueriores *R* 34 mabitionis *R* 37 atque] aut *Cui. errore* 39 plectendis] *Mommsen*, nectendis *Cui.* 40 praetexerint] *R* (*Vesme*): *mihi non apparuerunt nisi* prae[—]rint), praetulerint *Cui.*

tatem. Nec sane fas erit huiuscemodi reis ueniam relaxari, qui per patrocinia iudicum[1]) dis-
trahentes et senatus temptauerint infamare collegium et sub auctione uendiderint ius Roma-
4 num. Nominatores autem praetorum iudices esse non patimur, qui, dum arbitrium suum cu-
piunt adprobari, insolentius aliquid, quam moderatio patitur, sui contemp*l*atione decernunt.
5 Si quem uero ex nominatis praetoribus pro huius[2]) auctoritate grauior condemnatio saucia-
uerit, ab editionis eum placet onere submoueri, duabus uidelicet exsistentibus causis, quod
uel erogationi idoneus || esse non ualeat uel suscipere qui culpam meruit non debeat digni-
6 tatem. Cauendum est autem, ne sub hac permissione concessa etiam illis, qui leui fuerint
emen[*d*]atione correcti, huiusce patrocinii gratia deferatur, [*c*]um his utique tantum debeat
7 prouideri, quos grauissimi dispendii mole fatigatos subitum pondus obpressit. Quod si pro-
babilis fuerit et iusta conquestio, releuatae necessitatis gratiam consequatur. DAT. V[3]) ID.
[I]VN. VALENTINIANO ET VALENTE IIII AA. CONSS. a. 373

23 [4]) [IDEM] AAA. AD SENATVM. Ab illis editionis peti ordinem non debere iustitia pariter
et consuetudo declarat, qui consulares ac praetorios codicillos suo excellenti merito ac nostro
sunt beneficio consecuti. LECTA [II]I ID. IVN. VALENTINIANO ET VALENTE IIII AA. CONSS. a. 373

24 [IMP]PP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD SENATVM. [*N*]e quis praetorum
semel praestitutae expensionis transeat modum; sed nec officiis aliquid largiatur. DAT. III
KAL. IVN. ANTIOCHIAE VALENTE V ET VALENTINIANO IVNIORE AA. CONSS. a. 376

25 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SENATVM. Praetores quat-
tuor uobis tot addimus, quot fuerunt. Prima igitur, patres conscribti, Constantiniani et Con-
stantiani nominis est praetura; Theodosianum enim et Arcadianum praetores primis praeto-
ribus addidistis. Veteres Triumphalem praetorem bellicae felicitatis causa repperer*unt*; nos
iniunximus Augustalem. His omnibus *h*onorum insignibus Romani nominis praetura sociatur;
1 huic sociauimus Laureatum. Constantiniana et Constantiana praetura per duos danda libris
argenti mille, Theodosiana uero et[5]) argenti mille. Triumphalis uero et Augus|talis libris
argenti quadringentis et quinquaginta, Romana uero et Laureata libris argenti ducentis et
quinquaginta peragantur: ita tamen, ut ad unamquamque praeturam conuenien[*s*] summae
medietas a singulis, ut iam diximus, con[*f*]eratur, ac bini posthac incipiant agnoscere, quod
s[*in*]guli antea transigebant. DAT. X KAL. NOV. CONSTANTINOPOLI RICHOMERE ET CLEARCHO
CONSS. a. 384

26 [6]) IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. AVRELIANO PV. N[*o*]minandorum
praetorum sollicitudinem inlustris ma[*g*]nificentia tua ad officium censuale sciat esse re[*uo*]-
candam. DAT. III KAL. MART. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO AVG. II[*I*] ET ABVNDANTIO VIRO
CLARISSIMO CONSS. a. 393

27 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. DEXTRO[7]) PPO. Cunctos qu[*aes*]tores et praetores
qui in agris degunt suscep[*tum*] et promissum munus pro notitia officii cen[*sua*]lis pro eorum
dignitate, uel quod spontanea [*uolun*]tate professi sunt, dare praecepimus. DAT. KAL. NO[*V*.]
BRIXIAE OLYBRIO ET PROBINO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 395

28 [8]) IDEM AA. SIMPLICIO PPO.[9]) POST ALIA: Qui ducatum administrarunt, ad editionem
uel nominationem praeturae pertineant praeter eos, qui grauissimam armatae militiae sollici-
tudinem longa temporum serie pertulerunt, et eos, qui sacri consistorii nostri arcanis inter-

*R*

[1]) iudicium *Gothofredus* [2]) huius sanctionis *Gothofredus intellegi mult* [3]) lecta III *c.* 23 [4]) *iunge c.* 22 *et* 23 [5]) Arcadiana itidem libris *ins.* [6]) *de iungendis cf. ad* 1, 1, 3 [7]) *Eusebius successor Dextri iam XV k. Iul. occurrit* 15, 14, 12 [8]) *iungenda* 8, 5, 56? [9]) magistro militum 8, 5, 56 *recte*

3 cupiant *Cui. errore* 4 contemplatione] *Cuiacius*, contemptatione *R* 6 extentibus $R^a$ *uel* $R^1$ 10 fatigato *R* 15 III] *ᴵI *R*, *om. Cui.* 17 nec] *Gothofredus*, ne *R* 20 quod *R* conconscribti $R^a$ 21 arcanianum $R^a$ *uel* $R^1$ 22 ueteris *R* repperent *R* 23 iniuncximus *R* honorum] *Gothofredus*, bonorum *R* 29 anthea *R* clearco *uel* clearcoo $R^a$ 31 auriliano *R* 32 reuocandum *Cui. errore*



esse meruerunt: Hos enim a praeturae munere alienos esse censemus. DAT. X KAL. IAN.
CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

29 [1]) IDEM AA. [2]) PV. Nuper quidem huiusmodi praecesserat[3]) sanctio principalis, ut
theatralis per praetores facienda depensio in aquaeductus fabricam uerteretu[*r*]; || nunc uero
iusta moderatione facias custodiri, ut praetores Romanus et Laureatus natalibus nostri nu-
minis scaenicas populo praebeant uoluptates. DAT. IIII KAL. IAN. CONSTANTINOPOLI ARCADIO
IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

30 [1]) [*IDEM*] AA. EVTYCHIANO PPO. Ex quinque praetoribus, qui aquaeductu*i* Theodosiaco
fuerant deputati, *u*num, qui centum librarum argenti munificentiam suam definita erogatione
praecludit, aeterni principis ac fratris mei Honorii natalium festiuitatibus praecipio deputari.
DAT. PRID. KAL. IAN. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

31 [4]) [IDEM A]A. AD SENATVM ET POPVLVM. POST ALIA: Neminem editorum, quos uotiui
sumptus designarit electio, responsum nostrae tranquillitat*is* soluat, sed designationum ordo
seruetur. ET CETERA. DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

32 [*IDEM A*]A. Praetor diuini numinis nostri pro his prae[*t*]oribus, qui primae edition*i*
fuerant adtributi, praebeat populo uoluptates. DAT. VI KAL. IVL. NICOMEDIA. ACC. PRID. KAL.
AVG. CONSTANTINOPOLI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

33 IDEM AA. SEVERO PV. Praetores, qui loco primo sunt, trecentas lib(ras) argenti in ex-
plicando munere non cogantur excedere, hi uero, qui primos secuntur, centum quinquaginta
lib(ras) argenti depensuros esse[5]) cognoscant, at uero hi, qui loco tertio numerantur, centum
1 lib(ras) argenti dependant, nec cuiquam profundendi licentia tribuatur. Quia uero theatralibus
et circensibus ludis per annos singulos celebrandis unus praetor nutu nostrae clementiae
quingentarum librarum argenti nuper[6]) fuerat deputatus, nunc uero hanc quantitatem constat
in prioribus praetoribus . . . . . . . . . . . . . . . . . . . a. 398 *uel* 399[7])

34? [8]). . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . it praeiudicium fieri non pat*i*mur, cum his in sei[*****]e iudicii constitutis, quod quidem
actorum intra tem[*pus exhi*]bitorum tenore monstrabitur, occupatio amplis[*simi sen*]atus uel
1 quaelibet ratio iudiciariae dilationis noce[*re nequ*eat]. Itaque hac amota formidine causa cuius-
que pro suo me[*rito uen*]tiletur, ut, si quid in huiusmodi causa iam de praeiudi[*cio tem*]poris
2 ex sententia statuatur, firmum permaneat. In ******alis uero, nisi intra quinque menses no-
minatos admo[*nueri*]nt, intra septem etiam causas excusation*is* cognosci pro [*uiribus i*]nstanter
3 monendo perfecerint, poenam lege diui Va[*lentis*][9]) statut*am* inminere praecipimus. Et quia
multi*s* rei fami[*liaris*] angustiae in hac editione dilationem necessariam fa[*ciunt*], triennii di-

*R* (*desinit in* 24): *T* (*incipit* 26: *supplementa fere Peyronii sunt*)

[1]) *et tempore et argumento cohaerent c.* 29 *et* 30 [2]) Claudio *suppl. Beck, cf.* 6, 26, 8. 15, 13, 1 [3]) processerat *Gothofredus* [4]) *de iungendis cf. ad* 6, 2, 18 [5]) sese *Gothofredus* [6]) *c.* 32 [7]) *ad annum* 398 *uel ad initium a.* 399 *c.* 33 *pertinere constat ex Seueri praefectura, quae intercessit inter praefecturam Romuliani* (*cf.* 7, 1, 17) *et Clearchi* (*cf.* 13, 1, 16) [8]) *hanc constitutionem ad praefectum urbi* (*id est Monaxium*) *datam esse ex uerbis* 35 magnitudinis tuae *recte collegit Wenck* [9]) *c.* 22

3 *nomen praefecti uacuo spatio relicto om. R* 8 aquaeductus *R* 9 onum *R* 13 tranquillitates *R* 15 *post* aa. *in R uacuum spatium relictum est* editioni] *Gothofredus*, editionis *R* 18 explecando *R* 20 depensurus *R* 22 cercensibus $R^a$ 24 *in R inter folia* 11 *et* 12 *unum folium cum exitu tituli exsectum est: cum autem ultimae constitutionis pars extrema, quam supplet T, fere 27 uersus codicis R occupauerit, paginae autem codicis R in* 30 *uersus diuisae fuerint, non plures quam* 33 *uersus periisse constat, isque numerus adhuc eo minuitur, quod librarius in exitu titulorum uacuum spatium relinquere solitus est* 26 patimur] *Wenck*, putemur *T* sei (*sic, non* ser [*Peyron*] *neque* seri [*Vesme*] ***** (*uel* ******e)] *T*: sero examine *supplet Peyron*, serio examine *Vesme*, seuero examine *Mommsen* 27 tem****** (i *uel* a) uitorum *T*: *fuerit* tempus exiuitorum tenorem *R* 30 ex ententia *T* in ******alis] *T*, in officiales *Peyron*: *expectes* in officialibus 31 excusationes *T* 32 statuata *T* 33 multi *T*

latio, quae lege isdem concessa fuerat, ob [repar]ationem nimirum muneris exolebit, quia scilicet in *******o [1]) eo non tam longis ad reparationem spatiis indigent, [iudicio] id magnitudinis tuae adque ordinis amplissimi dandum [censu]imus, ut consideratis allegationibus et fortunis ho[minu]m his, quibus merito deferri potest, biennii uel tri[ennii] aut etiam quinquennii, si res exegerit, indutiae praebean[tur, q]uod quidem necessitatis est uel etiam mediocrita[tis so]lacium, non uoluntariae ac deliciosae uoluptatis [uacat]io, ut copiosi et iam adfluentes diuitiis his indutiis [abuta]ntur. DAT. PRID. ID. IVN. CONSTANTINOPOLI BASSO ET PHILIPPO CONSS. a. 408

## V VT DIGNITATVM ORDO SERVETV[R] [2])

1 [3]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. A[D CLEAR]CHVM PV. Nihil est tam iniuriosum in con[ser]uandis et custodiendis gradibus dignitatu[m] quam usurpationis ambitio. Perit enim om[nis] praerogatiua meritorum, si absque respectu [et con]templatione uel qualitate etiam prouecti[onis e]meritae custodiendi honoris locus praesu[mitur] potius quam tenetur, ut aut potioribus eripiat[ur] id quod est debitum, aut inferioribus prosit, q[uod] uidetur indebitum. DAT. IIII KAL. IAN. CONSTANTINOPOLI ME[RO]BAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383

INTERPRETATIO. Nemo sibi honores uel dignitatem, quam a principe ipse non meruerit, praesumat, quia, sicut eis qui meruerunt dignitas ornamentum est, ita nota maculandi sunt qui praesumunt.

2 [4]) IDEM AAA. AD PRAETEXTATVM PPO. Caelestis reco[rdati]onis Valentinianus, genitor numinis nos[tri, sin]gulis quibusque dignitatibus certum locum meri[tum]que praescribsit [5]).
1 Si quis igitur indebitum sibi l[ocum] usurpauerit, nulla se ignoratione defen[dat sit]que plane sacrilegii reus, qui diuina praecep[ta neg]lexerit. DAT. XII KAL. IVN. MED(IOLANO) RICOMERE ET CLEARCHO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 384

INTERPRETATIO. Si quis praesumpserit quam non meruit a principe dignitatem, sacrilegii reus habeatur. Hic de iure addendum, quae sit poena sacrilegii.

## VI DE CONSVLIBVS PRAEFECTIS MAGISTRIS MILITVM ET PATRICIIS [6])

1 [IMP]PP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SEVERVM PV. [V]niuersa

*T R (incipit 9) et ad tit. 5 Br. (NMGE)*

[1]) [curand]o *Mommsen* [2]) *Iust.* 12, 8 [3]) *c.* 1 *et die et argumento cohaeret cum* 6, 22, 7 *anno* 383 *ad Postumianum ppo. data* [4]) § 1 = *Iust.* 12, 8, 1 [5]) *c.* 1 [6]) *cf. Iust.* 12, 3

1 lege] *Peyron,* licet *potius quam* lege *T*: *Wenck hanc legem ante c.* 34 *intercidisse putat* hisdem *T* [repar]ationem *Mommsen,* excusationem *Peyron* exoleuit *Mommsen* 2 ******o] *T*, curando *Mommsen,* excusando *Peyron, cuius supplementum spatium excedit* iudicio] *Peyron,* ******* (o *uel* m) *T* magnitudis *T* 3 censuimus] statuimus *Peyron* 4 quinquennii] quinnii *T* 5 re exigerit *T* 6 solacium] **la*** (*uel* ****) m *T* ac *om. Peyron errore* deleciosae *T* 7 abutantur] *Wenck,* ****antur *T* 9 *rubrica euanuit in T* indignitatum *M*, dictatum $G^{t}$ 10 et theodosius ualentinianus *G* clearcum *ME,* clearum *G* pu.] po. *M,* ppo. $NG^{1}$, ppu. $G^{2}$, ppm. *E* 11 conseruantdis *R* 12 ambito *uel* ambitu *T* omnis] *MGE, om. N, deficiunt RT* eritorum $E^{a}$ contemplatione] cunc—tione *T* 20 aa. *R*, a. *M* ppu. $RG^{2}$, po. *M* caelestes *N*, celsitis *T* recurationis *N* 21 numinis] *RM*, nominis *TNGE* prescribsit *R*, praescribsi *T*, perscripsit *G* 22 nullo *N* ignorantia *G* plana] ***na *T* 23 qui] ne qui *N* neglixerit *T* ian. *G* med. *R*, me *T*, mediol. *M*, medl. *N* ricomere] *R*, riccomere *E*, richum *T*, ricimere *N*, richemere *M*, ricumero *G* 24 clearco *MGE*, cliarco *N* uiris clar.] *R, om. T Br.* 27 et de praef. et mag. mil. *Iust.* 29 seuerum] *T*, senatum *R* pu. *tuetur C. I. Gr.* 2595



1 culmina dignitatum consulatui cedere [e]uidenti auctoritate decernimus. Sed ut consulatus [a]nteponendus est omnibus fastigiis dignitatum, in [o]mni etiam curiae senatoriae actu sententia coe[tu], ita si quis consulatu et praefectura uel culmine mi[li]tari conspicuus est, pridem
2 consulari praeferen[d]us haud dubio est. Porro si contigerit, ut ad duas has [p]raerogatiuas etiam patriciatus splendor addatur, [quis] dubitet huiusmodi uirum praeter ceteros emine[re. N]eque enim unus tantum honor potest duobus aut [p]luribus anteferri, dummodo consulatui ex his quae [de]signatae sunt dignitas quaecumque societur. DAT. [KAL.] APRIL. ANTONIO ET SYAGRIO VV. CC. CONSS. a. 382 [1])

## [VII] DE PRAEF(ECTIS) PRAETORIO SIVE VRBIS ET M[A]GISTRIS MILITVM [2])

1 [3]) IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. A[D AM]PELIVM PV. Praefectum urbi, praefectum praetorio, magistros equitum [ac] peditum indiscretae ducimus dignitatis, usque a[deo] uidelicet, ut, cum ad priuatam secesserint uitam, [eum] loco uelimus esse po-
1 tiorem, qui alios promoti[onis] tempore et codicillorum adeptione praecesseri[t. Quo]circa expressum ordinem ciuitatum [4]) illic potiss[imum] uolumus custodiri, ubi intra secretaria extra-
2 or[di]nariosque conuentus subest ratio uisendi salutan[di]ue iudicis. Ceterum in amplissimo curiae nostrae [legi]timoque consessu digestae ordinationibus prisci[s ob]tineant dignitates. DAT. III NON. IVL. NASONACI. ACC. II[I *NON.*] SEPT. MODESTO ET ARINTHEO CONSS. a. 372

2 [5]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. RESTVTO [PV.] Quisquis magisterium equitum peditumque suscep[erit] et gesserit [6]) ante captam a quoquam praefecturam, is, cum priuatus erit honoremue [7]) deposuerit, ex praefe[c]tis qui post prouecti fuerint prae-
1 feratur. Sit igitur sedes prior ante prouectis, locus conspectior, decernendi loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus uetustior. ET CETERA. DAT. VIII KAL. IVL. THESSAL(ONICAE) GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS. a. 380

## [VIII] DE PRAEPOSITIS SACRI CVBICVLI [8])

1 [9]) [IMPP.] HONORIVS ET THEODOSIVS AA. FLORENTIO PV. Qui sa[cr]i cubiculi nostri fuere praepositi uel nunc esse [co]eperunt uel quos postea sors ad ascendendi huius [g]radum fastigii deuocarit [10]), ea dignitate fungantur, [qu]a sunt praediti, qui eminentissimam praetorianam [ue]l urbanam meruerint praefecturam aut certe mili[ta]rem magisteriam potestatem, ita ut sit inter

*R T (7 r. et 8 r. euanuerunt in T)*

[1]) *ad hunc titulum pertinet Iust.* 12, 3, 1, *si ante annum* 438 *data est* [2]) in dignitatibus exaequandis *addit Iust.* 12, 4 [3]) *pr.* = *Iust.* 12, 4, 1: *iunge* 6, 9, 1. 6, 11, 1. 6, 14, 1. 6, 22, 4 [4]) dignitatum *Fornerius* [5]) *pr.* = *Iust.* 12, 4, 2: *iunge* 6, 9, 2 [6]) et gesserit *fortasse cum T delenda sunt* [7]) et honorem *Iust.* [8]) *cf. Iust.* 12, 5 [9]) *pr.* = *Iust.* 12, 5, 1 [10]) qui . . . deuocarit] sacri cubiculi praepositi *Iust.*

1 culmena $R^{a}$ 2 fastigus *R* [ac]tui sententiae *T* 3 coetu ita] *** ita *R*, coeta *T* consultu $R^{a}$ 4 haud] aut *TR* dubius *T* 5 etiam] *R*, et tam *potius quam* etiam *T* patriciatu *R* quis] *Peyron, deficiunt RT* [du]bitet *T*, dutet *R* 6 anteferi *R*, a—ri *T* 8 syagrio] *T*, srio *R* 9 pretorio $R^{a}$ 11 praef. urbi *R*, praef—bis *T*, praefectum urbis *Iust.* 12 praefectus praetorio *T*, ppo. *R* 13 secesserit *R* locum *T* esse . . . 14 adeptione *R*, es*******one *T* 14 praecesserint *T, deficit R* expraessum *T* 15 ciuitatum] *R, deficit T* 16 conuetus $T^{a}$ iudices *R* 17 legitimoque] *T*, —timoque *R*, intimoque *Cuiacius* aodinationibus *R* dignitatis *T* 18 nasonnaci *T* III non.] 6, 9, 1. 6, 11, 1, II — *R, deficit T* 19 restuto] *TR et R ad* 6, 9, 2 *et V ad* 14, 7, 8, restituto *T ad* 6, 9, 2 20 ac peditumque *T* uscep[erit] $R^{a}$ et gesserit] *R Iust., om. T* 21 is] *T Iust.*, s* (si?) *R* post] *R, om. T Iust.* fuerit *T* 22 sedis *RT* prospectior *T* 24 iun. 6, 9, 2 thessallo— *T*, thesall. *R* g̅raano *R* 26 sacris *T* 27 ascendenti *R*, [as]cendi *T* 29 sit] si *T*

eos post [de]positas administrationes nulla discretio, siue nostrae [se]renitatis adoraturi admit-
tuntur imperium, siue [p]ro suo arbitrio sollemnes festiuitates et coetus uel sa[l]utationes uel
quaelibet alia officia frequentent, ut in [se]dibus et consessu is eis ordo seruetur, quem ordo
pro[ue]ctionis ostenderit, sub habitu ipsis uidelicet consue[to, c]um manifeste decretum sit
eum esse qui praec[esse]rit potiorem, uel illum subsequi, quem recentius pro[bau]it examen.
1 Sed ut nos ad hanc promulgationem Macrobii uiri inl(ustris) merita prouocarunt, ita obser-
uationem quoque legis ab eius uolumus sumere prouectione auspicium, ut, qui ante ipsum
fuerunt, sub hac condicione praestituto honore laetentur, ut non suae promotionis tempora
ad legis usurpationem reuoluant nec praeferri se postulent his, qui praetorianam uel urbanam
praefecturam uel militare magisterium post eorum prouectionem sortiti sunt, sed perinde habe-
antur, ac si nunc coeperint, et in eodem ordine permanentes, in quo nunc eos liberalitas nostra
constituit, prouectionis uiri inl(ustris) Macrobii tempora metiantur, ut ex huius administra-
tionis exordio, prout quisque prouectus est uel fuerit prouehendus, suae locum uindicet digni-
tatis. DAT. VIII ID. NOV. CONSTANTINOPOLI HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

## VIIII[1] DE QVAESTORIBVS MAGISTRIS OFFICIO[RVM], COMITE[2] SACRARVM LARGITIONVM ET R[E*I*] PRIVATAE]

1 [3]) IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD [AMPE]LIVM PV. POST ALIA:
Eorum honores, qui sacrario n[os]tro explorata sedulitate oboediunt, hac uolumus o[bser]ua-
tione distingui, ut quaestor atque officiorum m[agis]ter nec non duo largitionum comites pro-
consula[rium] honoribus praeferantur. ET CETERA. DAT. III NON. IVL. N[ASO]NACI. ACC. III
NON. SEPT. MODESTO ET ARINTHEO CONSS. a. 372

2 [4]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. RESTVTO PV. POST ALIA: Qui
exquaesturae honore aut efficaci[5]) magis[te]rio aut comitiua utriusque aerarii nostri attonito
sp[len]dore uiguerunt, adclamatione excipiantur solita n[ec] praetereantur ut incogniti atque
ut non aequand[i il]lis, qui gesserint praefecturas, sed eo[6]) obseruentur c[*ul*]tu omni coetu
omnique conuentu. Neque enim inpar est ratio meriti, etiamsi interuenit dilatio ulla, quoniam
1 cohaerent his dignitatibus, quae isdem iure debentur. Intersit aliquid inter tempora magistra-
tuum uitamque priuatam; actus depositi dignitas pares eos uiros praestet atque honore con-
similes. Quid enim in his quattuor dignitatibus non ex congrua diuersitate putemus esse
2 commune? Quod cum ita sit, hos uiros haberi uolumus non ut qui meruerint tantum, sed
quasi qui gesserint praefecturas, cum non priuilegiis temporis praeferantur, sed honoris aequa-
litate laetentur. DAT. VIII KAL. IVN. THESS(ALONICAE) GRATIANO V ET THEODOSIO I AA.
CONSS. a. 380

*R T* (9 *r. euanuit in T*)

1) *Iust.* 12, 6  2) comitibus *Iust.*  3) *de iungendis cf. ad* 6, 7, 1  4) *pr. usque ad* 24 incogniti = *Iust.* 12, 6, 1: *iunge* 6, 7, 2  5) officiorum *Mommsen contra Iust., cf. Gothofredus*  6) eodem *Gothofredus*

1 administrationis *R*  2 sollemnis *R*  festiuitatis *T*  salutatione *T*  3 et] et in *Iust.*  is eis] *R*, is *T*, eis *Iust.*  4 [c]um (*non* * am) *R*  5 illum] *R*, ***ud *T*  probabit *T*, pro***bit *R*  6 inlustris] *T*, inl. *R*  7 prouectione] *Gothofredus*, prouectionis *RT*  auspicuus *T*  8 prestituto *R*, praestito *T*  9 usurpatione $T^b$, ususpatione $T^a$  proferri *T*  his] *T*, hii *R*  10 [milita]rem *T*  11 ac (hac *T*) si nunc coeperint *seqq.*] *textus corruptus; imperator antecessores Macrobii cum hoc ipso ita aequare uoluit, ut temporis praerogatiua ab eius prouectione fruerentur*  12 uiri inl. $R^b$, uirinl. $R^a$  metiant *R*  13 exhordio *R*  prohendus *R*  16 rei priuatae] *Iust.*, rerum priuatarum *Cuiacius, deficiunt RT*  18 hac] [h]oc *T*  19 adque *R*  20 [naso nac $R^a$, nason|[naci] *T*?  III] V *T*  22 restuto] *R cum* 6, 7, 2, restituto *T*  pu.] *R Iust.*, ppo. *T*  23 magisteri *R*  atconito *R*  24 uiguerint *T*  adclamationem *T*  incognito *T*  adque *T*  25 c[ul]to *R*, *deficit T*  coeto *R*  26 inpar] *T*, pars *R*  27 coherent *R*, coerint *T*  hisdem *RT*  28 actus] *R*, ac $T^b$, *om.* $T^a$  praestit atque *T*, praestatque *R*  30 commune *R*  ueros *T*  qui meruerint t. sed] *R*, quicumque fuerint t. ut *T*  31 gesserit *R*  32 VIII] *R cum* 6, 7, 2, VII *T*  iun.] iul. 6, 7, 2



## [X] DE PRIMICERIO[1] ET NOTARIIS

1 [2]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EVTROPIO [PPO.] Praecipua
est nostrae pietatis intentio circa nota[ri]orum nomen, atque ideo, si umquam huius ordinis
[u]iri laborem quiete mut*a*uerint uel senectute po[s]uerint seu cum alia dignitate post hanc
qualibet usi [su]nt, non omittant prioris uocabulum militiae, sed con[pe]ndium sequentis ho-
1 noris adsumant. Et si quis ex of[fi]cio, uel praecipue sublimitatis tuae temerarius [a]d census
discussiones peraequationes, aliam denique ullam rem inquietator extiterit, officium suum norit
uel leuis culpae offensione detecta grauis multae discrimine fatigandum et numerariorum
corpus exstincto iniuriae auctore minuendum. DAT. XVII KAL. [I]VL. THESSAL(ONICAE) GRA-
TIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS. a. 380

2 [3]) IDEM AAA. AD VALERIANVM PV. Notariorum primicerios, si, prout eorum uoluntas
fuerit, de consistorio nostro sine administratione discesserint, non solum uicariis anteponi, sed
1 etiam proconsulibus aequari sancimus, ita ut nihil nisi tempus intersit. Eodem honore atque
2 eodem ordine sequens primicerium tribunus ac notarius perfruetur. Alios porro notarios et
3 tribunos uicariis iubemus aequari, ac, si priores id uocari coeperint, anteferri. At uero do-
mesticos et notarios consularibus simili ratione conponimus. ET CETERA. DAT. IIII KAL.
APRIL.[4]) ACC. XII KAL. MAI. SYAGRIO ET EVCHERIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 381

3 [5]) IDEM AAA. FLORO PPO. Notariorum primicerium in numero proconsulum habemus,
1 tamquam comitis ei sem||per fasces cum curulibus dederimus. Praetorian[os non] longe ab
hoc abducimus, ut, qui ad tribunatum nom[inis] huius accesserint, Orientis siue Aegypti co-
2 mit[iuae] uideantur infulas consecuti. Tribunos residui [nomi]nis nemo dubitet uicariis exae-
3 quandos et praefe[ren]dos his, quos adepti honoris[6]) praecesserint. Reliqu[os] uero, quos do-
mesticum inter notarios et familiar[*es* no]bis nomen insinuat, parem gradum cum consularibus
[*ob*]tinere sancimus. ET CETERA. DAT. ID. DEC. CONSTANTINOPOLI SYAGRIO ET EVC[*HERIO*
*CONSS.*] a. 381

4 [7]) IMP. THEODOSIVS A. ET VALENTINIANVS CAES. HIERIO PPO. ORIENTIS POS[TALIA]: Qui
ex primiceriis notariorum ad inl(ustrem) meruerint [*magis*]tri a uigiliis atque laboribus proce-
dere summitatem, min[*i*]me redigendi sunt in ordinem ceterorum, qui honorarios meruerint
codicillos, quoniam et res ipsa, quod primum locum sunt militiae nobilis adsecuti, et publica
saepe impleta commoditas numquam otios*o*s fuisse testatur. ET CETERA. DAT. X KAL. OCT.
TOPISO[8]) THEODOSIO A. XI ET VALENTINIANO CAES. CONSS. a. 425

## XI DE MAGISTRIS SCRINIORVM[9])

1 [10]) IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD AMPELIVM PV. POST ALI[*A*]:
Magistros scriniorum nostrorum praeferri uolumus uicariana[*e*] potestati. ET CETERA. DAT.
III NON. IVL. NASONACI. ACC. III NON. SEPT. MODESTO ET ARINTHEO CONSS. a. 372

*R T* (10 *r. euanuit in T: desinit in* 23 consu)

1) et secundicerio *addit Iust.* 12, 7  2) *Iust.* 12, 7, 1: *de iungendis cf. ad* 3, 5, 10  3) *iunge* 6, 22, 5. 6, 26, 2  4) Med(iolano) *ins.* 6, 22, 5. 6, 26, 2  5) *iunge* 6, 22, 6  6) adeptis honoribus *Gothofredus*  7) *iunge* 6, 22, 8  8) Topiro *Mommsen*  9) *Iust.* 12, 9  10) *de iungendis cf. ad* 6, 7, 1

3 na[ri]orum $R^a$  huius] si huius *T*  4 mutauerint] *Iust.*, mutuauerint *R*, *deficit T*  post]—|suerint (suerint *expuncta*) *T*  6 praecipuae *RT*  ad] *Iust.*, *d (*non* *n) *R*, ac *T*  7 rem] rei *T*  iniquitator *T*  exteterit *R*  nouerit *Iust.*  8 offensionis *T*  discrimine *T*  9 [extinc]tum *T*  10 V *om.* $R^a$  aa. *T*  12 discesserit *T*  14 notarius] notarios *T*  15 uicarios *T*  at] ad *RT*  16 notario *T*  IIII] *R cum iungendis*, III *T*  17 apil. *R*  uiris clar. *om. T*  18 numero] mu— *T*  19 comites *R*  ei] es $R^a$  curialibus *R*  20 aducimus $R^a$  accerint *T*  21 exequandos *R*  24 sncimus $R^a$  26 pos[t alia] qui] eos qui *Cuiacius errore*  27 magistri] *Cuiacius*, in [—]tri (*non* ɔ in [—]tri) *R*: *uestigium* ɔ (= c *inuersum*) *ex antecedente pagina humore transfusum est*  30 commoditas $R^b$, moditas $R^a$  otiosus *R*

## [XII] DE COMITIBVS CONSISTORIANIS [1])

1 [2]) [*IMPP.*] ARCADIVS ET HONORIVS AA. SEVERINO PV. Comasii nos [*et*] Clearchi uirorum spectabilium dignitas admonuit, ut [3]) eos, qui tranquillitatis nostrae consis[*t*]orii dici comites meruerunt, proconsularibus [4]) aequari generaliter iuberemus, ut eorum *e*menso ordine ante omnes alios ipsi ui*n*dicent dignitatem [5]). DAT. VII KAL. OCT. CONSTANTINOPOLI THEODORO VC. CON*S*. a. 399

## [X]III DE COMITIBVS ET TRIBVNIS SCHOLARVM [6])

1 [7]) [*I*]MPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO PV. Praepositos ac tribunos scholarum, qui et d*i*uinis epulis adhibentur et adorandi principis facultatem antiquitus meruerunt, inter quos tribunos [8]) etiam sacri *s*tabuli et cura palatii numerantur, si primi ordinis comitiuam cum praepositura meruerint et casu ad altiora non peruenerint, deposito sacramento inter eos, qui comites Aegypti uel Ponticae dioeceseos fuerint, quorum par dignitas est, haberi praecepimus. 1 Sin absque honore comitiuae cuiuslibet scholae regimen fuerint nancti, absolutos militia inter eos qui duces fuerint prouinciarum numerari iubemus. ET CETERA. DAT. XII KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI LVCIO VC. CONS. a. 413

## XIIII DE COMITIBVS REI MILITARIS [9])

1 [10]) IMPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AMPEL[*IO*] PV. POST ALIA: Qui contemplatione meritorum, duc[*to*] intra prouincias transmarinas strenuissime mili[*te*], primi ordinis comitiuam fuerint consecuti, ea re[*ue*]rentia altissimarum dignitatum uiris subiungan[tur], ut his locum praestent, qui proconsulatus insign[*ibus*] adornantur. ET CETERA. DAT. III NON. IVL. NASONNACI [11]) M[*O*]DESTO ET ARINTHEO CONSS. a. 372

2 [12]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FLORENTINO PV. POST ALIA: Neminem militaris corporis uirum [*re*]uocari ad curiam liceat post primi ordinis comiti[*uam*], dummodo tam probata merita sudati diu laboris e*fructum anteacti operis adsequatur. 1 Ceterum si a quoquam haec fuerint sine usu prioris militiae ue[*l*] prima uel sola dedecorando ambitu turpiter impe[*tra*]ta, quia uidentur in fraudem quaesita, non prode[*runt*]. 2 Diutius tamen repeti non licebit, etiam *cum* secundi ordinis comitiuam praemiis inpetrarit. ET CETERA. DAT. XII KAL. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

3 [13]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO PV. POST ALIA: Eos, qui sub comitiuae primi ordinis dignitate peculiariter ad quamlibet prouinciam uel prouincias defendendas milite credito auctoritate nostri numinis destinantur, et eos, qui uicem inl(ustri)um uirorum magistrorum militum susceperint peragendam, ducibus, qui praeter Aegyptum et Ponticam in aliis prouinciis administrauerint, adaequamus. DAT. XII KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI LVCIO VIRO CLARISSIMO CON*S*. a. 413

*R*

[1]) *Iust.* 12, 10 [2]) *Iust.* 12, 10, 1 [3]) Comasii . . . ut *om. Iust.* [4]) spectabilibus proconsulibus *Iust.* [5]) iuberemus . . . dignitatem] decernimus *reliquis omissis Iust.* [6]) *Iust.* 12, 11 [7]) *Iust.* 12, 11, 1: *de iunge* 6, 15, 1. 6, 16, 1. 6, 17, 1. 6, 20, 1. 6, 14, 3 [8]) comites *Iust.* [9]) *Iust.* 12, 12 [10]) = *Iust.* 12, 12, 1: *de iungendis cf. ad* 6, 7, 1 [11]) acc. III non. Sept. *ins. iungendae* [12]) *de iungendis cf. ad* 6, 2, 20 [13]) = *Iust.* 12, 12, 2: *de iungendis cf. ad* 6, 13, 1

3 tranquillitatis $R^a$ 4 emenso] *Gothofredus*, menso *R* 5 uindicent *R* 6 conss. *R* 7 scolarum *R* 8 tribunus *R* 9 deuinis *R* 10 tabuli *R* 11 meruerint] $R^b$ *Iust.* (*KOI*), meruerunt $R^b$ *Iust.* (*X*) 12 praecepimus] *R* *Iust.* (*O*), praecipimus *Iust.* (*KI*) 13 sin (in *R*) absque] *R*, in aliisque (*uel* quoque) *Iust.* 15 conss. *R* cuiusl. scolae *R*, *om. Iust.* 17 et *om.* $R^a$ 21 nasonaci 6, 7, 1. 6, 9, 1. 6, 11, 1 24 e*—] *R* (*sic, non* qu): ei[us] *Vesme*, quem *Cui.* 27 cum] *Cuiacius*, com *R* 31 inlustrium] inl'um *R* 34 conss. *R*



## [XV] DE COMITIBVS, QVI INLVSTRIBVS AGENTIBVS ADSIDERVNT

1 [1]) [*I*]MPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AD PRISCIANVM PV. POST ALIA: [*Ad*]sessores, qui cum primi ordinis comitiua uirorum [*in*]l(ustri)um in actu positorum, siue in prouinciis siue in sacro [*c*]omitatu iuuerunt consilia uel iuuabunt, inter eos, qui uicariam praefecturam administrando meruerint, habe[*r*]i post militiam iubemus depositam, quoniam absurdum est primi ordinis comitiua decoratos inferiores esse uicariis sedis excelsae, quorum crescit dignitas, si cum uicaria potestate comitis primi ordinis insignibus decorentur. ET CETERA. DAT. XV [2]) KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI LVCIO VC. CON*S*. a. 413

## [XVI] DE COMITIBVS ET ARCHIATRIS SACRI PALATII [3])

1 [4]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO PV. POST ALIA: Archiatros intra palatium militantes si comitiuae primi ordinis nobilitauerit gradus, inter uicarios taxari praecipimus, siue iam pridem deposuerunt militiam siue postea deposuerint, ita ut inter uicarios et duces qui administrauerint et hos qui comitiuam primi ordinis meruerint nihil intersit nisi tempus, quo quis administrauerit uel comitiuae est indeptus insignia. ET CETERA. DAT. XII KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI LVCIO VC. CON*S*. a. 413

## XVII DE COMITIBVS, QVI PROVINCIAS REGVNT [5])

1 [6]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO PV. POST ALIA: Silentio non praeterimus [7]) hos, qui in administra[*tio*]ne ciuili ac prouinciae gubernaculis sub iurisdic[*tionis*] licentia comites quoque primi ordinis esse merue[*rint*]: nam hos quoque [8]) uicariae dignitatis post deposita[*m*] administrationem priuilegiis frui oportet. ET CETERA. DAT. XII KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI LVCIO VC. CON*S*. a. 413

## XVIII DE COMITIBVS VACANTIBVS

1 [9]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. EPIFANIO PV. Nullam honorabiles uiri in publicis salutationibus patiantur iniuriam, neue se illis ullus anteponat, qui primi ordinis comitiuam aut pretio impetrauit aut gratia. Licet enim unum nomen sit, tamen est meritis aestimandum, eosque solos tempora obseruare conueniet, qui post probatos labores in nostro palatio comites esse meruerunt. 1 Ac ne inpune ullius temeritas contra statutum nostrum possit audere, decem librarum auri officiis omnibusque, quos salutationis cura constringit, damnum praecipimus imminere. DAT. ID. OCT. RAV(ENNA) HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

*R* (*hiatus titulorum* 16. 17 *expleuit Iust., reliquos fere Cuiacius*)

[1]) *de iungendis cf. ad* 6, 13, 1 [2]) XII *leges iungendae* [3]) *Iust.* 12, 13 [4]) *Iust.* 12, 13, 1: *de iungendis cf. ad* 6, 13, 1 [5]) *Iust.* 12, 14 [6]) *Iust.* 12, 14, 1: *de iungendis cf. ad* 6, 13, 1 [7]) sil. non praeterimus *om. Iust.* [8]) nam hos quoque *om. Iust.* [9]) *Gothofredus recte iungit* 6, 26, 14 (Honorio VII et Theodosio II AA. conss.)

2 adsederunt (*sic, non* adsident) *R* 3 priscian: *R* 4 uiurum (*non* uiorum) $R^a$ 6 miruerint *R* habere *Cui. errore* 8 si] *R*, *om. Cui.* 9 conss. *R* 15 quo] quod *R* *Iust.* (*I*) indeptus est *Iust.* 16 conss. *R* 22 conss. *R* 26 praetio *R* 29 praecepimus *R*

## XVIIII DE CONSVLARIBVS ET PRAESIDIBVS

1 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE PPO. Eos, [*q*]ui consularitatis functi sunt dignitate, comitibus Italicianorum et Gallicianorum iure praeferimus, si quidem *h*aud exiguus sit titulus meritorum regere et gubernare prouincias. DAT. III KAL. OCT. AQVILEIA STILICHONE ET AVRELIANO VV. CC. CONSS. a. 400

## [XX] DE COMITIBVS ORDINIS PRIMI ARTIVM DIVERSARVM

1 [1] [*IM*]PP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO PV. POST ALIA: Ii, quos aut uulgaris artis cuiuslibet obsequium aut operis publici cura temporal*is* iniuncta aut rerum publicarum procuratio leuis commissa adeo conmendarit, ut comitiuae primi ordinis dignitate donentur, sciant se inter eos, qui consulares fuerint, amoto officio quod susceperant nominandos, nisi forte emolumentis contenti, quae tempore militiae perceperunt, spreto nomine ac [2] dignitatem consularis uiri duxerint respuendam, ne conlationis onus sustineant uel frequentare senatum aliosque huiuscemodi conuentus, qui honoratorum frequentiam flagitant, conpellantur. ET CETERA. DAT. XII KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI LVCIO VC. CON*S*. a. 413

## XXI DE PROFESSORIBVS, QVI IN VRBE CONSTA(NTINO)POLITANA DOCENTES EX LEG*E* MERVERIN[T] *COMITIVAM* [3]

1 [4] IMP. THEODOSIVS A. ET VALENTINIANVS CAES. THEOFILO PV. Grammaticos Graecos Helladium et Syrianum, Latin[*um*] Theofilum, sofistas Martinum et Maximum et [*iu*]risperitum Leontium placuit honorari codicil[*lis*] comitiuae ordinis primi, iam nunc a nostra ma[*ies*]tate perceptis, ita ut eorum, qui sunt ex uicariis, di[*g*]nitate potiantur. Qua in re quicumque alii ad id doc[*tri*]nae genus, quod unusquisque profitetur, ordinati [*pro*]dentur, si [5] laudabilem in se probis moribus uit[am] esse monstrauerint, si docendi peritiam facund[*i*]amque dicendi interpretandi subtilitatem cop[i]a[m] disserendi se habere patefecerint et coetu amp[lis]simo iudicante digni fuerint aestimati, qui in me[*mo*]rato auditorio professorum fungantur officio, ii quoque [6], cum ad uiginti annos obseruatione iugi ac sedulo docendi labore peruenerint, isdem, quibus praedicti uiri, dignitatibus perfruantur [7]. DAT. ID. MART. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO AVG. XI ET VALENTINIANO CAESARE CONSS. a. 425

## [XXII] DE HONORARIIS CODICILLIS

1 [IMP. C]ONSTANTINVS A. AD SEVERVM PV. [8] Si quis iudicio nos[*t*]ro se adeptum codi-

*R* (*supplementa tituli* 21 *debentur Iust., reliqua fere Cuiacii sunt*)

[1] *iunge* 6, 13, 1 *et quae ibi laudantur* [2] ac] et *Mommsen*, hoc *Gothofredus* [3] *Iust.* 12, 15 [4] *Iust.* 12, 15, 1 [5] Grammaticos tam Graecos quam Latinos, sophistas et iuris peritos in hac regia urbe professionem suam exercentes et inter statutos connumeratos, si *reliquis omissis Iust.* [6] qui in . . . quoque *om. Iust.* [7] isdem . . . perfruantur] placuit honorari et his qui sunt ex uicaria dignitate connumerari *Iust.* [8] pu. *del.* (*Seuerus pu. fuit a.* 325. 326)

3 haud] aut *R* 4 stilicone et auriliano *R* 9 temporales *R* 10 primi] pri *R*a 15 conss. *R* 17 lege] leg *R* 18 comitiuam] *Iust., om. R* 23 ordinati [pro]dentur *R* (prodentur *restituit Gothofredus*), ordin dentur (*sic*) *Cui.* 25 interpraetandi *R* patefacerint *R* 27 hii *R* 28 hisdem *R* 29 caesare* *R*



cillos adstruxerit et idem uel superna codicillorum inpressio uel scribtura adstipuletur interior, tamen si ad hoc pecuniam constabit speratam, nihilo minus reiectus in plebem, quo plus ex-
1 torquere conatus est, abdicetur. Hos enim solos, qui intra [*p*]alatium uersati sunt uel administrationibus functi, ad honores excipi oportebit, ceteris cunctis exemptis et curiis restitutis.
2 Si qui tamen bonorum uirorum suffra[*gi*]o nulla data pecunia, uel prouinciae legatione suscep[*ta*] nostris sunt obtutibus inlustrati, hi duumuiratus curas [*fla*]monium prouinciae lucrati
3 cetera munerum publicorum obire non abnuant. Qui uero coemptis procurationum administrationibus post lucra de fisco captata uacationem meruerunt, siue perfectissimi sunt siue
4 inter [1] egregiorum ordinem locumque constiterint, decuriones nominentur. Quibus illi quoque addendi sunt, qui neque ex administrationibus sunt et tamen ut perfectissimi delitescunt. DAT. X KAL. FEB. SIRMIO. ACC. NON. APRIL. CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS. a. 321

2 [2] IMP. CONSTANTIVS A. ACONIO [3] VICARIO AFRICAE. Ab honoribus mercandis per suff-
1 ragia uel qualibet ambitione quaerendis certa multa prohibuit. Cui addimus, ut, quicumque fugientes obsequia curiarum umbras et nomina adfectauerint dignitatum [4], tricenas libras argenti inferre cogantur; manente illa praeterita [5] inlatione auri, qua perpetua lege constricti sunt. PP. V KAL. DEC. [6] ACC. XVII KAL. IAN. THAMVGADI VRSO ET POLEMIO CONSS. a. 338

3 IDEM A. AD MARCELLINVM PPO. Cuncti, qui per suffragia praesidum aut rationalium
1 adepti sunt dignitatem, a i[*u*]dicibus iniuncta protinus exsequi debent. Nam si saep[e] de palatio serenitatis nostrae ad exactiones mit[tun]tur, neque his honor in quo sunt positi opem praestet, u[ti]litate publica praeualente: tanto magis opor[tet] iussis obsequi, parere praeceptis, inseruire ma[n]datis eos, qui dignitatis fructum, antequam m[e]rerentur, adepti sunt, praesertim
2 cum et statum suarum nouerint ciuitatum et nullius exactionis rationem ignorent. Illos autem ad huiusmodi off[i]cia minime deuocari oportet, quicumque in re publica prouinciarum assecuti sunt debitas dignitat[es], et per administrationis seriem atque actus in summo splendore uersati sunt. DAT. IIII KAL. IVL. ACINDYNO ET PROCVLO CONSS. a. 340

4 [7] IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AMPELIO PV. POST ALIA: Qui contemplatione meritorum honor[a]rios magisterii equitum adepti sunt codicillos, ea reuerentia altissimarum dignitatum uir*is* subiungantur, ut his locum praestent, qui proconsulatus insignibus adornantur. ET CETERA. DAT. IIII NON. IVN. [8] NASONNACI MODESTO ET ARINTHEO CONSS. a. 372

5 [9] IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD VALERIANVM PV. POST ALIA: Omnes, qui extra palatium constituti codicillis proconsularibus uel epistul*is* uicariorum uel insignibus consularium emendicatis atque adsimulaticiis uestiuntur, his, quos administratio uel militia prouexit, uolumus esse postpositos. DAT. IIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) [10] SYAGRIO ET EVCHERIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 381

6 [11] IDEM AAA. FLORO PPO. POST ALIA: Officiis publicis atque militiae || muneribus ex-

*R T* (*incipit* 18 protinus)

[1] intra *Gothofredus* [2] *ex parte gemina* 12, 1, 24: *iunge* 12, 1, 25. 26 [3] *rectius* Aconi: Catullino *addit* 12, 1, 24 [4] etsi eos spes falsi honoris inluserit *inserit* 12, 1, 24 [5] praeterea *Gothofredus* [6] accepta Karthag. prid. id. Dec. 12, 1, 24: dat. V kal. Nou. Emesa 12, 1, 25: d. kal. Nou. 12, 1, 26 [7] *de iungendis cf. ad* 6, 7, 1 [8] dat. III non. Iun. acc. III non. Sept. *iungendae* [9] *iunge* 6, 10, 2. 6, 26, 2 [10] acc. XII k. Mai. *inserit* 6, 10, 2 [11] *iunge* 6, 10, 3

3 solus *R* 4 curiis *R*, suis *Cui. errore* 5 suffragio] *Cui.*, suffra**a *R*? 6 flamonium] *Mommsen*, testimonium *Cui.* 7 coemtis *R* 9 decoriones *R* 10 delitiscunt *R* 12 imp. constantius a.] *R cum* 12, 1, 24. 25, impp. constantius et constans aa. 12, 1, 26: *re uera est Constantis* 14 umbra et numina adfectauerint dignitatum *R*, affectauerint adumbratae nomina dignitatis 12, 1, 24 *rectius* XXX argenti libras 12, 1, 24 16 ian.] iun. *R*, *cf.* 12, 1, 24 (*not.* 6) 17 suffragia *R*a 18 a] *R, om. Cui.* exequi *R* 19 serenitati *T* 20 prestet *R* utilitatem publicam *T* ualente *T*a tanto] *T*, quanto *R* 22 suarum] *R, om. T* ratione ignore nullus *T* 23 ad] ab *T* re *om. T* 24 administrationes *T* adque *T* 25 acyndino *R*, aquyndino *T* 28 uiris] *Gothofredus*, uires *R*, dires *T* 32 constituti *om. T* 33 adque *T* adsimilaticiis *T* 34 prouixit *T* 35 uiris clar. *om. T* 36 adque *T* miliae *R*

pertes, quos habent secretae quietis umbracula, quibus honorum omnium species suffragio est
magis parta quam merito, inter se potius uolumus de tempore agitare discrimen, quam cum
his ulla usurpatione coniungere, quos non adumbratis honoribus, sed in actu positis im-
mortalitate [1]) coniunximus. DAT. ID. DEC. CONSTANTINOPOLI SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS. a. 381

7 [2]) IDEM AAA. POSTVMIANO PPO. In honoribus hunc ordinem uolumus custodiri, ne sin-
gulorum quorumque codicillariae dignitates his, qui insignia administrationis gesserint, prae-
ferantur, scilicet ut, quoniam sublimis apicem praefecturae ordo proconsularium sequitur digni-
tatum, quisquis uicariae potestatis administratione perfunctus ex praefectis impetrauerit codi-
cillos, intellegat sibi omnimodis non usurpandum, ut inter eos, qui gestae gaudent amplitu-
dine praefecturae, ordinem salutationis officiumque praesumat, sed inter proconsulares uiros,
qui tamen eiusdem potestatis securem meruerint fascesque susceperint, in publicis officiis rite
praebendum locum sibi patere cognoscat, his tamen anteferendum se, qui impetratis forte pro-
consularibus codicillis absque administrationis priuilegio imaginarias tantum atque honorarias
meruerint dignitates. Et id quidem circa illos censemus esse seruandum, qui uicarias gesse-
1 rint potestates. Ceterum quisquis ex numero ordinariarum potestatum (seu consularis admini-
strationis seu nominis praesidalis) ex praefectis aut etiam ex proconsulibus honorarios impe-
trauerit codicillos, praestitutum in de||ferendis obsequiis ordinem post eos sibi int[elle]gat esse
seruandum, qui administrando uicar[ias] gesserint potestates: hac tamen, quantum ad or[di]-
nariarum potestatum spectat meritum, discr[eti]one seruata, ut his, qui praesidalis administ[ra]-
tionis gesserint dignitates, seu epistulas ex uica[ri]is siue ex proconsulibus seu, quod adpeti
intempe[sti]uius solet, ex praefectis meruerint codicillos, ce[s]sante omni ambitionis studio
debeat anteferri, [qui] perfunctae priuilegio administrationis susc[eptas] in prouinciis consulari-
2 tatis gesserit dignitates. M[e]mor quisque tamen honorum, memor quisque meri[torum] ex
his, qui qualibet administratione perfuncti s[unt], eum gradum honorariae aditionis petat,
3 quem p[ro]ximiore confinio loco ordinis sui cognoscit esse contiguum. Quod si quis negle-
xerit ordinem constitutum uel amplius in isdem honorariis dign[i]tatibus usurpandum impe-
trandumque crediderit, qua[m] proprii loci ratio et forma permittit, sciat se non solum eo
quod contra legem impetrauerit esse priuandum, sed uiginti quoque auri lib(ris) multandum.
DAT. IIII KAL. IVN. CONSTANTINOPOLI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383

8 [3]) IMP. THEODOSIVS A. ET VALENTINIANVS CAES. HIERIO PPO. Lege auita [4]) probatum
est, si quis per gradus suo ordini conpetentes impetratis honorariis codicillis ad summum
praefecturae peruenisset usque fastigium, non praerogatiua temporis uteretur nec aduersus
eum, qui indeptus insignia magistratus re ipsa quod meruisset inplesset, quia interuallo fuisset
forte praegressus aut praeuenisset imaginario eandem, quam ille actu inlustrauit, apice [d]igni-
tatem, sibi crederet adrogandum, sed modis omnibus sciret se in officiis publicis ei postfe-
rendum, qui eundem locum positus in potestate gessisset. Hoc nos quoque uolumus custo-

*R T* (*desinit in* 35 postferendum)

[1]) positos immortalitati *Gothofredus* [2]) *c. 7 et die et argumento cohaeret cum* 6, 5, 1 *ad Clearchum pu. data* [3]) *iunge* 6, 10, 4 (*inserenda ante* § 1) [4]) *c. 7*

1 quietis] quis *T* rum omnium . . . 2 merito *bis T: post dillographiam tertia uice* rum omnium $T^a$ 6 codicellariae dignitatis *T* praefecturantur *T* 7 sublimes *T* 8 administratione perf. ex praefectis *om. T* administrationis $R^a$ 9 sibi] si *T* 10 odinem $T^b$ praesumant *R*, praesuma— *T* 11 secures *Mommsen* 12 praeuendum *T* cognoscant $R^a$, cognost *T* 13 adque *T* 15 potestatem *T* 17 ordine *T* esse *om. T* 18 gesserit *T* 19 praesidalibus $T^a$, primasidalis *R* 20 dignitatis $T^a$ 21 intempestatiuius *T*, intempe—uis *R* 22 administrationes *T* susceptas] *T*, susc— *R*, susceptae *Cui.* proinciis $R^a$ co*solaritatis g. dignitatis *T* 23 tamen . . . quisque *om. T* 24 administrationis $R^a$ (*sic*), administrationes *T* perfuncti sunt] perfuncti s— *R* (*non* perfunctis) 25 quem] *R*, quod *T* neclexerit *R* 26 hisdem *TR* dign*tatius *R* 27 se] *R*, ei *T* 28 petrauerit $R^a$ sed . . . multandum *om. T* 29 iun.] *T cum* 6, 5, 1, ian. *R* 30 auita] habita *T* 32 fatigium *T* 33 fuisset] fuerit *R* 34 dignitate *T* 35 abrogandum *T* 36 hoc] *R*, id. *Cui. errore*



diri, ne quis sibi adpetat, siue imaginarios siue inter agentes codicillos acceperit, ut ei qui
1 egerit ratione temporis praeferatur. Quin *et* de consistorianis comitibus hoc nobis uniuersi
placere cognoscant, ut hi*s*, qui uel absentes sunt [fa]cti uel testimonialibus tantum adepti sunt
dignitatem, praecedant qui admitti intra consistorii arcanum meruerunt et actibus interesse
et nostra adire responsa, praeterquam si de aliquibus professionum et militiae meriti*s* scrini-
orumque sacrorum emensis sudoribus lege specialiter est statutum, quod et aui nostri sanctio
2 promulgauit et nostra mansuetudo constituit. Ita ut [1]) omnibus conuentibus officiis adque
consessibus legem executioni tradi tua celsitudo prouideat, id est ut prior sit semper ille, qui
loci sui administratione perfunctus est, nec umquam honor delatus ex debito ei, qui ad si-
3 militudinem tribuitur, conparetur. Nemo igitur sibi arbitretur annorum adnumeratione plau-
dendum: quod inter eos tantummodo ualere decernimus, qui se aut actibus subsecuntur aut
4 codicillorum parili imagine fulciuntur. Non alias adspiraturo quoquam ad consistorianorum
comitum dignitatem, nisi ad eius claritudinem uiam sibi ex constitutionis auitae norma prae-
s*t*ruxerit. DAT. X. KAL. OCT. *TO*PISO [2]) THEODOSIO A. XI ET VALENTINIANO CAES. CONSS. a. 425

## XXIII DE DECVRIONIBVS ET SILENTIARIIS [3])

1 [4]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. VRSO PV. ET AVRELIANO PPO. OR(IENTIS) ET
STRATEGIO PPO. ILL(YRICI) [5]). Decuriones nost*r*i palati[i post] emensum fideliter obsequium,
post deposita sac[ra]menta militiae, ex quo haec sanximus, inter eo[*s*] qui ex ducibus sunt,
tamquam et ipsi administraueri[*nt*], esse praecipimus in adoranda nostra serenitate, ut [*in*] sa-
lutandis administratoribus et reliquis praedicti [*ho*]noris priuilegiis, sed ita, ut in amplissimo
et uenerab[*i*]li ordine inter allectos et inmunes a senatoriis di[*s*]tributionibus habeantur nec
descriptio glebalis eos i[*d*]eo adtineat [6]). DAT. PRID. KAL. NOV. CONSTANTINOPOLI HONORIO *A.*
X ET THEODOSIO A. [*VI CONSS.*] a. 415

2 [7]) IDEM AA. VENANTIO PPO. [8]) Vnusquisque decurio uel silentiarius, siue post hanc mi-
litiam honoratam quietem elegis[*se*] fuerit adprobatus, siue ad superiorem gradum successu
meliore transscenderit, nihil, quod honoratis pro rerum necessitate iniungitur, cogatur exsol-
uere; sed [9]) a tironum et equorum praestatione habeantur inmunes, nudam conlationem quae
plerumque poscitur soluant [10]); nihil his ulla potestas iniungat aut necessitas inponat. DAT.
VII ID. MART. RAV(ENNA) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

3 [11]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLAVIANO PPO. Decurionibus et silentiariis
uel his, qui post hanc militiam honoratae quietis otio perfruuntur, uel [12]) ad superiorem gra-
dum successu meliore transcendunt, omnia priuilegia, quae iam dudum diuorum principum
1 iudicio meruerunt, legis istius praeceptione noueris esse firmata. Illa quoque, quae prioribus

*R*

[1]) in *inserit Gothofredus* [2]) Topiro *Mommsen* [3]) *Iust.* 12, 16 [4]) = *Iust.* 12, 16, 1 [5]) per Illyricum *Iust.* [6]) militiae electionem habeant, siue ex magistro officiorum uelut agentes dignitatem consequi a nostra maiestate maluerint, siue inter uiros illustres comites domesticorum, uidelicet inter agentes taxari, ut tam in adoranda n. seren. quam in salutandis . . . priuilegiis nec non in nostro consistorio his honor omnifariam obseruetur *Iust.* [7]) *Iust.* 12, 16, 2 [8]) comiti rei priuatae *Gothofredus, cf.* 11, 28, 13 [9]) siue post . . . sed *om. Iust.* [10]) habeatur immunis, nullam collationem . . . soluat *Iust.* [11]) *pr.* § 1 = *Iust.* 12, 16, 3 *pr.* § 1 [12]) uel his . . . uel] etiam si *Iust.*

1 sibi] si quis $R^a$ adpetat] *R*, expetat *Cui. errore* 2 quin et] qui nec *R* 3 cognogant $R^a$ his] *Beck*, hii *R* facti] *Vesme*, **cti *R*, *om. Cui.* 5 meriti *R* 11 intr eos $R^a$ 13 praestuxerit *R* 14 topiso] 6, 10, 4, piso *R* 16 auriliano *R* ppo. or.] *Iust.*, pr ɔ (ppo.?) or. *R* 17 nostrti *R* 18 postque *Iust.* sancximus *R* 19 ut] u* (t?) *R*, et *Cui. errore* 21 de*tributionibus *R*, describtionibus *Cui.* 22 ideo] *Cui.*, in eo *Seeck* honorio a.] honoro *R* 26 exsuluere $R^a$ (*em. m. recens?*) 27 prestatione *R* 28 imponatur *Iust.* 31 quietip $R^a$ 32 transcendant $R^a$ 33 noueris] *Iust.*, noueres $R^a$, nouere $R^b$

indultis || omissa uidentur, *a*dicienda esse censemus, ne [1]) angarias uel parangarias siue para-
2 ueredos ulla eis am[p]lissimae praeceptionis inponat auctoritas. A sordidis quoque muneribus,
excoctione calcis et superindicticiis titulis, non praeiudicatura quacumque generalitate prag-
3 matic*i* [2]), peculiari eos beneficio esse iubemus alienos [3]). Permissa [4]) ueniendi ad comitatum
licentia praeter euocatoriae securitatem, et [5]) multa decem librarum auri iudicibus prouinciarum
eorumque officiis infligenda, si statuta numinis nostri crediderint esse temnenda. DAT. VIIII
KAL. APRIL. RAV(ENNAE) AETIO ET VALERIO CONSS. a. 432

4 IDEM AA. DARIO VIRO INLVSTRI PPO. ORIENTIS. Decurionum et silentiariorum meritis
prouocati conlata in eos beneficia, quae dominus ac filius noster Valentinianus semper Au-
gustus erga eos contulit [6]), confirmamus, specialibus eosdem priuilegiis honorantes, ut eorum
uidelicet possessiones nullas angarias siue parangarias uel etiam paraueredos alicuius calum-
1 nia dare cogantur, nec sordidis sint adstricti muneribus. Omni quoque eos excoctione calcis,
omni superindicti grauamine liberamus [7]), licentiam post militiam tribuentes, ut, ubi eis fuerit
uisum, etiam accedend*i* ad sacratissimum comitatum habeant facultatem, prouinciarum recto-
ribus eorumque apparitionibus denarum librarum auri dispendio feriendis, si mansuetudinis
1a nostrae statuta uiolare temptauerint. [8]) His addimus, ut, cum optatam quietem acceperint et
inter [9]) senatores coeperint numerari, honore curiae sine aliqua functione lae||tentur, inmu*n*i-
tatisque gaudio plena dignitatis l[ae]titia potiantur, nec praetoriano nomine pulsandi nec gle-
1b bali onere praegrauan[*di*], sed [10]) ut dignitatem solam habeant ex senatu [11]). Do[*mus*] quoque
eorum uel in hac sacratissima urbe uel i[n] qualibet alia positas ciuitate immunes ab omn[i]
hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine [uin]dicamus: sub hac uidelicet definitione, ut tri-
ginta tantummodo numero haec priuilegia consequantur, decuriones quoque tres, quos num-
2 qua[*m*] plures fieri inueterata consuetudo permisit [12]). [13]) S[e]d eos tum demum potiri decer-
nimus benefici[*is su*]pra scribtis, cum continuos tredecim annos [*in*]culpatas excubias peregerint.
3 Inlustris auctoritas [*tua*] statuta nostrae clementiae edictis propositi[*s*] ad omnium notitiam
faciet peruenire. DAT. XVI[*I*] KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI POST CONSVLATVM ISIDORI ET
SENATORIS VV. [*CC.*] a. 437

## [XXIIII] DE DOMESTICIS ET PROTECTORIBVS [14])

1 [*IMP.*] IVLIANVS A. SECVNDO PPO. Scias senum capitum domesticis per singulas quasque
scholas quinquagenis iussis in praesenti esse iuxta morem debere praestari, ceteris, qui ultra
numerum in praesenti esse uoluerint, neque annonarias neque capitum esse mandandum, sed
omnes cogendos ad plurimos [15]) suos ac ter*r*as redire. DAT. XV KAL. SEPT. ANTIOCHIAE MA-
MERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

2 [16]) [*IM*]PP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SEVERVM COMITEM [*D*]OMESTICORVM. Do-
mesticorum filios uel propin[*qu*]os paruos uel inpuberes domesticorum coetibus [*a*]dgregamus,
ita ut non solum matriculis inseran[*t*]ur, uerum etiam annonarum subsidiis locupletentur.

---

*R* (*hiatus expleuit Cuiacius*)

1) illa . . . ne] nec *Iust.* 2) non. p. q. gen. pragmatici = *Iust.* 12, 16, 3 *pr. fin.* 3) § 3 = *Iust.* 12, 16, 3 § 2 *fin.* 4) eis *ins. Iust.* 5) et *om. Iust.* 6) *c.* 3 7) nec sordidis . . . liberamus] *haec re, non uerbis redeunt in Iust.* 12, 16, 3 § 1 8) § 1a = *Iust.* 12, 16, 3 § 3 *in.* 9) uiros illustres *inserit Iust.* 10) nec praetoriano . . . sed *om. Iust.* 11) § 1b = *Iust.* 12, 16, 3 § 2 *in.* 3 *fin.* 12) quos . . . permisit *om. Iust.* 13) § 2 = *Iust.* 12, 16, 3 § 4 14) *Iust.* 12, 17 15) lares? 16) *iunge c.* 3

---

1 dicienda *R* 5 euocatoriaes *R* 6 contemnenda *Iust.* 10 eodem *R*a 12 gogantur *R*a 14 accedenti *R* 17 inmutatisque *R* 18 patiantur *R* nomin*|ne *R* gleuali *R* 20 uel . . . uel] *R cum Iust.* 12, 5, 2 § 1, non tantum . . . sed *Iust.* 12, 16, 3 § 2 21 hac] ea *Iust.* 22 haec] ea *R* numquam] numero *Cui. errore* 23 tunc d. perpotiri *Iust.* 24 continuus *R* 26 XVIII *Cui.* 27 VV. CC. *om. Cui.* 30 quinquagenas *Cui. errore* 32 ternas *R*, terninos *Cui.* anthiociae *R*



Quaternas etenim annonas eos, quos armis gestandis et procinctibus bellicis idoneos adhuc
non esse constiterit, in sedibus iubemus adipisci his condicionibus, ut annonae, quae amplius
insumuntur uel per tractorias deferuntur, recidantur. DAT. XIIII KAL. SEPT. [1]) DIVO IOVIANO
ET VARRONIANO CONSS. [1a]) a. 364? 365

3 [2]) IDEM AA. AD SEVERVM COMITEM DOMESTICORVM. Sicuti uariis itineribus protectorum
domesticorum schola conprehensos ad eam uenire perspicimus, ita etiam sportularum diuersa
esse debebit insumptio. Graue enim admodum est uiros post emensum laborem, qui nullius
rei cupidiores fuere quam gloriae, huiuscemodi erogationibus fatigari; eos tamen penitus sol-
lemnitas inter [3]) quinos et denos solidos sportularum nomine primatibus distribuere praeci||-
1 pimus. Eos autem, qui uel suffragio uel poten|[*tium*] gratia sacram purpuram adorare per-
uene[*rint*] [4]), quinquagenos solidos uolumus insumere. DAT. [*XIIII*] KAL. SEPT. MED(IOLANO)
DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. [5]) a. 364? 365

4 [6]) IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD EVSIG[NIVM] PPO. Domestici
ac protectores osculandi, cum salut[a]uerint, uicarios tui culminis habeant potestatem. Po[e]na
enim sacrilegii similis [7]) erit, si his honorificenti[a] non deferatur, qui contingere nostram pur-
puram digni sunt aestimati. DAT. PRID. NON. MART. MED(IOLANO) VALENTINIA[*NO*] A. III ET
EVTROPIO CONSS. a. 387

5 [8]) IDEM AAA. ADDEO COMITI DOMESTICORVM. Omnes, qui do[*mes*]ticorum iniuncti nomini
numquam nostris ob[*sequi*]is inhaeserunt neque certis quibusque officiis deputati p[*u*]blicas ex-
1 secuti sunt iussiones, protinus *m*atriculis eximantur. Deinde ii, qui amissam militiam nos[*tro*]
iudicio receperunt, si quidem post unius anni siue b[*i*]ennii spatium loco sunt pristino resti-
tut*i*, in suo ordine permanentes fructum beneficii non amittant: sin uero longo post tempore
ambitione atque suffragiis, ut rursus sociarentur, enisi sunt, ita nouissimorum numero iun-
gantur, non ut nunc sternantur extremi, sed ut eum unusquisque optineat locum, in quo esse
eo tempore potuit ultimus, cum esset post biennium restitutus. DAT. PRID. KAL. IAN. CON-
STANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VIRO CLARISSIMO CONSS. a. 393

6 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ADDEO COMITI ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE.
Diuale praeceptum [9]), quod supplicantibus domesticis dudum deuotissimis laboriosos praetulit
otiosis et abuti prohibuit temporis priuilegio eos, qui sibi potius || [*qu*]am rei publicae omni
militiae suae tempestate ui[*xi*]ssent, erga protectores quoque ualere praec*i*pimus *a*c uolumus
1 inconcussum aeternumque durare, ut [*s*]emper renouari possit. Inlustris itaque auctoritas tua
et eos militia soluere non morabitur, quos nihil umquam uel necessitatibus nostris uel expe-
ditionibus bellicis profuisse constiterit, et his locum priorem auctoritate huius legis decernat,
quos uiderit otiosis oportere praeferri. DAT. V NON. OCT. CONSTANTINOPOLI OLYBRIO ET PRO-
BINO CONSS. a. 395

7 [*IM*]PP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. EPIFANIO PV. Domestici atque [*pr*]otectores, cum
primum ad decemprimatus gra[*du*]m ordine militiae temporis prolixitate peruenerint, statim sibi
praeter primicerium decem sequentes senatoriam uindicent dignitatem seque cum allectione
clarissimos nostro iudicio gratulentur, recedentibusque proceribus succedens sibi per matriculae
1 ordinem usque ad praescribtum modum uindicet, quisquis accedit. Ad nullas praeterea sena-

---

*R* (*hiatus expleuit Cuiacius*)

1) Med(iolano) *inserit c.* 3 1a) post cons. diui I. et V. *Seeck Regesten* 71 2) *iunge c.* 2 3) penitus sollemniter *Pithoeus*, ne penitus sollemnitas intereat *Gothofredus* 4) promeruerint *Gothofredus* 5) *cf. n.* 1 6) *Iust.* 12, 17, 1 7) *sic etiam Iust.* paene enim sacrilegii simile *Mommsen* 8) *Gothofredus iungit* 1, 5, 10. 1, 7, 2, *ubi tamen Addeus magister militum nominatur: probabilius nomen Addei hoc loco uero nomine comitis domesticorum omisso ex c.* 6 *suppletum est* 9) *c.* 5

---

1 procinotibus *R* idoneus *R* 3 septb. *R*b, sptb. *R*a 5 sicut u *in litura scripsit R* 6 sola *R* conpraehensos *R* 8 paenitus *R* 9 solidus *R* 10 potentium] *Gothofredus*, potentia uel *Cui.* 11 XIIII *Cui. ut uidetur ex c.* 2 20 patriculis *R* hii *R* 21 restituti in] restituin *R* 24 sternantur] *R*b, truantur *R*a optinuat *R* 30 praecepimus [*]*c (hac?) uolumus *R* 40 prescribtum *R*

torii ordinis uocentur expensas, quibus non ambitio, set meritum et nostrum spontaneum cognoscitur iudicium detulisse. DAT. VI KAL. IAN.[1]) RAV(ENNA) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS. a. 414

8 IDEM AA. MONAXIO PPO. Deuotissimis domesticis, quos nobis, ut indicio nominis apparet, familiarius militando . . . . . optatam protulimus sanctionem, ut praeter primicerios decem primi eorum, cum ad memoratum decemprimatus gradum peruenerint, statim clarissimo nomine decorentur et inter allectos uelut exconsulares habiti senatoria se praeditos gaudeant dignitate; ad eundem clarissimatus honorem sequentibus, cum pri||ores exierint, accessuris: ita tamen, ut immunes [a] sen[a]toriis functionibus penitus habeantur. DAT. XV KAL. D(EC.) CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS. a. 416

9 IDEM AA. MONAXIO PPO. Deuotissimos protectores, qui ar[ma]tam militiam subeuntes non solum defendendi [cor]poris sui, uerum etiam protegendi lateris nostri soll[ici]tudinem patiuntur, unde etiam protectorum nom[*en*] sortiti sunt, inglorios esse non patimur, sed ut deuo[tis]simis nuper protectoribus domesticis, ita his quoque ho[no]rem congruum condonamus, ut praeter primiceri[um] decem primi eorum clarissimatus dignitate fulcia[n]tur et per ordinem primis exeuntibus, qui ad decem primorum numerum uocante gradu subierint, continu[o] cum ipsa loci accessione [2]) clarissimatus sibimet uindicent dignitatem et in amplissimo ordine inter alle[c]tos uelut ex consularibus habeantur nullis senatorii[s] muneribus adstringendi. DAT. XV KAL. IAN. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS. a. 416

10 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HIERIO PPO. Praeter primicerios protectorum domesticorum decem primi scholarum, cum ad huius uocabuli dignitatem deuote ac strenue militando peruenerint, statim clarissimatus honore decorati inter adlectos ueluti ex consularibus esse mereantur, ita ut et a senatoriis functionibus penitus habeantur inmunes nulloque extrinsecus onere praegrauentur, ceteris quoque, ubi egressis prioribus ad praedictum suo ordine numerum locumque conscenderint, priuilegiis paribus honorandis. DAT. XVII KAL. APRIL. HIERIO ET ARDABVRE CONSS. a. 427

11 [3]) IDEM AA. HELIODORO PV. Constantinopolitani amplissimi || [co]etus consensu nostroque iudicio domestici decursis [gr]adus stipendiis sub eo sint genere senatores, ut primicerius quidem post acceptum tribunatum inter eos [4]) [d]ignitate potiatur, qui ducatum agere meruerunt, alii uero, qui decursis stipendiis ab eodem decem usque numero subsequuntur, his quibus iam ante decretum est dignitatibus [5]) perfruantur, sed ita, ut inter eos sine dubio censeantur, qui inmunitatem sibi laboribus redemerunt.
1 Vt fructus domesticis impio termino consequenti, etiamsi mortalitas interuenerit, perire non possint, sed quodammodo superstes illis solacii seruetur occasio, ac si primicerii limen ingressi in ipsa desideratae spei longa expectatione fructus interruperit fati necessitas, non statim qui praecerpat eos, quem uocat secundus ordo, succedat, sed liberis successoribusque tantum gradu uenientibus agnatorum, quorum maxime cura emolumentorum perceptione gaudebat, residui temporis usque ad annum quae debentur sollemniter colligantur. DAT. III ID. IVN. CONSTANTINOPOLI VALERIO ET AETIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 432

*R T* (*incipit* 7 iti senatoria)

[1]) Iun. *Gothofredus propter praefecturam Albini, cf.* 13, 5, 38 [2]) cum ipsa loci accessione *redeunt in Iust.* 12, 17, 2 *extr.* [3]) *pr. inde a. u.* 28 primicerius . . . 31 perfruantur = *Iust.* 12, 17, 2 [4]) spectabili *inserit Iust.* [5]) quibus . . . dignitatibus] consulari id est clarissimatus dignitate *Iust.*

5 militando | ptatam *R*: *hiatum indicauit Mommsen* 7 abiti *R* audeant $T^a$ 8 prioris *T* 9 a *uidetur extitisse in R, om. T* paenitus *R* 12 lateri *T* 13 protectorum . . . patimur *om. T* 15 dignitatem *T* 16 decempriorum *T* subierunt *T* 17 uuindicent *T* 20 primicerios] micerios $T^a$, imicerio $T^b$ protectortum $R^a$ 21 scolarum *T* 23 paenitus *R, om. T* extrinsecus . . . 24 quoque *om. T* 27 con[sen]sum *T* 29 post *om. T* dignitatem *T* 30 numerum *T* sobsequuntur *R* his *T, om. R* 31 est] *R*, ***t *T* fruantur *T* 33 possit *T* quodadmodo *R* [i]llius solaciis *T* 34 ingressus $R^a$ expepctatione $R^a$ 35 interruperint *RT* qui] pqui $R^a$ praecespat *T* 36 successionibusque *T* 37 praeceptione g. residus *T*



# XXV DE PRAEPOSITIS LABARVM [1])

1 [2]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MONAXIO PF. P. Qui ex [deuo]tissimis domesticorum scholis praepositi laba[rum] nostro iudicio et stipendiorum sudoribus prom[ouen]tur, ad similitudinem decem primorum dome[stico]rum clarissimi [3]) sint inter allectos, ita ut ex con[sula]ribus habeantur. Nam et senatorio nomine [4]) et inmu[nita]te digni sunt, quos nostri lateris comitatus inlu(strat). DAT. III ID. NOV. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. VII ET PALL[ADIO CONSS.] a. 416

# XXVI DE PROXIMIS, COMITIBVS DISPOSITIONV[M] CETERISQVE, QVI IN SACRIS SCRINIIS MILITAN[T] [5])

1 IMP. IVLIANVS A. AD SECVNDVM PPO. In rebus prima militia est: secundus in litterarum praesidiis pacis ornatus. Ideoque scriniorum nostrorum merita perpendentes secundum eis in priuilegiis locum tribuimus, ut omnes, qui quindecim annis in scriniis laborauerunt memoriae ac dispositionibus [6]), epistularum ac libellorum, licet patre uel auo ceterisque maioribus curialibus orti ac proditi sint, tamen ab omni hac necessitate habeantur immunes nec ad curiam || [deu]ocentur. DAT. VII KAL. OCT. ANTIOCHIAE. ACC. V ID. NOV. [**]ISIS MAMERTINO ET NEVITTA VV. CC. CONSS. a. 362

2 [7]) [IMPP]P. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD VALERIANVM. [PV.] Clarissimos uiros proximos scriniorum et magis[tr]os dispositionum uicariorum ordini copulamus ita, [u]t *haud* prior aliunde prouectus palatinis honorariis [pr]aeferatur, ut prius e palatio cum huiusmodi dignita[te d]imissus priorem locum aliis post, etiam uera admi[nis]tratione uenientibus sortiatur. DAT. IIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) [SYA]GRIO ET EVCHERIO CONSS. a. 381

3 [IDEM AAA. A]D HYPATIVM PPO. Obsecundatoribus sacrorum scri[*nio*r]um, quorum mentibus ingeniisque committimus, quid[qui]d in alios quoque perennium saepe proferimus sanc[tio]num, equorum ad militare subsidium ab honoratis proxime uenire iussorum missam facimus [8]).
1 Nullis igitur uel aetate praesenti uel in relicum tale si quicquam emerserit, aut equorum oblationibus aut quibuscumque praeterea de collatiuo omnium postulatis parere cogantur. DAT. XVIII KAL. IAN.[9]) PATAVI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

4 [10]) IDEM AAA. CYNEGIO PPO. Proximos memoriae epistularum ac libellorum [11]) ita uicariorum honore cumulamus, ut inter eos merito dignitatis habeantur, qui pro praefectis dioeceses sibi creditas temperarunt, ex eo tempore, ex quo eos splendor indepti proximatus ostentat, insequentibus praeponendi, qui uicarias postea administrauerint. DAT. PRID. KAL. MAI.[12]) CONSTANTINOPOLI HONORIO NOBILISSIMO PVERO ET EVODIO CONSS. a. 386

*R T* (*desinit in* 29 ut int)

[1]) *Iust.* 12, 18 [2]) *Iust.* 12, 18, 1 [3]) Qui praepositi labarum nostro iudicio promouentur, clarissimi *omissis reliquis Iust.* [4]) et sen. nomine *om. Iust.* [5]) *cf. Iust.* 12, 19 [6]) dispositionum? [7]) *iunge* 6, 10, 2. 6, 22, 5 [8]) oblationem *uel simile quid supplendum cum Gothofredo* [9]) Iul. *Seeck* [10]) *Iust.* 12, 19, 1: *iungit* 6, 27, 5 (III non. Mart.) 6, 28, 3, *cf. etiam* 12, 1, 111 [11]) atque dispositionum *ex c.* 10 *addidit Iust.* [12]) Mart. 6, 28, 3

1 labarum] *Iust.* (*KI*), laborum *R Iust.* (*OX*), *deficit T* 3 labarum] *R Iust.*, lauarum *T* 5 et *om. R* 8 com. disp.] sacrorum scriniorum *Iust.* 12, 19 10 prima *R*, primatu *T* est *om. T* in *om. T* 11 ornatus] *R*, cinatus *T* in *om. T* ideoque . . . perpendentes *om. T* in *om. T* 12 qu indecim *R* (*sic propter uitium membranae, non* queindecim) $R^a$ [s]crineis laboraberunt *T* 13 ceerisque *T* 14 habiantur *R* inmunes *T* iuriam *T* 15 anthiociae *R* v id. . . . neuitta uc. conss. *R*, c (*uel similis littera*) *sequentibus abscissis T* 18 proximus *R* (*em. m. recens*) copulemus *T* 19 haud] *Mommsen*, aut *RT* 20 dismissus *T* 22 quorum *om. T*? 23 ingenuisque $R^a$ perrennium *T* 24 facimus] *T*, faciamus *R* 29 habiantur *R* dioecesis *R*, diocesis *Iust.* ($K^a$ $OI^a$) 31 ostendat *Iust.* administrauerint] *Iust.*, administrauerunt *R* prid. *bis R*

5 [1] IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. CONSTANTIO [2] PPO.[3] In sacris scriniis nostris militantes [4] ordinarii [5] iudices a salutatione non arceant, etiam inuiti in con‖sessum accipiant: scituris uel principe uel cornicula[rio] uel capitibus *officii ternas libras auri ex suis facultatibus* eruendas, si consistorium nostr[um] saepe ingredientibus secretarii iudic*um* n[on] patuerit ingressus aut reuerentia non fu[erit] in salutatione delata aut sedendi cum iudice so[cie]tas denegata. DAT. VI ID. NOV.[6] TRIVERIS TIMASIO ET PR[O]MOTO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 389

6 [7] IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HOSIO MAGISTRO OFFICIOR[*VM*]. De his, qui in sacris [8] scriniorum proximi transacto [*bien*]nio conquiescant dentque locum ceteris, qui ad cul-
1 [*minis*] gradum peruenire festinant. Eos sane, qui ante [*hoc*] statutum in locis memoratis inuenti sunt, ad me[*tas*] triennii concedimus peruenire. DAT. XV KAL. FEB.[9] A[*R*]CADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

7 [10] IDEM AA. CAESARIO PPO. Priuilegia, quae diuae memoriae Iulianus [11] in sacris scriniis militantibus tribuit, et illum honorem, quem augustae memoriae Valentinianus [12] isdem detulit, confirmantes, scilicet ut ingredientes [13] sponte sine ullo nuntio secretarium iudicantum, considendi etiam iudicibus habeant potestatem, id etiam nostra moderatione decernimus, ut xx annis in militia scriniorum memoriae epistularum libellorumque uersatus consular*is* inter allectos dignitate cumulatus abscedat eumque honorem uel aput rectorem uel in coetu am-
1 plissimi senatus obtineat. Ita autem eos post militiam esse uolumus otiosos, ut ab omni publica molestia habeantur inmunes, nec iniungendi quicquam quis in eos habeat potestatem. DAT. XVI KAL. MART. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

8 [10] [*IDEM A*]A. CLAVDIO PV. In scriniis palatii militantes [14] post uigin[*ti*] annos transactae militiae si discedendum sibi esse [*dec*]reuerint, consulari honore fulti inter allectos [*h*]abeantur hunc que honorem dignitatis in senatu [15] teneant, qui ex consularibus deferri consueuerit: nec eos quisquam iniungendo aliquid uel iubendo possit ab impertito otio separare. DAT. XV KAL. MART. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

9 [IDEM] AA. CAESARIO PPO. INTER ALIA: His, a quibus dispositionum nostrarum norma seriesque seruatur, eadem priuilegia honoresque peractae militiae tribuimus, quae scriniorum nostrorum meritis [16] nuper praecepimus [17] custodiri. DAT. VI ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

10 IDEM AA. CAESARIO PPO. Ad similitudinem proximorum, qui in scriniis militantes comitum dignitatibus adornantur, ii quoque, qui priores in scrinio dispositionum fuerint et comitis acceperint dignitatem, ex eo die, quo promoti in scriniis fuerint, eorum numero socientur, qui potestates uicarias perceperunt; scilicet ut a Nestorio uiro clarissimo, qui nunc in loco memorato uersatur, dignitatis huius sumatur e*x*ordium. DAT. VIIII KAL. IVL. CONSTANTINOPOLI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

11 IDEM AA. HADRIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Per omnia scrinia nostra singulis annis emensis, qui sunt in capite constituti, uno anno teneant proximatum, locum per ordinem

*R*

[1] *Iust.* 12, 19, 2 (1, 48, 3) [2] Constantiano *scr.* [3] Galliarum *addit Iust.* 1, 48, 3 [4] in prouinciis *addit Iust.* [5] uel spectabiles *inserit Iust.* [6] acc. . . . *ins.* [7] *iunge* 6, 27, 8. 9: *de eodem argumento eodem die ad Martinianum c. s. l.* 6, 30, 14 *ex parte consona directa est* [8] de his qui in sacris *deleuit Beck* (*cf. rubricam h. t.*) [9] Constantinopoli *inserit* 6, 27, 8 [10] *cf. not.* 7 [11] *c.* 1 [12] *c.* 5 [13] ingrediendi *Mommsen* [14] id est memoriae epistularum libellorumque ac dispositionum *addit Iust.* [15] in senatu *om. Iust.* [16] emeritis *Mommsen* [17] *c.* 7 *et* 8

3 ternas . . . 4 facultatibus] *Iust.*, *om. R* 4 ex] *Iust.* 12, 19, 2, a *Iust.* 1, 48, 3 iudicium *R* 6 uiri *R* 8 osio *R* (*item R ad* 6, 27, 7—9, *V ad* 10, 22, 4) 9 culminis] *scripsi, in R post* cul *sequitur* c (m *uel* c *uel similis littera*): ultimum *Cui. errore* 10 inuenti] 6, 30, 14, inuecti *R* 11 metas] 6, 30, 14 14 hisdem *R* 15 spontae *R* 17 consulares *R* 19 otiosus *R*ᵃ 20 inmunis *R* 22 cladio *R*ᵃ 25 aliquit *R* 29 praecipimus *R* 32 hii *R* 35 eordium *R*



succedentibus dantes: manente penes eos nihilo minus dignitate, quam diuus pater noster huius ordinis uiris singularis meritorum arbiter dedit, scilicet ut quicumque ex proximo post stipendia tandem acta discesserit, ui‖cariis conferatur, ac si eam ipsam egerit dignitat[*em*]; integris omnibus priuilegiis, quae cunctis scriniis om[*nes*] retro principes diuersis legibus prae-
1 stiterunt. Atque [*ut*] nulla posthac de statuto tempore possit esse con[*ten*]tio, genuinus natalis nostri dies quotannis comit[*iuam*] proximatus mansura in longum aetate celebrabi[*t*], ut expeti ambitione non possit, quod laboris praemi[*um*] speciali munere aestimauimus. DAT. III NON. IVL. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

12 IDEM AA. CLEARCHO PV. Omnes, qui ex proximis uenerando coetui senatus fuerint adgregati, siue ii de scrinio memoriae siue epistularum uel libellorum siue dispositi[*o*]num comites fuerint, ad septenos dumtaxat annuos s[*o*]lidos teneantur nullaque extrinsecus conlatione uexentur nec molem promissionis [1] nec scribtionis iniuriam perhorrescant [2]. DAT. PRID. ID. SEPT. CONSTANTINOPOLI VINCENTI*O* ET FRAVITO CONSS. a. 401

13 IDEM AA. ET THEODOSIVS A. Sicut iam pridem a praetura inm[*u*]nitatem tribuimus [3] his, quos post emeritam in armis militiam ad honorem ducatus nostrae serenitatis prouexit iudicium, ita nostrorum scriniorum proximi etiam deposita militia praeturae immunitate potiantur. DAT. VIII KAL. FEBR. CONSTANTINOPOLI HONORIO VII ET THEODOSIO II AA. CONSS. a. 407

14 [4] IDEM AA*A*. EPIFANIO PV. Quamuis innumeris legibus scriniorum gloria decoretur [5], iubemus tamen [6], ut primo omnium sit eorum [7] secura possessio ab omnibus sordidis muneribus excusata: superindictum non timeant, uenalicium non petantur solumque canonicae indictionis praestent tributum; glebalis auri solutionem nesciat [8] labore dignitas conquisita, extraordinarium munus ignoret nec ullam temonis patiatur iniuriam: ‖ [*eq*]uorum tironumque praestationem nullus agnos[*ca*]t, qui [9] honorem proximi et comitiuam primi dispo[s]itionum longi temporis sudore quaesiuit. Et haec [*q*]uidem patrimoniis censuimus deferenda, quibus [*o*]mnia inlibata seruamus, quaecumque diui genitoris nostri et cunctorum principum statuta
1 detulerunt. Ipsis uero ueniendi ad comitatum liberam licentiam perpetuamque praestamus
2 nec in eorum personis expectari augustam praecipimus iussionem. Quod autem omnibus constat deferri, adiectu alterius dignitatis perire non patimur, ut, etiamsi prosperioris fortunae iudicio ad honoris ornamenta processerint, uetera tamen eis scrinii l*a*bore priuilegia quaesita seruentur, [10] et integrum circa eos eorumque facultates semper maneat, quod anterioris aetatis industria conquisiuit. ET CETERA. DAT. ID. OCT. RAV(ENNAE) HONORIO VII ET THEODOSIO II [11] AA. CONSS. a. 407

15 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MELITIO PPO. Quotiens equorum aliarumque rerum procedit indictio, in sacris scriniis militantes inmunes ac segreges habeantur, ita ut neque in
1 militia neque post militiam huius sollicitudinis molestiam sustineant. Quibus exceptis circa alios, cum ratio flagitauerit, indictio postulabitur; scientibus iudicibus eorumque apparitionibus decem librarum auri multa se subiciendos, si ab eorum in futurum conuentionibus non temperarint. DAT. XVI KAL. DEC. RAV(ENNAE) VARANE VC. CONS.[12] a. 410

16 [13] IDEM AA. FAVSTINO PPO. Peculiari praeceptionis nostrae fauore praestamus, ut in

*R*

[1] professionis *Reinesius* [2] nec scribtionis] et nullam descriptionis i. perhorrescant = *Iust.* 12, 19, 1 *extr.* [3] 6, 4, 28 [4] *pr.* § 2 = *Iust.* 12, 19, 4: *iunge* 6, 18, 1 [5] quamuis . . . decoretur *om. Iust.* [6] tamen *om. Iust.* [7] qui in sacris scriniis nostris id est memoriae epistularum libellorum et dispositionum *inserit Iust.* [8] glebalis a. s. nesciat *om. Iust.* [9] qui uel adhuc in scriniis militat uel *inserit Iust.* [10] et sqq. *om. Iust.* [11] Honorio VIIII et Theodosio V (= *a.* 412) *cum* 6, 18, 1 *scr.* (*Gothofredus*) [12] *Melitii praefectura ducit ad a.* 412 [13] *Iust.* 12, 19, 5

2 sciliet *R*ᵃ 4 prestiterunt *R* 5 ut *suppl. Vesme recte, om. Cui.* 6 celebraui[t] *R* 9 adgraegati *R*ᵇ 10 hii *R* 11 extrensecus *R*ᵃ 13 uincenti *R* (*sic*) 15 in armis] in armis in *R*ᵃ 18 aa. *R* 19 primum *Iust.* 20 timemeant *R*ᵃ 21 prestent tr. gleualis *R* 29 scrinii] *Iust.* (*KO*), scriniis *R Iust.* (*I*) labore] *Iust.*, lobores *R* 34 criniis militanter *R* 38 uaronae *R* conss. *R*

scriniis memoriae epistularum libellorumque ab exceptoribus usque ad mello||proximos digni-
1 tatem clarissimorum hono[rem]que percipiant. Et sicuti reliqui, qui in isdem scrini[*is mi*]li-
tant, liberum cum ordinariis iudicibus ingressu[m in se]cretarium consessumque habere legibus
meruerụ[nt], ii quoque, in quos hanc stipendiorum meritis claris[*sima*]tus conferimus digni-
tatem, cum spectabilibus etiam se[se] habere reuerentiam recognoscant, ut consede[ndi] ingre-
diendique secretarium sciant a nobis licenti[am] contributam [1]) sub multae interminatione, quam
o[*f*]ficio sanctio dudum indulta constituit. DAT. VIII ID. IV*. RAV(ENNAE) LVCIO [2]) VC. CONS.[2]) a. 413

17 [3]) IDEM AA. EVSTATHIO VIRO INLVSTRI [4]) QVAESTORI ET HELIONI VIRO INLVSTRI [4]) MA-
GISTRO OFFICIORVM. Pro biennio annum solum ager[*e*] deinceps decernimus eos, qui in tribus
scriniis memoriae epistularum libellorumque ordine ac merito st[i]pendiorum ad gradum per-
uenerint proximorum; sed inter cetera priuilegia, quae diualibus beneficiis sacris scriniis ad-
tributa sunt quaeque salua atque intemerata in perpetuum manere decernimus, ut eorum, qui
potestatem uicariam administrauerint, pro tenore ueterum et nostrarum sanctionum hi qui
1 proximatum egerint honore censeantur. Secundi etiam ordinis comitiuae codicillos accipiant,
cum eum locum nancti fuerint, in quo hactenus tertiae comitiuae gradu fruebantur, ita ut ex
lege iam debitos atque sollemnes codicillos genuino die natalis meae clementiae in posterum,
dum agunt proximatum, singulis quibusque annis accipiant, post depositum actum inter eos,
2 qui uicariam potestatem egerint, honorandi. Quam legem secundum ipsorum petitionem prae-
[*te*]rea [5]) tres melloproximos, id est Benagium Hypatium [*et*] Theodorum, circa omnes alios
ualere praecipimus. [*D*]AT. VIII ID. FEBR. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. VII ET PALLADIO
CONSS. a. 416

18 [*IM*]PP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. ACACIO C. S. L. Tam proximis scriniorum
quam comiti dispositionum pro dela[*t*]a eis comitiuae secundi ordinis dignitate uestem ex
integro in posterum praeberi tua celsitudo disponat. DAT. III KAL. DEC. CONSTANTINOPOLI
DD. NN. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II PP. AA. CONSS. a. 426

## XXVII DE AGENTIBVS IN REBVS [6])

1 [7]) IMP. CONSTANTIVS A. AD PPO. POST ALIA: De agentibus in rebus si quis annos ui-
ginti transierit in obsequio, minime eum ad curiam reuocari. Quod et circa scrinia nostra et
cancellarios et largitionales et officiales comitum rerum priuatarum uolumus obseruari. ET
CETERA. DAT. VIII ID. MART. CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE CAES. CONSS. a. 354?

2 IMP. IVLIANVS A. SECVNDO PPO. Ex his, qui in palatio agentes in rebus militauerint,
post tertium [8]) annum militiae nemo curiae tradatur, nec ille, qui in consulatu meo quarto
missione donatus est. PP. BERYTO DIE [9]) KAL. || MART. IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS. a. 363

3 [10]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD FLORVM M[*AGIS*]TRVM OFFI-
CIORVM. Non plures in aliquem gradum [*ho*]noris ascendant, quam quantos singuli quique
an[*ni*] agentum in rebus schola ad finem emeriti laboris [—]tant: ita dumtaxat, ut per sin-

*R*

[1]) sub *sqq. om. Iust.* [2]) *fuerit* Varane (*a.* 410: *Mommsen, cf. Seeck Regesten* 74)
[3]) *pr. usque ad* 11 proximorum = *Iust.* 12, 19, 6 [4]) uiro inl. *om. Iust.* [5]) praeter *Gothofredus* [6]) *Iust.* 12, 20 [7]) *iungendae uidentur* 8, 4, 5 (prid. non. Mai.) 8, 7, 4 (prid. non. Mai.) 8, 7, 5 (prid. id. Mai.) 8, 7, 6 (prid. non. Oct.): *cf. etiam* 7, 13, 1. 7, 21, 2. 12, 1, 14. 18 *Seeck Regesten* 4, 3 [8]) *in numero mendum inesse uidit Gothofredus*
[9]) pridie *Mommsen* [10]) *iunge* 8, 15, 6: *cf. ad* 3, 5, 11

2 hisdem *R* 3 in *om. Iust.* 4 hii *R*, ita hi *Cui. contra Iust.* 5 pectabilibus *R*ᵃ sese] *Iust.*, si** *uel* si*** *R* 7 iun. *Cui.* 1586 conss. *R* 17 accepiant *R* 18 egerint] *Gothofredus*, egerit *R* 22 thodosius *R*ᵃ proximis] *R*, proximo *Cui. errore* 23 dila*a *R* 24 III] *R*, VII *Cui. errore* 27 *inter* a. *et* ad *uacuum spatium octo fere litterarum reliquit R*: ad uu. cc. ppo. 8, 4, 5. 8, 7, 4 29 cancellarius *R* priuatam *R* 36 an[ni in] *Gothofredus* —tant] c—tat *legit Vesme, qui supplet* militant, inuitant *Cui.*



gulos gradus bino[*rum*] nobis tantum addendorum extra ordinem seruetur [*pot*]estas, quorum
eximius labor, ut uim hanc legis exced[*a*]mus, extorserit: quod quidem seruandum usque ad
1 circitores erit. Nam ut sterni continuo quisque possit sin[*e*] quaestione aliqua et sine prae-
2 scribto numero, sola adnotatione nostra sufficiat impetrari. In ceteris autem etiamsi adnotatio
specialis extiterit, quae tamen duorum numerum transeat, eam esse iubemus infirmam, ita ut
ne insequenti quidem anno habeat firmitatem, nisi insequens annus nullos numero duos, qui
3 (1) ex adnotatione nostra augmentum accipere debeant honoris, inuenerit. Quod si post antiquam
aliquis missionem ueteremque militiam praepostera sacramentorum cupiditate per ambitionem
ad stipendia redire temptauerit, hac proposita optione socientur, ut ultimos se militaturos
4 nouerint equitum. Quod de uniuersis quibusque officiis specialiter cauemus, a quibus non-
nulli ad agentum in rebus scholam cum propria dignitate transierint, ut scilicet hi ex qua-
5 cumque militia sinantur excedere. Quod in posterum custodiendum ita ratum sit, ut peri-
culum se et adiutor et subadiuuae subituros esse cognoscant, si huius sanctionis nostrae
normam umquam etiam insequentibus magistris desierint intimare. DAT. XVI KAL. IVL. THESSA-
L(ONICAE) GRATIANO V || ET THEODOSIO I AA. CONSS. a. 380

4 [*IDEM AA*]A. PALLADIO MAGISTRO OFFICIORVM. In schola agentum [i]n rebus nemo facile
sub nostra quoque adnotatione [*s*]peciali prorumpat, nisi sub maiore scholae parte quisque
aduenerit [1]) probandus adsistat, qualis moribus sit, unde domo, quam officiorum originem ac
1 sortem fateatur. Noui quinquennio uacent a primi quoque honoris auspiciis; ante missionibus
crebris futuris parent prodanturque nominibus [2]); dehinc per singulos gradus iusta et firma
2 praecedentium dimissione succedant. Sane si [3]) militantibus probeque in actu rei publicae
diuersatis singulorum graduum, quos meruerint, non negamus accessum, ita ut ipsis quoque
sit praecedentium ordo uenerabilis ac sub maiore parte scholae etiam de huius gradu bonorum
adtestatio et consensus accedat. DAT. XII KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO
CONSS. a. 382

5 [4]) IDEM AA. ET ARCADIVS A. CYNEGIO PPO. Quoniam agentibus in rebus huiusmodi
praestitimus codicillos, ut post principatum in amplissimo ordine inter allectos consulares
habeantur, id etiam huius legis auctoritate praestringimus, ut eodem gradu uel ordine ab uni-
uersis iudicibus honorentur. DAT. III NON. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO NOBILISSIMO
PVERO ET EVODIO CONSS. a. 386

6 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. PROCVLO PV. Priuilegia erga
eum, qui ex agente in rebus princeps fuerit, antiqua custodiri praecipimus; sit senator et
merito consularibus adgregetur, sed ut eum functio ulla non teneat, conlatio non defraudet.
DAT. VI KAL. DEC. MED(IOLANO) VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS. a. 390

7 || IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HOSIO MAGISTRO OFFICIORV[*M*]. Agentes in rebus,
quos diuae memoriae pater noster, [*ex*]peditionem secutos unius gradus dicitur adiect[*ione*]
cumulasse, delato honore potiri praecipimus, ita u[*t usque*] ad centenam dignitatem hic ordo
1 seruetur. Si quis [*ergo*] centenarius est secutus, quoniam primis non pati[*mur*] praeiudicari,
quos constat ad hunc locum longo tem[*po*]re et probato labore uenisse, his praeponatur, quos
2 [*me*]rito praecedit. Quisquis autem adipiscitur gradum, ho[*c*] honore contentus praeponi his,

*R*

[1]) aduenerit *colloca post* 18 domo [2]) pareant prodanturque hominibus *Gothofredus*
[3]) sic *Gothofredus* [4]) *iunge* 6, 26, 4. 6, 28, 3 (prid. k. Mart.)

2 exced*mus *R* (ed *incertae*), excludamus *Cui.* 4 sola] *R*, sine *Cui. errore* 5 numerum] *Gothofredus*, numero *R* 6 nullus *R* 7 accepere *R*ᵃ 11 dicnitate *R* 13 subitoros *R* cognoscant *R*ᵃ 14 thessall. *R* 16 aaa.] * a. *R*? 18 probamdus *R*ᵃ origine *R* 20 deinc *R*ᵃ 28 auctoritate *R* 32 praecipimus] *Gothofredus*, praecepimus *R* 35 osio *R* 36 expeditionem secutos] *Mommsen*, ** (*uel* ***)peditionem secutus *R* 37 praecepimus *manus recens in R* 38 quis ergo] quis— *R*, quis uero *Vesme*, quis igitur *Cui.*, quis *Mommsen*

qui ordine priores meruerint, non laboret. DAT. VI KAL. IVN. CONSTANTINOPOLI OLYBRIO ET
PROBINO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 395

8 [1]) IDEM AA. HOSIO MAGISTRO OFFICIORVM. In numero agentum in rebus crescant, quos
comitum secundi ordinis uel cubiculariorum nostrorum primi dumtaxat loci uel tribunorum
urbanicianorum petitio fecerit militare, ita ut urban[i]cianis semel tantum per anni totius spatia
suffragandi licentia sit: ceteros diuersorum officiorum ab omni copia huius petitionis exclu-
1 dimus. Celsioris uero militiae ac fastigii uiros numerari non necessarium fuit, cum eos quos
superius numerauimus inserendo non unde incipere, sed quo usque procedere [2]), quod inferi-
2 oribus denegatum est, curauerimus exprimere. Sed et sumentibus ducenariis principatum hanc
tribuimus facultatem, ut his pro se liberos ac fratres suos in eadem militia serenitatis nostrae
nutu liceat conlocare. DAT. VII KAL. FEBR. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III
AA. CONSS. a. 396

9 [1]) IDEM AA. HOSIO MAGISTRO OFFICIORVM. Is, qui nutu nostro in schola agentum in rebus augmenta perceperit, in eo gradu, in quo promotus est, ultimus habeatur nec praeponatur || [a]lteri, qui in eodem gradu militiae primus antea [3]) milita[u]it. EMISSA PRID. KAL. FEBR. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

10 [IDEM AA.] CAESARIO PPO. Inter eos, qui consularitatis gesserint [di]gnitatem, et eos, qui
1 meruerint principatum, is gradu po[ti]or habeatur, qui prior locum dignitatis acceperit. Quam
sanc[ti]onem omnia debebunt officia custodire, non defutura poena quindecim librarum auri,
quam in contumaces olim diualis sanctio definiuit. DAT. IIII KAL. MART. CONSTANTINOPOLI
ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

11 [IDEM] AA. HADRIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Consultissima definitione statuimus, ut exsecutionem agentis in rebus inconsultis nobis nemo mereatur, concessam uero quisquam reuocare non audeat. DAT. XVII KAL. APRIL. MED(IOLANO) THEODORO VC. CONS. a. 399

12 IDEM AA. THEODORO PPO. Agentum in rebus schola nobis maxime necessaria nullo
beneficio impetrati muneris utitur, quo sibi in ordinem splendidissimae curiae praestitam hu-
manitate [4]) licentiam uindicaret, cum diuae memoriae pater noster [5]) isdem agentibus in rebus
1 uoluerit esse consultum. Magnificentia igitur tua ordinum [6]) iudices admonebit, ut his lex
diuae memoriae patris nostri inuiolata seruetur. DAT. VIII KAL. NOV. MED(IOLANO) [7]) THEO-
DORO VC. CONS. a. 399

13 IDEM AA. ET THEODOSIVS A. HADRIANO PPO. Agentibus in rebus, qui post iugis militiae tempus ueluti praemium laboris exacti gesserint principatum, etiam illud beneficio nostrae liberalitatis adiungimus, ut conlatione iuniorum, qui nuper honoratis indicti sunt, ea dumtaxat condicione habeantur exsortes, si post principatus officium nulla ulterius [8]) honoris fuerint administratione perfuncti. DAT. KAL. IVL. RAV(ENNAE) THEODOSIO A. I ET RVMORIDO CONSS. a. 403

14 [9]) IDEM AAA. ANTHEMIO MAGISTRO OFFICIORVM. Nullus de schola agentum || in rebus de cetero locum mortui conetur inuadere, s[ed] is, qui ordine stipendiorum et laborum merito ad g[ra]dum militiae sequebatur, statim atque illum fata su[b]duxerint, in eius praemia per-

*R*: *c.* 10 *inde a.* 19 non defutura *extat in Appendice II, 1 Legis Rom. Wisig.* (*Collectio III p.* 260)

[1]) *iunge c.* 8. 9 *et* 6, 26, 6 (XV k. Febr.) [2]) debeat *inserit Beck* [3]) primus antea] prius *Mommsen* [4]) ordine spl. c. p. inmunitatis *Gothofredus* [5]) *cf. c.* 5. 6 [6]) ordinarios *Gothofredus* [7]) pp. . . . *inserit Seeck Regesten* 87, 26 [8]) alterius *Haenel* [9]) *Iust.* 12, 20, 1

1 hordine *R* priores] s *dubia R* laboret] *Reinesius*, labore *R* iun.] *hoc mense Marcellus mag. officiorum fuit testibus* 6, 29, 8. 16, 5, 29: ian. *Gothofredus in consulatu errorem inesse putat Mommsen* 3 osio *R* 8 nomerauimus *R* 10 eademilitia *R* 11 VII] XV 6, 26, 6 13 osio *R* is] in *R* 17 imp. arcad. et hon. aa. caesari *Appendix* 22 ofciciorum *R* 23 concessam] *Gothofredus*, concessum *R* 24 cons.] css. *R* 25 nollo *R* 26 spendidissimo *R* 27 hisdem *R* 30 conss. *R* 32 primium *R* 33 conlatine *R*a 34 exortes *R* 37 aa. *R* agentium *Iust.* 38 is] his *R*



cipienda succedat, om[ni] obreptione cessante. DAT. PRID. KAL. IVL. CONSTANTINOPOLI HONO[RIO] A. VI ET ARISTAENETO CONSS. a. 404

15 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. NAMATIO MAGISTRO OFFICIORVM. Omnes omnino
agentes in rebus, quibus uel spatium [c]o[m]meatus uel iniuncti negotii tempus emensum est,
ad comitatum reuersi adprobent causas necessariae ta[r]ditatis, ut diligenti constet examine,
qui ordinem suu[m] tenere mereantur. Quod nisi intra diem kalendarum Februariarum fece-
1 rint, in perpetuum matriculis eximentur. Meminerint igitur rectores prouinciarum per singulos
agentes in rebus senas auri uncias eruendas, si in prouincia sibi credita quemquam huiusmodi
desertorum post diem praestitutum latere permiserint. Ideoque sub prosecutione latitantes
transmittant, ut tandem aliquando ad comitatum retractos non sola percellat iactura militiae.
DAT. VII ID. DEC. RAV(ENNAE) DD. NN. HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. C[ONSS.] a. 412

16 IDEM AA. ANTHEMIO PP. Nemo post insignia principatus, quae stipendiis ac sudore pro-
meruit, nec reuocari ad originem, si forte natus est curialis, nec nominari, quod nefas quidem
dictu est, perhorrescat. In medio sane militiae tempore si quem huiusmodi lis iurgiumque
perculerit, sua defensione nitatur: nec enim ordines ciuitatum suis decurionibus passim spo-
1 liari oportet. Quod si forte quis, ut adsolet, honorarii principatus insignibus inpetratis isdem
priuilegiis uti uoluerit, ita impetrata largitate [fru]atur, si incassum se pulsari sub iudiciaria
cognitione probauerit: nisi forte annosa militia et longa stipendiorum mole uexatus et in or-
dine non temnen[dae] militiae constitutus principatum non ut laborum [co]npendium uoluit
2 expectare, sed ut portum quietis maluit indipisci. Quod etiam in his custodiri oportet, qui
[a]rmata militia perfruuntur, ita ut diui Valentiniani [c]onstitutio [1]) ualeat, potianturque et ipsi
3 fructu stipendiorum suorum, si eadem sine ullo naeuo excusationis incurrere ualuerunt. Sed
his addimus, ut, si quis ex lucratiua causa de substantia aliquid perceperit curialis, pro con-
tingenti portione onera, quae huiusmodi facultates secuntur, et uniuersas describtiones susti-
neat. DAT. VIII ID. OCT. LVCIO VC. CONS. a. 413

17 [2]) IDEM AA. HELIONI MAGISTRO OFFICIORVM. Merito magnificentia tua concessam sibi
pridem a nostra maiestate licentiam [3]) pro remouendis his, quorum consortio agentum in rebus
1 schola laborabat, ad nostram denuo auctoritatem credidit reuocandam. Nulli igitur posthac
sine nostrae maiestatis auctoritate discingendi agentem in rebus, nulli eximendi pateat copia;
nam probata schola et animaduersionem uereri iudicis et nullam debet timere contumeliam
uilitatis. DAT. III ID. NOV. CONSTANTINOPOLI HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

18 IDEM AA. HELIONI MAGISTRO OFFICIORVM. Ad scholam agentum in rebus passim plurimi uelut ad quoddam asylum conuolarunt, quos uita culpabiles et origo habet ignobiles et ex seruili faece prorupisse demonstrat. Et quoniam sublimitati tuae adnuimus eam quam quaesierat potestatem, || adhibenda est conpetens medicina, ut explo[rati]one diligenter agitata discingendo [4]) abicias, punias [co]hercendos, quo remotis abiectis pessimis crimin[osis] spectata militia in statum pristinum reuocata [bono]rum uirorum collegio frequentetur. DAT. XIII KA[L.] FEB. CONSTANTINOPOLI THEODOSIVS A. VII ET PALLADIO CONSS. a. 416

19 IDEM AA. HELIONI MAGISTRO OFFICIORVM. Agentum in rebus indisc[reta] merita esse
1 non sinimus nec indignos frui priuilegi[is] laborantum. Ideoque sancimus, ut nullus ex his
emend[ica]to suffragio ad honorem principatus audeat adspira[re], nisi quem ordo militiae ac
2 laborum testimonium a[d] hunc honoris gradum prouexerit. Quod si quis corpori[s] inbecilli-

*R*

[1]) 7, 1, 6 *pr.* [2]) § 1 = *Iust.* 12, 20, 2 [3]) 1, 9, 3? [4]) discingendos *Mommsen*

2 aristeneto *R* 9 praetitutum *R* alatitantes *R* 10 tamdem *R*a 11 V] IIII *R* 12 antemio *R* 14 dictu] *Gothofredus*, dictum *R* 15 ordines *R* (*sic, non R*b) 16 hisdem *R* 23 subtantia *R*a curiales *R* 25 conss. *R* 26 aa.] aaa. (= Arc. Hon. et Theod.) *Iust. errore* magnifecentia *R* 29 discengendi *R* 30 scola *R* 32 cholam *R* 36 punias (s *dubia*) ** (*uel* ***) hercendos *R*, punitione cohercendos *Cui. errore*, puniasque cohercendos *Gothofredus* 42 corporis] *Gothofredus*, corporali *Cui.*

tate quassatus eoque modo laboris inpatiens longam mili*ti*ae seriem tolerare non patitur, is non ante dignitatem principatus honorariam mereatu[*r*], quam si uiginti annorum stipendia
3 conpleuisse[1]) scholae totius adtestatione docuerit. Hos sane, qui quoquomodo per ambitionem sine ullo stipendiorum suffragio memoratam principatus adepti sunt dignitatem, post eos, qui laborum merito consecuti sunt, numerari decernimus. DAT. V KAL. DEC. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. XI ET CONSTANTIO II VC. CONSS. a. 417

20 [2]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HELIONI PATRICIO ET MAGISTRO OFFICIORVM. Qui ex agentum in rebus numero militiae ordine ac labore decurso ducenae dignitatis meruerit principat*um*, aut qui uiro inl(ustri) magistro officiorum ut[3]) probatus fuerit adiutor eo tempore, quo iam honoratis uiris coeperit adgregari, eorum, qui uicariam egerint praefecturam, honore potiatur: conseruatis sine dubio ueteribus priuilegiis diuorum in eos principum largitate || [*co*]nlatis. DAT. X KAL. IAN. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

21 [2]) [*IDEM A*]A. HIERIO PPO. Quicumque inpleto militiae suae ordine [*ac*] labore finito ad ducenae peruenerit principatum, qui[*qu*]e magistri officiorum iudicio probatus adiutor extite[*ri*]t tempore, quo iam honoratorum uirorum coetibus in[*s*]eritur, eorum, qui uicariam egerint praefecturam, infulis perfruantur: priuilegiis procul dubio isdem, quibus antehac usi uidentur, reseruatis. DAT. X KAL. IAN. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

22 [4]) [*IDEM*] AA. PROCVLO PV. Agentum in rebus schola, quae nostro iudicio uicarianam dignitatem adepta est, id quidem suos primates post stipendiorum finem mereri non ambigat: uerum amplissimi ordinis adsertioni[5]) pareat: ut quoniam ii[6]), quos militiae finis ad principatus honorem adduxit, senatoriis se aestimant functionibus eximendos, in priore dignitate permaneant, cuius inmunitatem ample*x*i sunt. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. FEBR. CONSTANTINOPOLI TAVRO ET FELICE CONSS. a. 428

23 IDEM AA. PAVLINO MAGISTRO OFFICIORVM. Cuncta, quae super agentum in rebus militia
5 ordine loco numero statuisti, amplectimur. Inlustris igitur auctoritas tua, quae nouellae matriculae[7]) super statutorum numero uel ordine confirmando, quaeque de reliquis ordinandis huius legis sanctione decernimus, nauiter seruanda et custodienda cognoscat: uidelicet ut statutorum numero in mille centum septuaginta quattuor nominibus[8]) adsignato, qui recenti matricula definitus esse cognoscitur, reliqui, qui extra memoratum statutorum numerum positi esse noscuntur, ita concessa potiantur militia, ut ii quoque certis locis laborum ac stipen-
2 diorum meritis conlocati uacantes praeeuntium gradus obsequendi || ordine mereantur. Nec tamen ii, qui plurimis i[*us*]tissimisque causis matricula uidentur exclusi, mili[*tia*], quae eis humanitatis intuitu sub huiusmodi forma [*in*]dulta est, tamquam penitus spreti aut abiecti desti[*tuantur*]: quibus beneficii loco ponendum est, quod, cum ter edi[*cto*] uocati non uenerint, tamen eis militare permissu[*m est*]. DAT. XVI KAL. MAI. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XIII ET QVI FVERIT NVNTIATVS. a. 430

## XXVIII DE PRINCIPIBVS AGENTVM IN REBVS[9])

1 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD POTITVM VICARIVM VRBIS.
1 Nemo officialium in munus aliquod nisi principe ordinante mittatur. Si quis autem scriniari-

*R*

[1]) se *addit Mommsen* [2]) *c.* 20 *et* 21 *die et argumento inter se cohaerent* [3]) ut *delet Haenel, cf. u.* 15 [4]) *iunge* 6, 2, 21. 6, 35, 15? [5]) adscriptioni *Gothofredus* [6]) *expectes* si qui tamen eorum [7]) nouella matricula *Gothofredus* [8]) hominibus *Gothofredus* [9]) *Iust.* 12, 21

1 inpatiens] *R*, inpatientia *Cui. errore* miliae *R* 2 uiginti] **ti (*non* XXV) *R* 9 principatam *R* 17 infulis] *R*, insignibus *Cui. errore* hisdem *R* 18 ian.] in. *R*ᵃ aa.] āāgḡ *R* 21 finis] nis *R*ᵘ 23 amplesi *R* 31 hii *R* 33 hii *R* 34 paenitus *R* 35 destituantur] *Vesme*, dest (*uel* c) i (*uel* u) — (** *uel* ***?) *R*, deiciantur *Cui.* ter edicto (edi*** *R*) uocati] tertio euocati *Cui.* 36 permissu[m] est] *R*, permisimus *Cui.*



orum uel cuiusquam alterius loci quemquam officialium in aliquod munus principe nesciente direxerit, trium librarum auri condemnatione plectetur. DAT. PRID. NON. AVG. TRIVERIS[1]). ACC. VII ID. SEPT. ROMAE AVXONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

2 IDEM AAA. AD PROBVM PPO. Agentes in rebus, si principatus *s*orte deposita forsitan prouinciae gubernacula isdem non euenerint, par erit salutationis loco his quidem qui praesidatum gesserint cedere, sed eos qui rationales fuerint praeuenire. PP. IIII ID. MART. HADRVMETO DD. NN. || GRATIANO A. V ET THEODOSIO *A.* I CONSS. a. 380

3 [2]) [IDEM AA]A. ET ARCADIVS A. CYNEGIO PPO. Agentes in rebus post palmam laboris
1 emeriti principatus honore *re*muneramus. Atque ideo officialis tam ad necessitates publicas quam priuatas non nisi principe mittatur auctore nullarumque sine ipso cuiquam mandetur exhibitio personarum. DAT. PRID. KAL. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO NOB. P. ET E*V*ODIO CONSS. a. 386

4 [*I*]MPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD PINIANVM PRAEF.[3]) Nulla executio sine ad*n*otatione principis usurpatione officii concedatur, hoc adiecto, ut, etiamsi intercessio in locis degentis officii fuerit inpertita[4]), adscribtio tamen principis executionem
1 fieri oportere demandet. [5]) Quae definitio si fuerit praeterita[6]), decem libras auri fisco nostro
2 ab officio sinceritatis tuae statim iubemus inferri. [7]) Qua admonitione etiam causarum patronos uolumus esse conuentos, ne ignorante principe ullam postulationem introducant, neue sub unius persona suscepti fraude quadam aliena negotia inserenda esse pertemptent. DAT. VI ID. SEPT. MED(IOLANO) VALENTINIANO A. III ET EVTROPIO CONSS. a. 387

5 [8]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. THEODOTO PV. Omnia citatoria, omnium scilicet causarum atque personarum, licet sint senatoriae dignitatis, ad principes specialiter reuocari praecipimus, actus uero ceteros, qui in sacratissimo coetu senatus tractari consuerunt, censualium sollicitudine celebrari *nec* aliquid praeiudicii ex subreptiuo rescribto supplicibus inferri. DAT. XII KAL. IVN. CONSTANTINOPOLI OLYBRIO ET PROBINO CONSVLIBVS. a. 395

6 || IDEM AA. AD ANATOLIVM P*P*O. ILL(YRICI). Crebrae a nobis legis missae su[*nt ut*] sine notione principum, qui de agentum in rebus n*u*mero [*ad*] gubernanda officia diriguntur, nulla urguentium re[*rum*] praeceptio, quae de iudicio prolata fuerit, impleatur; siq[*ui*]dem deceat diut*ur*no fatigatos obsequio hac saltem co[*n*]solatione fulciri, ut adiuti commodis de principatu disc[*e*]dant. DAT. PRID. ID. NOV. THEODORO VC. CON*S*. a. 399

7 [9]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PALLADIO PROCONSVLI AFRICAE. Proconsu[*la*]ris apic*i*s dignitat*i*s adiectione principe*s* agentes[10]) in r[*ebus*] praecipimus decorari. DAT. VII KAL. OCT. RAV(ENNAE) VARANE VC. [CONS.] a. 410

8 [11]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. VALERIO MAGISTRO OFFICIORVM. Ex agentibus in rebus principibus domesticos in suis actibus habere liceat eos, quorum fidem indu-
1 striamque probatam sibi aestimant, etsi saepe eodem officio fuerint ante perfu[*nc*]ti. Et si qui agens in rebus post uiginti quinque annorum curricula ob adue[*r*]sam corporis ualitudin*em*

*R*

[1]) Tridenti (*Mommsen*)? [2]) *Iust.* 12, 21, 1 *pr.*: *iunge* 6, 26, 4. 6, 27, 5 [3]) pu. *Gothofredus* [4]) etiamsi . . . inpertita *extant in Iust.* 12, 21, 1 *pr.* [5]) § 1 = *Iust.* 12, 21, 1 § 2 [6]) quod si fuerit definitio contempta *Iust.* [7]) § 2 *in.* = *Iust.* 12, 21, 1 § 2 [8]) *Iust.* 12, 21, 2 [9]) *Iust.* 12, 21, 3 [10]) agentum *Iust.* [11]) *Iust.* 12, 21, 4

2 triuerim *R* 4 sorte] *Gothofredus*, forte *R* 5 hisdem *R* 7 a. I] I *R* 8 aa. et arc. a. 6, 27, 5, aaa. 6, 26, 4 9 remuneramus] *Iust.*, muneramus *R* officiales *R* 10 mittatur] *R Iust.* (*I*ᵇ*X*), mittantur *Iust.* (*KI*ᵃ) 11 euuodio *R* 14 adotatione *R* concidatur *R* 15 principes *R* 16 oportere] *pro priore* o *R*ᵃ *scribere coepit* t 18 conuentus *R*ᵃ 23 consueuerunt *Iust.* 24 nec *bis R* (*emend. m. recens*?) praeiudicium *Iust.* 26 ppo.] pf. *R* cribrae *R* sunt ut *suppl. Haenel* 27 nomero *R* 29 diuturno] *Gothofredus*, diurno *R* co[n]sulatione *R* comodis *R*ᵃ, conmodis *R*ᵇ principatu] *pro* c *R*ᵃ *scribere coepit* i 30 conss. *R* 31 palladio] arcadio *Iust.* (*Russardi liber*) 32 principis *R* 35 haberae leceat *R* 36 quis *Iust.* 37 ualitudinim *R*

militiae finem minime ualuerit expectare, sed ad honorariam ex principe dignitatem testimonio
scholae prosil*i*erit, isdem eum priuilegiis muniri censemus, quibus ii, qui ad principatus actum
2 progressi sunt, potiuntur. Sed in salutationibus iudicum consessibusque priores eos, qui per
longae militiae metas ad principatus actum peruenerint, etsi actus tempore posteriores sint,
esse praecipimus: nihil censualibus uel apparitoribus aduersus priuilegia eorum excogitantibus,
tamquam in actu principatus fuerint uersati; uicenarum librarum auri condemnatione [1]) pro-
posita. DAT. IIII KAL. FEBR. CONSTANTINOPOLI THE*O*DOSIO A. XV ET QVI FVERIT NVNTIATVS.
a. 435

EODEM EXEMPLO ISIDORO PPO., REGINO PP*O*. (ILL(YRICI), LEONTIO PV., THEODOTO CO-
MITI AEGYPTI, ABTHARTIO COMITI ORIENTIS, CLEOPATRO PRAEFECTO AVGVSTALI, HESYCHIO
PROCONSVLI ACHAIAE, EVSTATHIO VICARIO ASIAE, NECTARIO VICARIO PONTICAE.

## [*XXV*]IIII DE CVRIOSIS [2])

1 [3]) [*I*]MP. CONSTANTIVS A. AD LOLLIANVM PPO. Ii, quos curagendarios siue curiosos pro-
uincialium consuetudo appellat, proprio arbitrio quos esse reos putauerint feralibus carcerum
1 tenebris mancipare non dubitant. Memorati igitur curiosi et stationarii, uel quicumque fun-
guntur hoc munere, crimina iudicibus nuntiand*a* meminerint et sibi necessitatem probationis
incumbere, non citra periculum sui, si insontibus eos calumnias nexuisse constiterit. Cesset
ergo praua consuetudo, per quam [c]arcari aliquos inmittebant. DAT. XI KAL. AVG. MED(IO-
LANO). ACC. XII KAL. SEPT. ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS. a. 355

2 [4]) IDEM A. ET IVLIANVS CAES. AD TAVRVM. Agentes in rebus in curis agendis et *e*uec-
tionibus publici cursus inspiciendis nostrorum memores praeceptorum credimus in omnibus
uelle profutura rei publicae. Sed accedunt ex officio mirandae prudentiae tuae, qui parem
sibi licentiam uindicent: contigit etiam, ut uicarii quoque mittant ex officiis suis huiusmodi
negotiis operam praebituros. Adimatur ergo haec licentia facinoribus [5]) et officiis uniuersis
curarumque publici [6]) cursus copia denegetur: nam [7]) solos agentes in rebus in hoc genere
1 iussimus obsequium adhibere [8]). Nec uero multos esse per singulas prouincias iussimus,
quippe sufficit duos tantummodo curas gerere et cursum publicum gubernare, ut, licet in
2 canalibus publicis haec necessitas explicetur, numerus tamen amplior esse non debeat [9]). Hi
uero peruigili diligentia prouidebunt, ne quis citra [10]) euectionis auctoritatem moueat cursum
uel amplius postulet, quam concessit euectio, ut habens unius copiam raedae flagitet || duas,
aut raedam usurpet, cui birotum uel ueredum [*postu*]lare permissum est [11]). Quisquis igitur
3 aliquid tale perpet[*ra*]re temptauerit, inprobi coepti priuetur effectu. Demo[*ns*]tretur etiam
iudicibus uel curiosis euectio, etsi quis nob[*is*] iubentibus festinare memoret in obsequium ne-
4 cessar[*ium*], nec praeualeat contumacia uel dignitas. Contin[*git*] etiam in cursu clauulari, ut
forte quis pro animalib[*us*] minime praebitis pecunias pendere cogatur lucro eiu[*s*], qui curs*ui*
praesederit, inprobe uindicandas [12]). Ergo num[*mum*] uetamus exposci pro animalibus in cursu

*R*

[1]) contra eos *ins. Iust.* [2]) *Iust.* 12, 22 [3]) § 1 = *Iust.* 12, 22, 1 [4]) *Iust.* 12, 22, 2 [5]) facinoris *Mommsen* [6]) curarum publicique? [7]) sed accedunt ... nam] ideoque *Iust.* [8]) et non ab alio penitus officio *addit Iust.* [9]) § 1 *om. Iust.* [10]) contra *Iust.* [11]) ut habens ... est *om. Iust.* [12]) contingit ... uindicandas *om. Iust.*

2 prosilerit hisdem *R* hii *R* 4 posterioris *R* 6 prinpipatus *R*a 7 theodosio] thed. *R* 9 ppoo. ill. *R* 10 hesychio] *Cui.*, esycio *R* 13 hii *R* curiosus *R* 16 nuntiandam *R* 19 acc.] *uidelicet a correctore prouinciae, ad quem constitutio cum litteris Lolliani directa erat* 20 taurum] *R Iust.* (*Ambr.*), taurum ppo. *Iust.* (*Russardus*) auectionem *R* 24 praebeturos *R* 30 cupiam raede *R* duas] mulas duas *Cui. errore* 31 redam *R* 32 essectu *R*a etiamsi *Iust.* 34 contingit] *Gothofredus*, contintin— *R* clabulari *R* 35 cursi praesiderit *R* 36 nummum] *post* num *non* u *sequitur in R, sed* m *uel* c *uel similis littera*



5 minime co[*ns*]titutis. Quod si forte aliquis *ae*stimauerit perpetr[*an*]dum, eius quadruplum quod
accepit inferre cogatur. DAT. XV KAL. MAI. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO C.
II CON[*S*.] a. 357

3 [1]) IDEM A. AD AGENTES IN REBVS. *P*er id tempus, quo cursus tuendi sollicitudinem
sustinetis, condemnation*e*s praefectorum praetorio erga [2]) eos solos inritae sunt futurae, qui
seruauerint honestatem. Erga eos uero, qui inhoneste et contra decus saeculi uel honorem
militiae uersabuntur, non solum condemnatio mansura est, uerum etiam, si ad nostrae sereni-
tatis notitiam culpabilia gesta peruenerint, in eos erit acrius uindicandum [3]). PP. PRID. KAL.
DEC. EVSEBIO ET HYPATIO CONSS. a. 359

4 [4]) IDEM A. AD AGENTES IN REBVS. Cesset omnis ambitio atque suffragium in schola
uestra. Etenim cuncti ita agere debebitis, quatenus labore atque ordine ad cursum regendum
et ad curas agendas iudicio scholae et ordinis merito dirigamini: ita ut nihil uestri principis
ex his, quae geri in re publica uideritis, notitiae subtrahatis, scientes poenis eum debitis
subiugari [5]), qui tantum facinus ausus fuerit perpetrare. PP. EODEM DIE ISDEM CONSS. a. 359

5 [4])[*IDEM*] A. In his dumtaxat prouinciis, in quibus cursus a prouincialibus exhi-
betur, quoniam auaritiae occurri paene iam non potest, singulos solidos per singulas raedas,
id [*e*]st quas quadrigas uel flagella appellant, percipiatis per id tempus, quo curarum et cursus
1 tuendi sollicitudinem sustinebitis. E cursu uero clauulari singulas angarias, in his scilicet
stationibus, in quibus cursus est conlocatus ad exhibendam humanitatem, uenientibus excu-
2 setis. Nec quis audeat contra praeceptum hoc amplius accipere aut sperare quicquam aut
aliquid excusare ultra, quam continet forma praecepti. DAT. PRID. KAL. NOV. EVSEBIO ET
HYPATIO CONSS. a. 359

6 [*I*]MPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD FLORVM MAGISTRVM OFFI-
CIORVM. Felicis natalis nostri die iidem ut principis primi quoque scholarum [6]) mittantur ad
prouincias curiosi anniuersarium munus acturi, ita caute atque ita sollerter, ut sub binorum
tantum copia ueredorum, ultra usurpatione cessante, ne [7]) capita contrahantur, remotas quoque
peragrent stationes et callida machinamenta commeantium ac simulatae obseruationis ingenia
et fraudes depellant. DAT. III NON. FEB. CONSTANTINOPOLI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS. a. 381

7 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. NEOTERIO PPO. Qui*a* uel honore
militiae uel fiducia iussionis agentibus in rebus maiorem a*d* obsistendum remur futuram esse
constantiam, ex his, quos in eminentioribus tantum urbibus sollicitudinem cursualem agere
mandauimus, magnificentia tua noscat unum esse considerandis transeuntium euectionibus re-
lictum, neque eos quicquam ultra hanc formam in cursum || habere commune. DAT. V KAL.
IVN. VALENTINIANO A. IIII ET NEO[*TERIO CONSS*.] a. 390

8 [8]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MARCELLO MAGISTRO OFFICIORV[*M*]. Agentes in
rebus singulos per singulas prouincias mit[*ten*]dos esse censemus, quibus tamen *insp*iciendarum
eue[*c*]tionum tantum debeat cura mandari, ut nihil pro[*rsus*] commune aut cum iudicibus aut [9])
1 prouincialibus habea[*nt*]. Nec naues debebunt inlicita concussione uexare ne[*c li*]bellos aut

*R*

[1]) *c.* 3 = *Iust.* 12, 22, 3: *iunge c.* 3. 4. 5: *cf. etiam* 1, 9, 1 (pp. Romae in foro Traiani k. Nou.) [2]) circa *Iust.* [3]) si ad ... uindicandum] grauior poena statuenda *Iust.* [4]) *cf. not.* 1 [5]) subiugatum iri *Gothofredus* [6]) itidem ut principes p. q. scholarium *Gothofredus* [7]) ne *delet Gothofredus* [8]) *Iust.* 12, 22, 4 [9]) cum *ins. Iust.*

1 aestimauerit] *Iust.*, peraestimauerit *R* 2 accept *R*a 4 per] rer *R* 5 condemnationis *R* solus *R* 6 inhonestae *R* 13 pulica *R*a scientis *R* 14 hisdem *R* 15 *ante in uacuum spatium reliquit R* 16 uaritiae *R*a sigulos *R*a 18 clabulari *R* 26 usurpatione] *Gothofredus*, usurpationem *R* 27 peragrent] *Gothofredus*, peragent *R* 29 quia] *Gothofredus*, qui *R* 30 ad] ab *R* 32 considerandis] *Gothofredus*, considerandi *R* uectionibus *R*a 33 forma incusum *R*a 36 inspiciendarum] *Iust.*, speciendarum *R*

contestationes[1]) suscipere aut in carcer[*em*] quemquam tr*u*dere, sed cursui solum uacare. DAT. [**] KAL. IVN. CONSTANTINOPOLI OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

9 [2])IDEM AA. EVCHARIO PROCONSVLI AFRICAE[3]). Cursus publici praepositos [*sci*]re praecipimus, si sibi et militiae suae consulunt, ni[*hil*] eos contra ueterem disciplinam debere prae-
1 sume[*re*]: cui cum generatur iniuria, haut dubie sacrilegii cri[*mi*]ne obligantur. Libera quin etiam facultas mancipi sit contemplatione proprii discriminis coempta sanitate robusta usui cursus animalia sua sollicitudine praeparare. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. MART.[4]) HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

10 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. SYNESIO. Constitutione cessante, qua super curiosis ex uiri inl(ustris) comitis et magistri officiorum iudicio dirigendis intra certum numerum forma concluditur, antiqua consuetudo seruetur, ut curiosi idonei per diuersas regiones atque prouincias, litora insuper portusque et loca alia transmittantur, conmonitoriis conpetentibus atque mandatis instructi pro administratione tuae sublimitati commissa proque huius legis
1 auctoritate. Ad quos nos ablatarum imperialium specierum mouit occasio, ut inpensiorem sollicitudinem adhiberi mag||nopere iuberemus, quo idoneus quisque a tua magnificentia destinatus inter alia adiuncta et congrue procuranda haec quoque studeat obseruare. DAT. V ID. NOV. CONSTANTINOPOLI HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

11 [5])[*IDEM*] AA. HADRIANO PPO. POST ALIA: Curiosos praecepimus remoueri[6]). Curialibus insuper[7]) et nauiculariis omnibusque corporibus ita subueniri uolumus, ut nihil apparitoribus uniuersorum iudicum liceat, qui ex collecta prouincialium praeda ad maiores militias festinant[8]). DAT. V NON. MART. RAV(ENNA) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS. a. 414

12 [*IDEM*] AA. PALLADIO PPO. Dalmatiae litora omnesque insulas eorum, qui sibi curas uindicant, enormibus commodis praegrauari conpertum est, ut nullus audeat ad loca tutiora
1 etiam acerbitate temporis cogente succedere. Adque ideo omnes omnino ex memoratis partibus censemus remouendos, ut securitas antiqua uel consistentibus uel conmeantibus repa-
2 retur. Si qui igitur ausus fuerit post hanc praeceptionum formam id officium, a quo depulsus est, usurpasse, ferro uinctus ad uindictam cura iudicum dirigatur ad sacratissimum comitatum. DAT. VI ID. IAN. RAV(ENNAE) HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

## XXX DE PALATINIS SACRARVM LARGITIONVM ET RERVM PRIVATARVM[9])

1 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. ASELLO [—]. Palatini omnes, quos consistorii nostri comites propter diuersas necessitates ad prouincias di[*ri*]gendos putauerint, sine ullo metu iudiciariae conmotionis propter quae diriguntur impleant; conueniendis iudicibus more sollemni. DAT. VI KAL. MART. SIRMIO AVSONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

2 [10])IDEM AAA. PANCRATIO C(OMITI) R. P. Prisco iam nunc ordine reuocato de palatino

*R*

1) litis gratia *inserit Iust.* 2) *iunge* 8, 4, 22—24. 11, 1, 32. 11, 7, 19—21. 12, 6, 31: *c.* 9 *errore huic titulo subiunctam ad antecedentem titulum pertinere uidit Gothofredus* 3) Euchario suo salutem 11, 7, 21. 12, 6, 31 4) Rauennae *inserunt leges iungendae* 5) *Iust.* 12, 61, 4: *iunge* 7, 4, 33. 7, 8, 12 6) curiosos p. remoueri *om. Iust.* 7) insuper *om. Iust.* 8) qui . . . festinant] quod ad praedam prouinciarum pertinet *Iust.* 9) *Iust.* 12, 23 10) *Iust.* 12, 23, 5

1 contestationes] *R Iust.* (*I*), attestationes uel contestationes *Iust.* (*X*), testationes *Iust.* (*K*) trudere] *Iust.*, tradere *R* 4 ueterem] *R*b, uerem *R*a 6 coemta *R*a rubusta *R* 11 consuitudo *R* 12 comonitoriis *R*a 13 proquae *R* 14 ablaturum *R*a 19 insuper] *R*b, inper *R*a 24 aceruitate *R* 25 uel conm.] el conm. *R*a 28 ian.] an *R*a 31 hasello *uel* haselle (h *perducta*) *R*: *in hiatu sequenti Gothofredus* pu. *deprehendere sibi uisus est,* Vesme *legit* k. n. *indeque restituit* h(aue) aselle k(arissime) n(obis) 33 co|motionis *R* 35 aa. *R*



potius officio ad gerendum principatum officii comitis domorum per Cappadociam mittantur,
1 quales comes etiam domorum, si secus se[1]) gesserit, uereatur. Idoneos itaque singulis annis e numero mittendariorum ad hoc eligere debebis et mittere. DAT. PRID. NON. IVL. SCVPIS AVSONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

3 IDEM AAA. CATERVIO C(OMITI) S. L. Primicerii scriniorum, receptoriorum etiam, per triennium iuxta instar sacrorum scriniorum administratione fungantur, ita ut nullus ambitu tempora aeui longioris usurpet. DAT. XIIII KAL. SEPT. BAVXARE AVXONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

4 [2])IDEM AAA. AD HESPERIVM PPO. Nihil omnino ullis iudicibus cum palatinis nostrae clementiae, quicumque a consistorianis[3]) comitibus diriguntur, commune atque coniunctum sit, sed excepta reuerentia, quae non solum ab inferioribus, sed etiam a maioribus[4]) rectori pro-
1 uinciae[5]) debetur atque defertur, suis quisque necessitatibus obsecundet. Nec temere apparitor prouincialis debiti reum, || quem rationalis officium ad solutionem cogit, abducat. DAT. VIII ID. DEC.[6]) SIRMIO AVXONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

5 [7])[*I*]DEM AAA. NEBRIDIO C(OMITI) R. P. Quidam post inpletum ordinem militiae pala-
1 tinae quam gesserant honoremque transactum ad exceptorum scrinia transire nituntur. Hac igitur lege sancimus, ut nulli prorsus dehinc ista audendi reli*n*quatur occasio, sed unusquisque eius scrinii, quod primum militando delegit, ordinem persequatur nec in alterius loco finem militiae requirat, qui iam proprii ordinis transegerit principatum. DAT. V ID. OCT. CONSTANTINOPOLI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383

6 [8])[*I*]DEM AAA. AD PROBVM PPO. Ab officiis palatinorum excellentia tu*a* sciat ita penitus recedendum, ut neque ipsa postmodum licitum sibi credat isdem aliquid iniungere et praeterea prouinciarum rectores prohibeat quicquam ulterius t*a*le conari. DAT. VII KAL. NOV. MED(IOLANO)[9]) POST CONS. MEROBAVDIS II ET SATVRNINI. a. 383. 384

7 [10])IDEM AAA. TRIFOLIO C(OMITI) S. L. Scriniis omnibus largitionum comitatensium infra scribtas decernimus dignitates, ut his contenti ambiendi sibi aditum interclusum esse cognoscant, etiamsi speciale beneficium emendicato suffragio quisquam u*a*luerit impetrare. Annonas etiam iuxta definitum dignitatum modum uolumus postulari nec amplius quicquam praesumi.
1 Breuis, quas dignitates per singula scrinia officium sacrarum largitionum habere statutum est[10 a]).
2 [11]) *Scrinii exceptorum: perfectissimus ordinis secundi numero unus, id est primicerius omnis scholae. Perfectissimus, id est primicerius exceptorum, numero unus*[12]). *Ducenarii duo, id est tertiocerius et quartocerius. Centenarius unus, id est primicerius instrumentorum. Epistulares numero duo. Formae primae numero triginta sex. Formae secundae numero quattuor. Formae tertiae numero tres.*

*R* (*breuis c.* 7 *subditus in R corruptus et mutilus est, cf. not.* 11): § 2—19 *exhibent breuem, qualis Iustiniani aetate ualuit, ex Iust.* (*KIXZ et inde a p.* 226, 37 centenarii *O*)

1) si honestum aliquid *Iust.* 2) pr. = *Iust.* 12, 23, 4 3) consistorianis *om. Iust.* 4) et in prouincia degentibus *inserit Iust.* 5) rectoribus prouinciarum *Iust.* 6) Feb. *Mommsen* 7) *Iust.* 12, 23, 5 8) *Iust.* 12, 23, 6 9) accepta . . . *uel* pp. . . . *suppl.* 10) *Iust.* 12, 23, 7 10 a) statuimus hic est *Iust.* 11) § 2—6 *huius breuis in R sic extant* Scrinium exceptores perf. ord. p̄. ñ. I. ducenarii. n. II. Scrin. tabulariorum perf. orđ. III. centenarii ñ. II. perfectis̄s̄. orđ. III. n. I perfectiss. cum consulares ñ. II. epist[*u*]larii. n. II. ducenarius n̄. I. ducenarius n. I forma prim. n̄. III. centenarius n̄. I. centenarii n̄. II. form. sec. n̄. II. epistulares ñ. I epistulari ñ. III. form. III. n̄. II. forma. I. n̄. III. forma prim̄. n. VI. Scrinia cañ. form̄. seč. n̄. III. Mittendarii form. seč. n̄. V. perfectis̄s̄. sāl. n̄. III. ducenarii n̄. II. formae tertiae ñ. III. centenarii n̄. centenarii n. VI. Scriniarii numeror. epistulares n̄. III. epistular. n. XII. perf. orđ. secundi n̄. I. formam prim. ñ. IIII. form̄. prim. ñ. XI. form. sec. ñ. IIII. form̄. seč. n̄. XLII 12) primicerius omnis scholae Perfectissimus [ordinis tertii] numero unus, id est primicerius exceptorum?

6 nu|nullius *R*a 7 aeui] eui *R*a 9 sit commune atque coniunctum *Iust.* 11 suis] sus *R*a 16 reliquatur *R* 17 elegit *Iust.* 20 officio *Iust. libri* excellentia tua] *Iust.*, excellentia *R*a, excellenti tua *R*b paenitus *R* 21 hisdem *R* 22 tale] *Iust.*, teli *R* (*em. m. recens*?) 23 conss. *R* 26 ualuerit] *Iust.*, uoluerit *R* 28 officium] *R Iust.* (*K*), officiorum *Iust.* (*IX*) 29 secundi] *Iust.*, p̄. (primi?) *R*

3 *Scrinii numerorum: perfectissimus ordinis tertii numero unus. Ducenarius numero unus. Centenarii numero duo. Epistulares numero duo. Formae primae numero tres. Formae secundae numero unus. Formae tertiae numero duo.*

4 *Scrinii tabulariorum: perfectissimus ordinis tertii numero unus. Ducenarius numero unus. Centenarius numero unus. Epistularis numero unus. Formae primae numero tres. Formae secundae numero quinque.*

5 *Scrinii canonum: perfectissimus ordinis tertii numero unus. Ducenarius numero unus. Centenarius numero unus. Epistulares numero duo. Formae primae numero quattuor. Formae secundae numero quattuor.*

6 *Scrinii mittendariorum: ducenarius numero unus. Centenarii numero quinque. Epistulares numero nouem. Formae primae numero septem. Formae secundae numero triginta tres.*

7 *Scrinii auri massae: perfectissimus ordinis tertii numero unus. Id est primicerius sacrae massae. Perfectissimus*[1] *numero unus, id est secundocerius. Ducenarii numero duo, id est tertiocerius et quartocerius. Centenarii numero quattuor. Epistulares numero quattuor.*

8 *Aurifices specierum: perfectissimus numero unus. Ducenarii numero tres. Centenarii numero sex. Epistulares numero octo. Formae primae numero decem et octo. Formae secundae numero quattuor.*

9 *Aurifices solidorum: ducenarius numero unus. Centenarii numero septem. Epistulares numero sex. Formae primae numero nouem. Formae secundae numero triginta.*

10 *Sculptores et ceteri artifices: centenarius numero unus. Epistulares numero quinque. Formae primae numero sex. Formae secundae numero decem et octo.*

11 *Scrinii auri ad responsum: perfectissimus ordinis primi numero unus. Perfectissimi ordinis secundi numero duo. Ducenarii numero tres. Centenarii numero duo. Epistulares numero tres. Formae primae numero tres. Formae secundae numero duo. Formae tertiae numero unus.*

12 *Scrinii a miliarensibus: perfectissimus ordinis primi numero unus. Ducenarius numero unus. Formae primae numero unus. Formae secundae numero duo. Formae tertiae numero tres.*

13 *Scrinii*[2] *uestis: perfectissimus primi ordinis numero unus. Perfectissimus secundi ordinis numero unus. Ducenarius numero unus. Centenarius numero unus. Epistulares numero duo. Formae primae numero septem. Formae secundae numero decem. Formae tertiae numero quattuor.*

14 *Officialium sacrarum uestium: ducenarii numero duo. Centenarii numero duo. Epistulares numero duo. Formae primae numero septem. Formae secundae numero decem. Formae tertiae numero nouem.*

15 *Deputati sacrae uestis: perfectissimi secundi ordinis numero duo. Ducenarii numero duo. Centenarii numero duo. Epistulares numero duo. Formae primae numero tres.*

16 *Scrinii ab argento: perfectissimus ordinis secundi numero unus. Centenarius numero unus. Epistularis numero unus. Formae primae numero quattuor. Formae secundae numero tres. Formae tertiae numero unus.*

---

(*R*) *Iust.* (*cf. pag.* 225)

[1]) ordinis tertii *ins.* [2]) sacrae *ins. Mommsen*

---

4 scrinii] sacri scrinii *Iust.* (*K*) 6 quinque] *Iust.* (*X*), duo *Iust.* (*K*) 12 auri] aureae *Notitia dign. Or.* 13, 26 20 artifices] *Iust.* (*KI*), aurifices *Iust.* (*X*) 22 scrinii auri] *Cuiacius ad Notitiam dign.*, scriniarii *libri* perf. ord. primi] *Cuiacius*, per formam secundam (II $I^b$) *Iust.* ($KI^bX$), formam II *Iust.* ($I^a$), perfecmmam primam *Iust.* (*Z*) perfect. ord. secundi] *Cuiacius*, performam *Iust.* ($KI^bX$), forma II *Iust.* ($I^a$), e secunde *Iust.* (*Z*) 23 tres] *Iust.* (*X*), I *Iust.* (*KIZ*) 26 a miliarensibus] *Cuiacius ad Notitiam dign.*, ad militem *libri* ordinis primi] *Cuiacius*, *om. libri* ducenarii *libri* 29 scrinii] scriniarii *libri* primi] tertii *libri* 36 perfectissimi] per formam *libri* duo] *Iust.* (*O*), unum *Iust.* (*K*), I *Iust.* (*IX*) 38 perfectissimus] performam *libri* secundi] *Iust.* (*Hal.*), *om. libri*



17 *Ad pecunias*[1]: *perfectissimus ordinis secundi numero unus. Formae primae numero duo. Formae secundae numero duo. Formae tertiae numero quinque.*

18 *Argentarii comitatenses: ducenarius numero unus. Centenarii numero duo. Epistulares numero duo. Formae primae numero octo. Formae secundae numero uiginti quinque.*

19 *Barbaricarii: centenarius numero unus. Epistulares numero duo. Formae primae numero octo. Formae secundae numero unus* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
DAT. IIII ID. IVN. HERACLIAE RICOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 384

8 [2]) IDEM AAA. [3]) TRIFOLIO COMITI S. L. Placuit iusta et omnibus mittenda[riis] palatini officii profutura suggestio, qua insinuasti, ut ex isdem annui singuli ex ducenariis, terni ex centenariis habito prouisionis intuitu cingulo liberentur. DAT. IIII ID. MART. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. I ET BAVTONE VC. CONSVLIBVS. a. 385

9 [2]) IDEM AAA. TRIFOLIO COMITI S. L. De mittendariis palatinis annui singuli ex ducenariis, terni ex centenariis habito prouisionis intuito cingulo liberentur et prioribus decedentibus locus sequentibus detur. DAT. IIII ID. MART. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS. a. 385

10 IDEM AAA. AD PRINCIPIVM PPO. Si quis iudicum palatino uel profligationem debitorum putauerit esse mandandam uel eius inpertiendum litigatori auxilium in lite priuata, tam ipse quam eius officium per singulos, quibus uetita curanda conmiserit, quinas auri lib(ras) fisci uiribus inferre || cogatur. DAT. PRID. KAL. SEPT. AQVIL(EIA) ARCADIO A. *I* ET BAVTONE CONSS. a. 385

11 IDEM AAA. PROCVLO COMITI S. L. Olim statuimus, ut ultra definitas dignitates nullus nec annonas nec strenas perciperet. Sed quia plerosque de diuersis palatinis officiis sub occasione indepti honoris strenas et uestes ceteraque sollemnia ultra statutum numerum percepisse cognouimus, et id, quod ex superfluo praebitum est, exigi facias et deinceps ultra statutas dignitates nihil praeberi permittas. DAT. NON. MAI. CONSTANTINOPOLI. ACC. A VALERIO COMITE S. L. HONORIO NOB. P. ET EVODIO CONSS. a. 386

12 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. SEVERIANO COMITI ET CASTRENSI. Nullus eorum, qui palatinis intra aulam obsequiis deputandi sunt, ad aliquod munus debet admitti, nisi cui adnotatio nostra sortiendae talis militiae copiam patefecerit. DAT. XVIII KAL. FEBR. MED(IOLANO) VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS. a. 390

13 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HOSIO COMITI S. L. Officium, quod sublimitatis tuae iussionibus obsecundat, eas tantummodo teneat dignitates, quas diuae recordationis Valentis constitutio conprehendit. Nihil ultra nec peti conuenit nec sperari. DAT. IIII KAL. DEC. CONSTANTINOPOLI OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

14 [4]) IDEM AA. MARTINIANO COMITI S. L. Off*ici*orum palatinorum scriniorumque primicerii
1 biennio transacto discedant nec ulterius in eadem militia conmorentur. Eos sane, qui ante hoc statutum in locis memoratis inuenti sunt, ad metas triennii concedimus peruenire. DAT. XV KAL. FEB. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

15 IDEM AA. CONSTANTIO COMITI S. L. His abiectis de officio palatino, qui inconsiderate ac uulgo sunt congregati, statutos || ducentos uiginti quattuor, supernumerarios sescentos decem electissimos inhaerere praec*i*pimus et iu[*x*]ta instructionem eminentiae tuae, quae ad-
1 nexa est, singulis scriniis uel rectoribus definitum numerum supernumerariorum deputari. Si

---

*R* (*cf. pag.* 225, *not.* 11)

[1]) scrinii a pecuniis *Notitia dign.* [2]) *c.* 8 = *Iust.* 12, 23, 8: *iunge c.* 8 *et* 9 [3]) et Arcadius A. *inserit Iust.* [4]) *iunge* 7, 6, 4: *praeterea* 6, 26, 6 *data ad Hosium mag. off. et die et argumento, in* § 1 *etiam uerbis cum h. c. congruit*

---

7 heracliae *R* 9 qua] quam *Iust.* hisdem *R* 10 centenariis] *Iust. cum c.* 9, centuriis *R* 19 I] II *R* 25 dignitate $R^a$ 27 seueriano] *R* (*non* $R^a$), seuero *Cui.* 28 debett *R* 30 neotherio *R* 31 osio *R* 33 conpraehendit *R* 35 offorum *R* 36 codem *R* ... morentur $R^a$ 39 constano (= constantio) *R* inconsideratae *R* 40 congragati $R^a$ 41 inherere *R* praecipimus] *Gothofredus*, praecepimus *R*

quis sane ad memoratam militiam accedere uoluerit, disc[*us*]sa generis fide tunc demum ad- notatione nostri n[*u*]minis palatinorum coetibus societur. DAT. XIII KAL. IA[*N.*] CONSTANTINO- POLI THEODORO VC. CONS. a. 399

16 [1] IDEM AA. MESSALAE PPO. Salutari definitione censuimus DXL et VI de off*icio* co- m(itis) sacrarum largitionu[*m*], trecentos priuatarum, qui tamen nullis sun[*t*] corporibus obli- gati [2], reliquos suis officiis et ordinib[*us*] esse reddendos, singulis tamen ita matriculis reti- [*nen*]dos, ut patriae prouincia pariter conscribatur: iudicibus admonendis de numero statuto, ut ceteri ad sua officia retrahantur nec posthac sub specie militiae intra prouinciam possit delitiscere, qui sibi nec indultum commeatum nec publicam necessitatem docuerit esse man-
1 datam. Curialem suum municipes uindicent, collegiatum proprium corpus adstringat, nec iu- dicem suum apparitor quondam desertor euadat. Sibi quisque, iure tamen, obnoxium exse- quatur, adiutoribus quoque, qui matriculas tractant, supplicium deportationis cum amissione facultatum subeuntibus, si quemquam ultra numerum praestitutum siuerint militare. DAT. XI KAL. IAN. MED(IOLANO) THEODORO VC. CONS. a. 399

17 [1] IDEM AA. LONGI*NIA*NO COMITI S. L. Serenitas nostra salubri sanctione disposuit, ut quingenti quadraginta sex, qui tamen nullis sunt corporibus obligati, palatini sint, supernume- rarii || autem [3], ex quibus in decedentium locum, quos ratio inuenerit, singuli subrogentur ad originem tractis desertoribus: sciente adiutore officii palatini, si qui supra statutum numerum uel coniuentia uel neglegentia eius inrepserit, auaritiam eius proscribtione omnium facultatum
1 ac deportatione plectendam. Reliquos [4] autem, qui superflui fuerint, prouinciis sine dilatione datis auctoritatibus restituantur. DAT. X KAL. IAN. MED(IOLANO) THEODORO VC. CONS. a. 399

18 [5] [*IDEM*] AA. NESTORIO COMITI R. P. Non aliter quilibet in officio sacrarum [6] priuatarum cingulum militiae sibi sumendum existimet, nisi nostrae mansuetudinis adnotationem meruerit. DAT. PRID. ID. AVG. ANCYRAE STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS. a. 405

19 IDEM AA. ET THEODOSIVS A. MONAXIO PPO. [7] Domninum ex primiceriis sacrarum largi- tionum speciali beneficio ex uicariis ad similitudinem proximorum sacrorum scriniorum esse
1 praecipimus. Ceteros primicerios scriniorum et qui post illum primicerii totius erunt officii palatini, ex consularibus inter allectos esse decernimus. DAT. XVI KAL. FEBR. CONSTANTINO- POLI BASSO ET PHILIPPO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 408

20 [8] IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PPO. Palatinos, qui sacrarum remune- rationum rationem tractantes inculpatim [9] ad calcem terminumque militiae peruenerint, prae- cepimus ea habere priuilegia, adiutorem et primicerios diuersorum officiorum [10], quae nuper agentum in rebus scholae a nostra sunt mansuetudine contributa [11]; scilicet ut a tironum praebitione memorati reddantur exsortes ceteraque onera non agnoscant, quae antea, cum nihil de hac re statuissemus, ad dignitatis dispendium sustinebant. DAT. VII ID. IVN. RA- V(ENNAE) POST CONS. || HONORII VIIII ET THEODOSII V AA. a. 413

21 [12] IDEM AA. ANYSIO COMITI S. L. ET TAVRO C. R. P. Ad similitudinem sa[nc]tionis, quam de proximis sacrorum promulgauimus scriniorum [13], etiam in officio sacrarum largitionum
1 atque priuatarum pro biennio annum sub perpetua obseruatione praecipimus custodiri. In

*R*

[1]) *c.* 16 *et* 17 *et tempore et argumento conexae sunt* [2]) palatinos esse *suppl., cf. u.* 16 [3]) totidem? [4]) reliqui *Gothofredus* [5]) *Iust.* 12, 23, 9 [6]) largitionum uel *inserit Iust.* [7]) pu. *Gothofredus* [8]) *Iust.* 12, 23, 10 [9]) inculpanter *Iust.* [10]) adiutorem et primicerium diu. off. praecepimus habere priuilegia (*omisso* ea) *Iust.* [11]) 6, 27, 13 [12]) *Iust.* 12, 23, 11 [13]) 6, 26, 17

1 discussa] ostensa *Cui. errore* 2 coetib. *R*, coetui *Cui. errore* ian.] *sic R* 3 conss. *R* 4 offo *R* 5 sint *Cui. errore* 7 ut] unt *R*ᵃ 10 proproum *R*ᵃ 14 ue. css. *R* 15 lon- giniano] *Gothofredus*, longino *R* 16 quid *R*ᵃ 19 conhibentia *R* 21 css. *R* 22 idem aaa.] imppp. arc. hon. et theod. aaa. *Iust.*? 27 praecepimus *R* 29 carissimis *R*ᵃ 31 ratione *R* peruenerint] *R*, peruenientes *Iust.* (*libri*), peruenerint nec non etiam *Iust.* (*Cui.*) 32 primicerius *R* 33 sholae *R*ᵃ 34 exortes *R* 35 hac restituissemus *R* sustinebant] *Cui.*, sustinebunt *R* 36 cons.] css. *R* 37 anyso *R*ᵃ 39 in] n *mutila sed certa in R*



uenerabili natali perennitatis meae Theodosi exemplo proximorum annus suscipiat exordium promotionis [1], et priuilegia, quae huiusmodi officiis uel primicerio [2] sacris legibus defe- runtur, integra i[n]libataque seruentur. DAT. III KAL. IVL. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. VII ET PAL[*LADIO CONSS.*] a. 416

22 IDEM AA. ANYSIO COMITI S. L. Cessantibus cunctis, quae super bienn[*io*] de actu mitten- dariorum olim statuta sunt, ad sim[*ili*]tudinem exceptorum eiusdem militiae conpleto an[*no*] recedere eos, subituris eundem locum sequentibus, praecipimus, illis, qui nunc agunt, biennii actum ex quo coeperunt conplentibus. DAT. IIII NON. MAI. CONSTANTINOPOLI MONAXIO ET PLINTA CONSS. a. 419

23 IDEM AA. ASCLEPIODOTO COMITI S. L. Quattuor mittendarios, qui per annos singul*os* ex officio palatino exire sollemniter consuerunt, beneficiis, quibus tuo culmini uisum fuerit, ex his uidelicet, quae suae iurisdictionis esse, nec aliis ex consuetudine caelitus deputata cogno-
1 uerit, tua sublimitas prosequatur. Etiam in posterum hac consuetudine permansura, ut cir- cumuentione damnata prolixa stipendia *siue* debita solacia consequantur. DAT. III KAL. MAI. CONSTANTINOPOLI HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. [*CONSS.*] a. 422

24 IMP. THEODOSIVS A. ET VALENTINIANVS C. HIERIO PPO. Nostrae moderationis arbitrio praestitutum est, ut priuatiani priuilegia largitionalis officii perpetuo consequantur, || hoc est ut tam primicerius officii priuatarum quam [*a*]lii quattuor reliquorum primicerii scriniorum eiusdem contemplatione militiae ex consularibus inter allectos esse mereantur et tam in hac alma urbe quam in prouinciis honore potiantur; cum inlustres uiri memoratarum comites digni- tatum ita simili iugiter infularum splendore decorentur, ut non culmine discingantur [3] aequali, sed tempore. DAT. XV KAL. DEC. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XI ET VALENTINIANO C. CONSS. a. 425

25 IDEM A. ET C. MAXIMINO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. *Viros deuotos palatinos non oportere in hac regia urbe apud uirum illustrem praefectum urbis litigare compelli, nisi de aedificatione domorum et seruitutibus et annonis orta uideatur causa: in aliis uero causis tam pecuniariis quam criminalibus apud uiros illustres tantummodo comites suos respondere.*
1 *Rectoribus autem prouinciarum intra administrationis suae fines inter praesentes palatinos nec causis publicis occupatos cognoscere tam pro ciuili quam pro criminali causa permittimus, sic tamen, ut non aliter criminalis sententia aduersus eos proferatur, nisi ex suggestione pro- uincialis iudicii uir illustris comes sub quo militat certioratus hoc ei permiserit.* a. 424. 425

26 IDEM AA. [4] EVDOXIO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. *Inter alias praerogatiuas, quas ante meruerant scholae societatis sacrarum largitionum, primicerius et tres primicerii scrini- orum tribuni praetoriani militaris dignitate fruantur, nulla eis ex cuiuslibet iudicis praecep- tione iniungenda publica uel priuata necessitate.* a. 425—428

27 IDEM AA. FLORENTIO PPO. [5]. *Iubemus uiros deuotos palatinos rei nostri numinis pri- uatae isdem priuilegiis decorari, quibus etiam palatini qui in sacris largitionibus deferuntur. Cum enim par similisque militia sit, iustum et competens uidetur isdem utrumque officium*
1 *priuilegiis gloriari. Primicerios itaque officii tresque primates scriniorum rerum priuatarum finito tempore militiae inter tribunos militares praetorianos, saluis isdem praestitis priuilegiis sacris constitutionibus, nostram clementiam adorare decernimus, ita tamen, ut nullam iniunc- tionem, nullam sollicitudinem priuati uel publici negotii quolibet iudiciario praecepto sustinere possint, sed excepta omni necessitate omnique fatigatione indeptae dignitatis honore potiantur.* a. 428? 429?

*R*: 30, 25—27 *supplet Iust.* 12, 23, 12—14 (*de c.* 27 *cf. infra n.* 5)

[1]) in . . . promotionis] ita ut *Iust.* [2]) primiceriis *Iust.* [3]) distinguantur *Gothofredus* [4]) impp. Theodosius et Valentinianus *requiritur* [5]) *Florentius ppo. Orientis occurrit etiam a.* 438. 439

10 singolus *R* 14 siue] sine *R* 16 hierierio pp. *R* 17 prestitutum *R* 19 et tam] *Cui.*, etiam *R* 21 iugetur *R*ᵃ

## XXXI DE STRATORIBVS[1]

1 [2]IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD ZOSIMVM PRAESIDEM NOVAE EPIRI. Per omnes prouincias edictum generale misimus, ut ab stratoribus unus tantum solidus probae nomine posceretur et in offerendis equis certam formam staturam aetatem prouinciales nostri
1 custodiendam esse cognoscerent[3]. Quos etiam fisco certo solidorum modo obnoxios fecimus,
2 si, quod stratores petere numquam metuunt[4], illi dare stratoribus non timerent. Officium quoque grauitatis tuae centum argenti libris multabitur, si sciens praedictam rem gestam fuisse non ilico eam seueritati iudiciariae prodidisset. DAT. XIII KAL. IVL. APOLLONIAE[5] VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

## XXXII DE CASTRENSIANIS[6]

1 [7]IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. NARSI VIRO SPECTA[BILI][8] COMITI ET CASTRENSI S(ACRI) P(ALATII). In officio spectabilitatis tuae s[e]cundum formam diualium responsorum post comple[tum] tempus praefinitum, id est biennium, prioribus dece[den]tibus insequentes ad locum pro merito laborum sti[pen]diorumque succedant, nec ulla licentia tribuatur his, qui inpletum deposuerint officium, denuo ad eandem militiam uel sollicitudinem remeandi. DAT. VI ID. FEB. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. VII ET QVI FVERIT NVNTIATVS. a. 416

2 [8]IDEM AA. SCHOLASTICO VIRO SPECTABILI[9] COMITI ET CASTRENSI SAC[RI] PALATII. Nonnulli diuinis impetratis apicibus primae uel secundae formae sacri ministerii supernumerarii ordinati sunt, quibus interpositis et locum qui uacauerit occupantibus statuti secundae
1 uel tertiae formae de superioribus gradibus excluduntur. Ideoque decernimus, ut, qui in prima uel secunda forma diuino beneficio supernumerarii repperiuntur, statuti quin etiam secundae uel tertiae formae alternis uicibus, hoc est per uicissitudines, promoueantur, ut nunc unus ex isto, nunc alter ex illo ordine ad superiorem statutorum locum, si uacauerit, pro-
2 grediatur. De cetero obseruando, ut, si quis primae uel secundae uel tertiae formae specialiter inter statutos gradum caelitus ualuerit impetrare, supernumerarius ultimus formae tertiae in matriculis habeatur. DAT. PRID. ID. IAN. CONSTANTINOPOLI HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

## XXXIII DE DECANIS[10]

1 [11][I]MPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. HELIONI COMITI ET MAGISTRO OFF(ICI)ORVM. Quattuor, qui ex corpore decanorum ad primum militiae gradum peruenerint, biennii spatio primiceriatus gerant officium, neque ulterius cuiquam hoc loco liceat immorari, ut omni gratia et ambitione cessante post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes. DAT. PRID. NON. NOV. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. VII ET PALLADIO VC. CONSS. a. 416

*R*

1) *Iust.* 12, 24 2) *Iust.* 12, 24, 1 3) cognoscant *Iust.* 4) numquam metuunt] interdictum est *Iust.* 5) *constitutio non data est Apolloniae, sed uel accepta uel proposita* 6) et ministerianis *addit Iust.* 12, 25 7) *Iust.* 12, 25, 1 8) *Iust.* 12, 25, 2: § 2 *inde a* si quis = *Iust.* 12, 25, 2 9) uiro spectabili *om. Iust.* 10) *Iust.* 12, 26 11) *Iust.* 12, 26, 1

3 generalem *R* ab *om. Iust.* stractoribus *R* 4 equis] *Iust.*, quis *R* 5 esse] ese *R*ᵃ obnoxius *R* 6 si] *Iust.*, *om. R* statoribus *R* 7 libris] *Iust.*, libras *R* 8 prodidisse *R* 11 theodiosius *R*ᵃ 12 sacri] *Iust.*, r. *R* 18 minesterii *R*ᵃ 19 statuti] *Cui.*, statutis *R* 22 uicissitudinis *R* 25 supernumerius] *Iust.* (*K*), supernumerarios *R*, supernumerariis *Iust.* (*OI*) formae] *Iust.* (*OI*), forfae *R*, forte *Iust.* (*K*) 31 primiceratus *R* 32 cassante *R*ᵃ



## XXXIIII DE MENSORIBVS[1]

1 [2]IMPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. AEMILIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Primicerius mensorum ad instar scriniorum[3] biennio expleto agentis in rebus ultimi militiam sortiatur. DAT. X KAL. AVG. ANCYRAE STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS. a. 405

## XXXV DE PRIVILEGIIS EORVM, QVI IN SACRO PALATIO MILITARVNT[4]

1 [5]IMP. CONSTANTINVS A. PALATINIS BENE MERITIS SVIS SALVTEM. A palatinis tam his, qui obsequiis nostris inculpata officia praebuerunt, quam illis, qui in scriniis nostris, id est memoriae epistularum libel||lorumque uersati sunt, procul uniuersas calu[m]nias siue nominationes iubemus esse summotas, idque beneficium ad filios eorum atque nepotes ipso ordine sanguinis peruenire atque inmunes eos a cunctis muneribus sordidis et personalibus permanere cum uniuersis mobilibus et manci[pi]is urbanis, neque iniurias eis ab aliquibus inferri; ita ut, qui haec contempserit, indiscreta dignitate poenas debitas exigatur. DAT. IIII KAL. NOV. TRIVERIS[6] VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS. a. 314

2 IDEM A. AD PROCVLVM PROCONSVLEM AFRICAE. Si ex memorialibus uel e[x] palatinis nostris aliquis ad agendas curas rei publicae uel alterius officii fuerit destinatus, m[i]nime ab
1 eo repraesentatio postuletur equoru[m]. Qui autem in palatio obsequia non praebuerunt, sed ex alio hominum genere sunt, equos sollemnes pro huiusmodi actu repraesentent. DAT. VI KAL. AVG. CONSTANTINO A. IIII[7] ET LICINIO CONSS. a. 319

3 [8]IDEM A. AD RVFINVM PPO. De cubiculis nostris uacatione donatos uel diuersis obsequiis palatinis aut scriniis memoriae epistularum libellorumque uel officio largitionum comitatensium singularumue urbium, sed et officio admissionum, ad legum nostrarum priuilegia uolumus pertinere[9], ut nec ipsi nec filii nec nepotes eorum ad curiam uel[10] honores uel mu-
1 nera municipalia deuocentur. Meritoque his iungimus largitionales urbium singularum, ne priuilegio separentur, quos dignitas propemodum similis copulauit, (memorati namque palati-
2 norum matriculis adtinentur) quique sub cas||trensi militant[11]. Quibus omnibus condonamus, ne exactorum uel turmariorum, quos capitularios uocant, curam subeant uel obsequium temo-
3 nariorum uel prototypiae[12]. Nam beneficiis nostris ita digni sunt, ut, etiamsi quis ad diuersas administrationes post obsequia palatina peruenerit, isdem debeat uti priuilegiis, quo-
4 (1) niam maior dignitas nulla debet[13] praeiudicium facere. Nemo igitur ex filiis praedictorum uel seruis castrensi peculio conquisitis professionibus censualibus inseratur, uel numero adcrescentium locoue deficientium subrogetur, si non fuerit innexus uoluminibus censualibus.
5 (2) Personalibus etiam et corporalibus muneribus[14] liberentur[15], siue adhuc in palatio[16] ob-

*R*

1) *Iust.* 12, 27 2) *Iust.* 12, 27, 1: *iunge* 1, 9, 3 3) ad instar scriniorum *om. Iust.* 4) *Iust.* 12, 28 5) *Iust.* 12, 28, 1 6) *Triueris Constantinus hoc die non fuit* 7) A. V (= a. 319) *Gothofredus* 8) *Iust.* 12, 28, 2: *Seeck iungit Iust.* 6, 22, 5 (*a.* 352) 9) aut scriniis . . . pertinere] memoriales etiam, qui in scriniis memoriae ep. libellorum sacrarumque dispositionum referuntur, nec non et si qui in utroque officio palatinorum comitatensium s. urbium et off. admissionum et castrensis sacri palatii militant, priuilegia uolumus habere *Iust.* 10) curiam uel *om. Iust.* 11) § 1 *om. Iust.* 12) prototypiae] pentaprotiae *Iust.* 13) nulla debet] nulli debet circa prioris dignitatis seu militiae priuilegia *lex gemina* (*cf. not.* 14) *Iust.* 12, 1, 3 14) etiamsi (§ 3) . . . muneribus] etiam censualibus uel personalibus uel corporalibus muneribus *Iust.*: *uerba* 30 maior . . . facere *extant in Iust.* 12, 1, 3 15) et habeant castrense peculium *addit Iust.* 16) in palatio] palatium *Iust.*

3 criniorum *R*ᵃ agentes *R* 4 x *om.* 1, 9, 3 antemio *R* 6 militant *Iust.* 7 tam] *Iust.*, tam in *R* 11 peruenire *R* inmunis *R*? 12 unuersis *R*ᵃ 15 merorialibus *R* 16 publice *R* 20 ad rufinum] rufino *Iust.* 21 largionum *R* 23 munera] *Iust.*, onera munera *R* 25 copulauit *Iust.* 27 capitularius *R* 28 nam] aut etiam tironis praestationem agnoscant nam *Iust.* (*Latini contra B*) 29 hisdem *R* 31 cumquisitis *R* 32 locoue] *Gothofredus*, loco uel *R* 33 corpolibus *R* obseruant] *Iust.*, obseruent *R*

6(8) seruant siue optata quiete donati sunt. Quibus omnibus priuilegiis coniungimus agentes in
rebus, licet meritis[1]) militaribus uideantur esse subnixi. DAT. V KAL. MAI. SIRMIO CONSTAN-
TINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319 (352?)

4 IDEM A. AD IVLIVM V*E*RVM[2]) VIC(ARI)VM[3]) ITALIAE. Palatinis nostris, qui ob spectatum
laborem otio donati *sunt*, sub obtentu pensitationum, quae repraesentari consuerunt, tolerantia
1 munerum sordidorum atque indigni oneris quorundam temeritate inponitur. Quod facinus
licet grauiore poena plecte*n*dum est, tamen ita uolumus emendari, ut grauitas tua ex officio
rationum aeris speciem postulet et in tabulas ei formatae legis huius apices inprimat, ut, si[4])
quid tale sustineant, ad eas ilico quasi ad praesentia remedia perfugiant a*t*que ab intentato
onere liberentur. PP. ID. MART. CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS. a. 321

5 IDEM A. AD VNIVERSOS PALATINOS. Ab his, qui post inpleta officia || fidelis obsequii ad-
ministrationes publicas mer[*u*]erunt, concessa quidam conantur priuilegia de[*tor*]quere nec in-
tellegunt fastigiis promotionum i[*n*] sublime prouectos ab inmunitate legitima exui minime
1 oportere. Ideoque praec*i*pimus, ut palatini [*nos*]tri expleto munere fidelis obsequii, cum ad
dignitatum cumulos elati fuerint, nihil de concessis p[*riui*]legiis perdant, sed incrementis digni-
2 tatum utilis a[*u*]geatur immunitas. De qua re ad praefectos praetorio et ad praefectum urbis
scribta direximus. DAT. II[*I*] NON. IVL. YSCOI[5]) IANVARINO ET IVSTO CONSS. a. 328

6 [6])IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. H(AVE) ARTEMI K(ARISSIME) NOB(IS). M[*ira*]ti
admod*um* sumus te non consideratis priuil[*e*]giis palatinorum quosdam ex eorum numer[*o*] sus-
ceptoribus uelle coniungere, cum id minime legis nostrae sententia conprehendat. ET CETERA.
DAT. XIII KAL. OCT. AQVILEIA[7]) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

7 IDEM AA. AD PRAETEXTATVM PV. Omnes, qui intra consistorii secreta ueneranda notari-
orum funguntur officio, quique in scriniis militant, quique inter agentes in rebus plenum ui-
giliarum munus exercent, admissionales etiam et qui sub castrensi officio siue comitatensibus
siue priuatis largitionibus obsecundant, cum pro merito prob*i*tatis et fidei accessu istius fuerint
splendoris ornati, constetque eos tunc temporis honoratos, cum a palatinis mitterentur obse-
quiis, a primis quibusque gradibus usque ad perfectissimatus ordinem, tametsi prosecutoriarum
1 adiumenta non habeant, praerogatiua concessi honoris utantur. Comitibus autem, quorum
iam celsior locus est, et tribunis ita demum pro||sit allectio, si sacra ad urbanae officium prae-
2 fecturae scribta pertulerint, quibus eorum uita laudetur. Haec peculiariter Romae seruentur,
ut habit*o* loci honorisque delectu, habito etiam uirium fortunarumque discrimine, et laboribus
singulorum congrua praemia rependa*n*tur et hi ad impetratam adlectionem pertineant, quos
post gloriosum laborem exhauriri senatoriis sumptibus non oportet. DAT. XIIII KAL. DEC.
TRIVERIS. ACC. IIII ID. DEC. LVPICINO ET IOVINO CONSS. a. 367

8 [*IDEM*] AA. AD PROBVM PPO. Circa palatinos nostros quies inlibata permaneat, quo[8])
intellegant cuncti ne*c* officia inpunitum habere nec iudices, si inquietentur hi, quibus post
documenta fidelis obsequii sub nostris acta conspectibus, plena est inpertienda tranquillitas.
DAT. III KAL. SEPT. BRISIACI VALENTINIANO NOBILISSIMO PVERO ET VICTORE CONSS. a. 369

9 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD ARBORIVM PV. Omnes, qui

*R*

1) meritis *om. Iust.* 2) Seuerum *Seeck, cf.* 11, 30, 9. 8, 18, 2. 10, 1, 2 3) rationalem 10, 1, 2, *cf. Memorie dell' instituto di correspondenza archeologica II p.* 326 4) qui *inserit Mommsen* 5) Oesco *Gothofredus* 6) *iunge* 8, 3, 1 7) acc. XV k. Nou. Salerni *inserit* 8, 3, 1 8) quo permaneat *Mommsen*

1 quibus] bus *R*ᵃ 4 uirum *R* 5 sunt] *Cuiacius, om. R* otentu *R*ᵃ 7 plectemdum *R* 8 ei formatae *ne muta* 9 ilico] *sic R* abque *R* 11 offici *R*ᵃ obsequi *R*ᵃ 12 detorquere *Cuiacius*, derelinquere *Vesme, qui* derc***quere *in R deprehendere sibi uisus est: hodie scriptura post* de *charta obtecta est* 13 exui] *sic R testibus Cuiacio aliisque praeter Mommsen, qui legit* exire 19 admodo *R* 20 conpraehendat (—da *R*ᵃ) *R* 23 quibque in *R*ᵃ 24 castensi *R*ᵃ 25 probatis *R* 27 prosesecutoriarum *R*ᵃ 31 habitu *R* delictu *R uel R*¹ 32 rependantur] *Cuiacius*, rependatur *R* 33 exauriri *R* 36 nec off.] *Gothofredus*, ne off. *R* 37 ducumenta *R*



e palatio sacro uel priuilegiis ambiuntur uel prouinciali administratione donati sunt, nullis
1 uolumus conuentionibus fatigari. Quisquis igitur agentem in rebus aliumue palatina dignitate
subfultum, qui uel post administratam prouinciam honorati auctoritate fulcitur uel testimonii
nostri *ad*sertione confidit, frequenter super dignitate sua interpellatione[1]) pulsauerit, quinque
librarum auri inlatione teneb*i*tur. DAT. XV KAL. MART. TRIVERI*S* GRATIANO V ET THEODOSIO
I AA. CONSS. a. 380

10 IDEM AAA. AD PROBVM PPO. Rectores prouinciarum inlicitum esse cognoscant quem-
quam, qui e palatio gloriosa administratione perfunctus seu uacatione donatus || sit, ulli ne-
cessitati extra ordinem subiugandum, praeterquam semel ad professionem proprii ho[no]ris, non
1 modo ulla conuentione cogendum, uerum[2]) leui saltem conmonitione pulsandum. Quod si
quis iudex hoc praeceptum temerare contenderit, eiu[*s*] officium, penes quod culpam neglectae
iussion[*is*] haerere manifestum est, quinque librarum auri [*con*]demnatione multandum est. DAT.
V KAL. IVL. AQVILEI[*A*] GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS. a. 380

11 [3])IDEM AAA. EVTROPIO PPO. Ab omnibus ex aula nostra decede[n]tes uiri iniunctis
habeantur inmunes; numerari[*o*]rum fastus uel rapaces quaestus tamquam exp[*e*]rientes et
idonei *non* patiantur, nec post emeritam iu[*s*]sionem[4]) ad ministeria senes, debiles seu ua-
cante[*s*] oblitterata laboris exacti consideratione reuocentur. DAT. III NON. FEBR. CONSTAN-
TINOPOLI EVCHERIO ET SYAGRIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 381

12 [5])IDEM AAA. AD CYNEGIVM COMITEM S. L. Quoscumque palatinae militiae officiis depu-
tatos per decem annorum spatia quisquam ad ordinem sibi debitum repetere cessauerit, postea
super petitione personae agere nihil poterit. DAT. III NON. MART. CONSTANTINOPOLI MERO-
BAVDE II ET SATVRNINO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 383

13 [6])IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD PINIANVM PV. Omnes, qui
in palatio militando diuersis actibus paruerunt, secundum legem domini germani nostri[7]) in
tantum eius dignitatis, cuius meruerint missionem, optinere norint insignia, ut his omnibus
praeferantur in ordine atque consessu, qui posteriore tempore regendas prouincias dignitates-
1 que susceperint || palatinas. Hoc autem generale decretum si quisquam temeraria usurpatione
uiolare temptauerit, sacrilegii reus legibus censeatur[8]). DAT. PRID. NON. IVL. MED(IOLANO).
ACC. IIII KAL. SEPT. HONORIO NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

14 [9])[*I*]MPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AD ASCLEPIODOTVM PPO. Qui [*i*]ntra nostra
scrinia uel agentum in rebus uel palatinorum tam comitis largitionum quam comitis priua-
tarum uel[10]) apparitionis amplissimae praefecturae praetorianae sacramenta se deuouerit et
quindece*nnii* transcurs*o* curriculo nulla fuerit a collegis conuentione pulsatus, adsu*m*pti cin-
1 guli honore laetetur, nec eme*n*sa militia relictae originis inuidia quatiatur. In cohortalinorum
autem militia praedicta tempora propaganda censemus, non quod maiores in ipsis rei publicae
uires sint quam in curialibus constitutae, sed quod non isdem priuilegiis inferioris sortis ho-
mines debeant honorari. Ideoque decernimus, ut, si in ea militia, ad quam transire conati

*R*

1) confidit reuerenter super d. sua, interpellatione *temptat Mommsen* 2) ne *inserit Gothofredus* 3) *usque ad* 16 patiantur = *Iust.* 12, 28, 3 4) missionem? *u. i.* 5) *iunge* 12, 1, 96 (Floro ppo.) 6) *Iust.* 12, 28, 4 7) secundum ... nostri *om. Iust.*: *secundum Gothofredum indicatur constitutio Gratiani, cuius particulae extant in* 6, 10, 2. 6, 22, 5. 6, 26, 2 8) si quis autem temeraria usurpatione uiolare statuta temptauerit, sacrilegii poenam sustineat *Iust.* 9) § 2 = 12, 1, 184: *iunge* 8, 4, 28 10) ad *inserit Mommsen*

3 aucturitate *R* 4 ad|adsertione *R* 5 tenebitur] *Cuiacius*, tenebuntur *R* triberim *R*, triberini *Cui.* 9 hono*ris *R*, laboris *Cui. errore* 10 uerum] *R*, uerum etiam *Cuiacius* comonitione *R*ᵃ 11 paenes *R* 14 idem] XII idem *R*² (*manus recens*?) ab omnibus *post* uiri *Iust.* 16 non patiantur] *Iust.*, potiantur *R* iu*sionem *R*, missionem *Cuiacius* 17 obliterata *R* 23 imppp. ... aaa.] idem et arc. aaaa. *Iust.* 25 nouerint *Iust.* 29 euuodio *R* 30 asclepiodoto 12, 1, 184 33 quindecennii transcurso] *Beck*, quindecem in transcursu *R* adsupti *R*¹ (*em. m. recens*?) 34 emessa *R* 35 in *om. R*ᵃ 36 uires] *Cuiacius*, uiris *R* hisdem *R*

sunt, uiginti quinque annos singula [1]) fortunae suae conuentione peregerint, et in officiis sine
inquietudine et intermissione permanserit, quibus se quamuis inlicite sociarunt, ipsi quoque
2 securi sint et a prioris condicionis macula liberentur. Liberos autem curialium uel cohorta-
lium [2]) quandoque susceptos, siue ante praerogatiuam et tempora expressa praesumptae mili-
tiae siue post decursa stipendia, originalem sequi condicionem oportet, quoniam satis est pa-
3 rentibus eorum uacationem a nostra clementia pro remuneratione fuisse concessam. Haec
autem lex non ad illos pertinet, qui uel curiis uel suis officiis per sententias || iudicum traditi
sunt, quos quidem propriam nec[es]se est, cui addicti sunt, *fortunam* amplecti, sed ad eos, de
quorum condicione in iudiciis quaestio uertitur, ut datam formam cognitores obseruent. DAT.
XV [3]) KAL. IVN. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

15 [4]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. PROCVLO PV. *Hac nostrae mansuetudinis
aeterna lege sancimus, ut omnes cubicularii, qui de nostro cubiculo exeunt, antequam primum
locum obtineant, excepto castrensi et comite domorum his priuilegiis perfruantur, id est ut nec
possessiones eorum angarias siue parangarias uel etiam paraueredos in posterum dispositione
tui culminis uel alicuius calumnia dare cogantur, ne sordidis adstricti muneribus decus mi-*
1 *nisterii, quod militando uidebantur adepti, otii tempore et quietis amittant.* [5]) *Domos quoque
eorum uel in hac sacratissima urbe uel in qualibet alia positas ciuitate ab omni hospitum*
2 *cuiuslibet dignitatis inquietudine uindicamus. Prouinciarum rectoribus eorumque apparitio-
nibus denarum librarum auri dispendio feriendis, si mansuetudinis nostrae statuta dissimu-
lare et ex aliqua parte uiolare temptauerint.* a. 428

## [*XXXVI DE CASTRENSI OMNIVM PALATINORVM PECVLIO*]

1 (XXXV, 15) [6]) IMP. CONSTANTINVS A. AD SEVERVM PV. Omnes palatinos, quos edicti nostri
iam dudum certa priuileg[*ia*] superfundunt, rem, si quam, dum in palatio nost[*ro*] morantur,
uel parsimonia propria quaesiuerint uel donis nostris fuerint consecuti, ut castr[*en*]se peculium
habere praecipimus. Quid enim tam [*ex*] castris est, quam quod nobis consciis ac prope su[*b*]
1 conspectibus nostris adquiritur? Sed nec alieni sun[*t*] a puluere et labore castrorum, qui
signa nostra comitantur, qui praesto sunt semper actibus, quos intentos eruditis studiis iti-
2 nerum prolixitas et expeditionum difficultas exercet. Ideoque palatini nostri, qui priuilegiis
edicti uti potuerint, peculia sua praecipua retineant, quae, dum in palatio constituti sunt, aut
labore, ut dictum est, proprio aut dignatione nostra quaesiuerint. PP. X KAL. IVN. CONSTAN-
TINO A. VI*I* ET CONSTANTIO CAES. CONSS. a. 326

## XXXVI*I* DE EQVESTRI DIGNITATE [7])

1 [8]) IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM PPO. Equites Romani, quos
secundi gradus in urbe omnium optinere uolumus dignitatem [9]), ex indigenis Romanis et ci-

*R*: 35, 15 *supplet Iust.* 12, 5, 2: (*u. i.*): 36 *r. supplet Iust.* 12, 30

[1]) sine ulla *Gothofredus* [2]) cohortalinorum 12, 1, 184 [3]) XVII Kal. Mai. 12, 1, 184 [4]) *iungendae uidentur* 6, 2, 21. 6, 27, 22 [5]) § 1 *fortasse Iustiniani, cf.* 6, 23, 3 § 2. 4 § 1. 1a [6]) *Iust.* 12, 30, 1 [7]) *Iust.* 12, 31 [8]) *Iust.* 12, 31, 1 [9]) Equites Romanos secundum gradum post clarissimatus dignitatem obtinere iubemus *Iust.*

1 officii sine *R*b, officii sene *R*a 2 inlicitae *R* 3 priores *R*a 4 expraessa *R* 8 fortunam] *Cuiacius*, quofortunon *R* 10 XVII kal. mai. 12, 1, 184 11 pu.] pp. *Iust.* 22 *c.* 15 *non pertinere ad titulum* 6, 8 (= *Iust.* 12, 5), *sub quo in Iust. legitur, sed a Iustinianis demum ei subditam esse tam ex argumento quod ad titulum 35 ducit, quam ex additamento Iustinianae rubricae* (et de omnibus cubiculariis et priuilegiis eorum) *colligitur; cf. Zeitschr. der Savigny-Stiftung R. A.* 38 *p.* 24 23 certa] *Iust.*, certe *R* 24 uel] *Iust.* (*OI*b), uel si *R Iust.* (*KI*a) quaesierint *Iust.* 25 praecepimus *Iust.* sub] *Iust.*, su[*] *R* 29 potuerunt *Iust.* 31 VII] *Gothofredus*, VI *R* 32 XXXVI *R* 33 ppo.] *Iust.*, pu. *R*



1 uibus eligantur uel his peregrinis, quos corporatis non oportet adnecti. Et quia uacuos huius-
modi uiros esse priuilegiis non oportet, corporalium eos iniuriarum et prosecutionum formido
non uexet, ab indictionibus quoque, quae senatorium ordinem manent, habebuntur immunes.
DAT. PRID. KAL. NOV.[1]) PHILIPPOPOLI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

## XXXVIII (XXXVII) DE PERFECTISSIMATVS DIGNITATE [2])

1 [3]) IMP. CONSTANTINVS A. AD PATERNVM VALERIANVM. Codicillis perfectissimatus fruantur, qui impetrauerint, si abhorreant a condicione seruili uel fisco aut curiae obnoxii non sint uel si pistores non fuerint uel non in aliquo [*negotio constiterint nec sibi honorem uenali suffragio emerint nec rem alicuius administrauerint* . . . . . . . . . . . . . . . . . . .]

## [XXXVIIII]

1 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*R* (*desinit in* 8 aliquo)

[1]) *Philippopoli Valentinianus hoc die non fuit* [2]) *Iust.* 12, 32 [3]) *Iust.* 12, 32, 1

1 elegantur *R* 3 ordinum *R* 8 negotio *sqq. supplet Iust.* 10 *inter folia 46 et 47 codicis R ultimum quaternionis XXXVII folium resectum est. Vestigia minio scripta clausulae libri VI, quae in recta deperditi folii pagina scripta erat, in paginam* 45v *transfusa inde a uersu XIV apparent haec:* — liber — | incipit — VII *lineolis rubris circumsaepta: ibidem circa u. V uel VI item alia rubra deprehenduntur, quae ad rubricam tituli XXXVIIII pertinuisse dubium non est. Apparet igitur in uersibus quinque uel sex, quae adhuc libri clausulam antecesserunt, non amplius una tituli XXXVIIII constitutione intercidisse*

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI URBINO • CARLO BO •
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA URBINO

Verlag der Weidmannschen Buchhandlung in Berlin SW 68

**Corpus juris civilis.**

Volumen primum. Editio stereotypa quarta decima. **Institutiones** recognovit **Paulus Krueger. Digesta** recognovit **Theodorus Mommsen.** Retractavit **Paulus Krueger.** 4°. 1922. Grundzahl geh. 10 M.

Volumen secundum. Editio stereotypa nona. **Codex Justinianus** recognovit **Paulus Krueger.** 4°. 1915. Grundzahl geh. 7 M.

Volumen tertium. Editio stereotypa quarta. **Novellae** recognovit **Rudolfus Schoell.** Opus **Schoellii** morte interceptum absolvit **Guilelmus Kroll.** 4°. 1912. Grundzahl geh. 10 M.

**Collectio librorum juris antejustiniani** in usum scholarum ediderunt **Paulus Krueger, Theodorus Mommsen, Guil. Studemund.**

Vol. I. **Gai Institutiones** ad codicis Veronensis Apographum Studemundianum novis curis auctum in usum schlolarum ediderunt **P. Krueger** et **G. Studemund.** Editio sexta. Insunt supplementa ad codicis Veronensis Apographum a Studemundo composita. Accedunt fragmenta interpretationis Gai institutionum Augustodunensia ad recensionem Aemilii Chatelain edita a **Paulo Kruegero.** Gr. 8°. (LXX u. 206 S.) 1912. Grundzahl geh. 3 M.

Vol. II. **Ulpiani** liber singularis regularum, **Pauli** libri quinque sententiarum, **fragmenta minora** saeculorum p. Chr. n. secundi et tertii resensuit **Paulus Krueger.** Gr. 8°. (VIII u. 168 S.) 1878. Grundzahl geh. 2,40 M.

Vol. III. **Fragmenta Vaticana. Mosaicarum et Romanarum Legum Collatio** recognovit **Theodorus Mommsen. Consultatio veteris cuiusdam iurisconsulti. Codices Gregorianus et Hermogenianus. Alia Minora** edidit **Paulus Krueger.** Gr. 8°. (VIII u. 323 S.) 1890. Grundzahl geh. 4,60 M.

**Iustiniani Augusti Digesta.** Recognovit adsumpto in operis societatem **Paulo Kruegero Th. Mommsen.**

Vol. I. Accedunt tabulae duae. 8°. (LXXXXVI, LVI, 906 u. 54 S.) 1870. Grundzahl geh. 24 M.

Vol. II. Accedunt tabulae decem. 4°. (969 u. 75 S.) 1870. Grundzahl geh. 32 M.

**Codex Iustinianus.** Recognovit **Paulus Krueger.** Lex. 8°. (LXXX, 1102 u. 84 S.) 1877. Grundzahl geh. 42 M.

**Codicis Iustiniani fragmenta Veronensia.** Edidit **Paulus Krueger.** Gr. Fol. (VII u. 84 S.) 1874. Grundzahl kart. 20 M.

**Iustiniani institutiones.** Recensuit **Paulus Krueger.** Ed. IV. 8. (VIII u. 175 S.) 1921. Grundzahl geh. 1,60 M.

*Die angegebenen Preise sind nur Grundzahlen. Diese Grundzahlen mit der jeweiligen Schlüsselzahl multipliziert ergeben den Ladenpreis. Die Schlüsselzahl wird von den Vorständen des Börsenvereins der Deutschen Buchhändler und des Deutschen Verlegervereins festgesetzt und ist durch jede Buchhandlung zu erfahren.*

Gedruckt in der Dieterichschen Universitäts-Buchdruckerei (W. Fr. Kaestner) in Göttingen.

# CODEX THEODOSIANVS

RECOGNOVIT

P. KRVEGER

FASCICVLVS II

LIBER VII–VIII

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MIMXXVI

# CODEX THEODOSIANVS

RECOGNOVIT

P. KRVEGER

FASCICVLVS II

LIBER VII–VIII

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MIMXXVI

## LIBER SEPTIMVS

# I DE RE MILITARI[1])

1 [2]) IMP. CONSTANTINVS A. ET C. Si quis barbaris scelerata factione facultatem depraedationis in Romanos dederit uel si quis alio modo factam diuiserit, [ui]uus amburatur. DAT. IIII KAL. MAI. SEVERO ET RVFIN[O CONSS.] a. 323

INTERPRETATIO. Si quis cum quibuslibet hostibus praedas egerit aut praedam cum praedonibus diuiserit, incendio concremetur.

2 [3]) IMP. CONSTANT*I*VS A. AD SILVANVM COM(ITEM) ET MAGISTR[*VM*] EQVITVM ET[4]) PEDITVM. Si quis miles per commeatu[*m*] dimissus fuerit a tribuno uel praeposito aut inconsulto eodem ab obsequio militari signisque discesserit, per singulos milites tribuni et praepositi quina pondo auri fisco inferant. DAT. VI KAL. IVN. SIRMIO LIMENIO ET CATVLLINO CONSS. a. 349

3 [5]) IDEM A. AD TITIANVM PPO. Quicumque militum ex nostra auctoritate familias suas ad se uenire meruerint, non amplius quam coniugia, liberos, seruos etiam de peculio castrensi emptos neque adscribtos censibus ad eosdem excellentia tua dirigi faciat. DAT. III KAL. IVN. LIMENIO ET CATULLINO CONSS. a. 349

4 IDEM A. AD CRETIONEM VC. COM(ITEM). Quamuis omni tempore opera dari debuerit, ne sacramentis militaribus separatio[6]) traderentur, qui nec stipendiorum numero nec contraria corporis ualetudine quiete perfrui debent, tamen prudentiae tuae prosecutione admissa, qu*ae* apud nos uerbis facta est, praec*i*pimus, ut, qui ante stipendia emensa uel[7]) integra corporis ualetudine otio mancipati sunt, restituantur pristinis numeris. DAT. V KAL. IVL.[8]) SERGIO ET NIGRINIANO CONSS. a. 350

5 [9]) IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA.[10]) Eorum liberos, qui armis inhaeserunt, ad usum bellicum et castra reuocantes [*ei*]s quoque eorum stipendiorum copiam deferemus, qui
1 alterius gradus militiae[11]) salutarem maxime rei publicae operam persecuntur. Quod si quosdam aut inbecillitas ualitudinis aut habitudo corporis [*a*]ut mediocritas proceritatis ab armatae

*R et ad* 1 *r.* 1 *Br.* (*NMG*)

[1]) *Iust.* 12, 35 [2]) *Iust.* 12, 35, 9: *iunge* 7, 12, 1 [3]) *iunge* 8, 7, 3 [4]) *Iust.* 12, 35, 10 [5]) equitum et *rectius abesset* (Mommsen) [6]) separati otio *Cuiacius* [7]) uel *delet Mommsen* [8]) k. Iul. (Ian.?) pp. ... *Seeck Regesten* 83, *ut data sit lex a Constante a.* 349 [9]) *iunge* 8, 4, 8. 12, 1, 58 [10]) ad Mamertinum ppo. *addunt leges iungendae* [11]) militia *Mommsen*

4 a. et c.] *Br. cum* 7, 12, 1, a. *RO*, a. aelio pp. *Iust. hoc loco,* a eliano *Iust.* 7, 12, 1 qui] *K*, quis *Br. Iust.* barbaris] *R Iust.*, barbarus *M*, cum barbaris *NGE* facultatum *G* depraeditionis *N*, depraedationi *M*, depraedatione *G* 5 deferit *N* facta *N* prouiuus *om.* *G*[1] comburatur *GE Iust.* IIII] V *G* 6 seuero et *om. L* conss. *om. N* 9 constantius] 8, 7, 3 (*R*), constantinus *R hoc loco cum T ad* 8, 7, 3, const. 8, 7, 3 *Iust.* 14 castrens *R*[a] 17 cretionem] *cf. Ammian.* 21, 7, 4 20 quae] *Cuiacius*, qui *R* praecepimus *R* 23 inheserunt *R* 26 procertatis *R*[b], procrtatis *R*[a]

2 militiae con[d]icione submouerit, eos iubemus in officiis ceteris militare[1]). Nam si post de-
finitam a nobis aetatem ignobile otium adamauerint, curiis obnoxii erunt sine controuersia[1])
pro uirium qualitate, ita ut ii, quos debilitas fortuita aut morbus et corporis ualitudo con-
fecta ita eneruauerit, ut ad usum castrorum militiaeque idonei esse non possint, uacationem
perpetuam depulsis curialium munerum sollicitudinibus consequantur. ET CETERA. DAT. III
K.[1]) MAI. HADRIANOPOLI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

6 [2]) IDEM AA. MAVRIS SITIFENSIBVS. Si quis armatae sacramenta militiae inpigro quin-
quennii labore pertulerit, auo licet ac patre sit decurione progenitus, ab omni nexu curiali
1 personam dumtaxat propriam uindicauerit[3]). Diuersis autem officiis seruientes quinque et
uiginti annis in militia decursis pari securitate donamus. ET CETERA. DAT. VIIII KAL. MAI.
TREVERIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 368 uel 370

7 [4]) IDEM AA. IOVIO MAGISTRO EQVITVM ET PEDITVM[5]). Plures de diuersis numeris
1 ante impleta stipendia ad indebitos honores suffragiorum ambitione perueniunt. Siue igitur
eos purpuram adorasse constabit, siue excepisse aliquas dignitates, eo quem ceperint honore
soluantur, ita ut, qui ceteros in labore positos festina cupiditate transierint, nec testimonium
2 quidem emeriti laboris accipiant. Quod si aliquibus fortasse rationibus adtinentur inpliciti,
ad eos numeros, de quibus pe[r am]bitionem exierant, reuertantur. DAT. PRID.[6]) KAL. IVN.
MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

8 [7]) IDEM AA. AD EQVITIVM COM(ITEM) ET MAG(ISTRVM) MILI(TVM). Omnibus omnino ueter-
anis auctoritas tua denuntiet, quod, si quis filium suum armorum honore condignum non
propria uoluntate militiae, quam ipse sudarit, obt[u]lerit, nostrae sit legis laqueis inplicandus.
DAT. VIII KAL. OCT.[8]) HERACLEAE VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365 ?

9 IDEM AA. AD IOVINVM MAG(ISTRVM) EQVITVM. Tam duces, quam etiam com(ites) et qui-
bus Rheni est mandata custodia, since[ri]tas tua protinus admonebit, ut neque regalibus
neq[ue] legatis sua milites iumenta subpeditent. Etenim c[um] propriis animalibus eo usque
1 ueniendum est, ubi obsequium cursuale succedit. Sane sollicitudinem conpetentem auctoritas
tua iubebit adhiberi, ut eorum pecoribus, ubi conlocauerint mansionem, alimenta non desint.
DAT. IIII KAL. FEB. REMIS LVPICINO ET IOVINO CONSS. a. 367

10 IDEM AA. AD IOVINVM MAG[ISTRVM] MIL[ITVM]. Plerique milites secum homines condi-
cionis ingenuae propinquitate simulata uel condicione lixarum frequenter abducunt: ideoque,
ut numerosissima pube crescat exercitus, moneantur, ut ipsi sponte huiuscemodi homines,
quos penes se esse meminerint, tribunis suis sive praepositis offerant ad tuum officium diri-
gendos, aut sciant se non absque deuotionis nota et morsu honoris alieni commilitionibus
1 esse postponendos. Etenim his, qui occultatores perfidos publicauerint, pro praemio huius
indicii gradus unus addetur, ii uero ad inferiorem ordinem reuoluentur, qui castris idoneos
[i]uuenes studio inertis obsequii putauerint occulendos. DAT. XVI KAL. MART. REMIS LVPICINO
ET IOVINO CONSS. a. 367

11 IDEM AA. AD SEVERVM MAG[ISTRVM] MIL[ITVM]. Ii, qui inter adcrescentes matriculis ad-
tinentur tamdiu alimoniam a parentibus sumant, quoad gerendis armis idonei fuerint aestimati,
ita ut cesset super eorum nomine praebitio fiscalis annonae. DAT. VIII KAL. MAII TRIVER(IS)
MODESTO ET ARINTHEO CONSS. a. 372

---

*R*

[1]) id. *leges iungendae* [2]) *iunge* 12, 1, 64 [3]) uindicabit *Mommsen* [4]) *iungenda uidetur* 8, 1, 10 [5]) et peditum *delet Gothofredus, cf.* 23, 172) [6]) VIII 8, 1, 10 [7]) *Gothofredus iungit* 5, 21, 3 (*Iust.* 11, 68, 3) [8]) acc. *ins. Sidonius* 23

---

3 hii *R* 4 eneruauerit] *Cuiacius*, enarrauerit *R*a, enerrauerit *R*b (*uel R*² ?) possunt *R*a 7 sacramentae *R* inpegro *R* 9 uendicauerit *R* 11 treuerim *R* 12 iouio *R h. l et ad* 8, 1, 10 13 perueniant *R* (*emend. man. recens*) 14 ceperint] *Cuiacius*, coeperint *R* 15 transsierint *R* 27 mansionum *R* 29 condiciones *R* 32 penenes *R* 34 raemio *R*a 35 hii *R* 36 [i]uuenis *R* 38 hii *R* adcresentes *R*a 39 quodad *R*a 40 truer̄ *R* 41 arintho *R*a



12 [1]) IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. CYNEGIO PPO. Tribuni uel
milites nullam euagandi per possessiones habeant facultatem: cum signis propriis in man-
sionibus solitis ac publicis maneant: aut si quis tam necessaria scita contempserit, de eo ac
tribuno eius ad nostram scientiam rectorum ac defensorum relationibus protinus deferatur[2]).
DAT. IIII ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 384

13 [3]) IDEM [4]) AAA. RICHOMERI COMITI ET MAGISTRO VTRIVSQVE M(ILITIAE). Cum supra
uirentes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistit, id prouida auctoritate decer-
nimus, ut nullus omnino inmundo fimo sordidatis fluentis commune poculum polluat neue
abluendo equorum sudore deproperus publicos oculos nudatus incestet, atque ita et turbido
potum caeno misceat et confundat aspectum[5]); sed procul a cunctorum obtutibus in inferio-
ribus partibus fluuiorum, id est infra tentoria uagus natatus animalium, prouti libitum uidetur,
exerceat[6]). Sublimis igitur m(agnificentia) t(ua) id sollicitudinis studio et admonitionis prae-
cepto faciet custodiri, ut unusquisque tribunus agnoscat, gravi se subdendum esse supplicio,
in cuius parte neglectum prohabitur, quod agnoscit imperatum. DAT. VI KAL. IVN. VINCEN-
TIAE TATIANO ET SYM(MACHO) CONSS. a. 391

14 IMPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. THEODOTO MAG(ISTRO) OFFICIORVM.
Quicumque infantes uel pueri milit[tare] coeperunt, sterni eos inter ultimos iussimus, i[ta] ut
ex eo tempore, ex quo parere coeperint, locum sibi incipiant uindicare, ut laborum suffragiis
incrementa militiae consequantur. DAT. III KAL. MAI. CONSTANTINOPOLI ARCADIO III ET HO-
NORIO II AA. CONSS. a. 394

15 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. REMISTHEO DVCI ARMENIAE. [7]) Si quis posthac mi-
litem in priuato obsequio r[e]pertus fuerit retinere, quinque libris auri multae nomine feriatur.
DAT. XII KAL. MART. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII E[T] HONORIO III AA. CONSS. a. 396

16 IDEM AA. THEOFILO VICARIO ASIAE. [8]) Si quos milites per prouincias relictis propriis
numeris passim uagari cognoueris, correptos facias[9]) custodiri, donec de his cleme[n]tiae
nostrae auribus intimetur et, quid fieri oporteat, decernamus; ita ut, si quis miles in pro-
uincia sine suo numero repertus fuerit ac post elapsus esse nuntiabitur, facultatum suarum,
periculo totius officii, condemnatione grauissime uindicetur. DAT. V KAL. FEBR. CONSTANTINO-
POLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

17 [10]) IDEM AA. ROMVLIANO PV. Si qui miles ex his, qui praesentes diuino obsequio nos-
trae clementiae deputati sunt et qui in hac esse urbe praesente comitatu concessi sunt
quiue de aliis numeris uel legionibus sunt, repertus fuerit uel sibi uacans uel alieno obsequio
contentus, nobis ilico nuntietur, ita ut conscii, qui talium praesentiam non praebuerint, uiginti
1 libras auri sciant esse[11]) multandos[12]). Sin uero quisquam missus a numero uel a tribuno ad
comitatum serenitatis nostrae peruenerit[13]), ilico se uiris inl(ustri)b. comitibus[14]) offerre
festinet et causas profectionis exponat, ut et responsum caeleste mereatur et citam remeandi

---

*R*

[1]) *Iust.* 12, 35, 11; *iunge* 8, 5, 45 [2]) quatenus seuerissime in eos animaduertatur *addit Iust.* [3]) *pr.* = *Iust.* 12, 35, 12 [4]) impp. Theodosius Arcadius et Honorius *Iust.* [5]) atque ita ... aspectum *om. Iust.* [6]) id est ... exerceat] hoc ipsum faciat *Iust.* [7]) *contextus constitutionis in Iust.* 12, 35, 13 *pr. his uerbis adnexus est*: ii autem, qui in priuato obsequio militem retinere fuerint reperti, quinque ... feriantur [8]) si ... 23 decernamus = *Iust.* 12, 35, 1392 [9]) cognoueris corr. facias] praesides earum cognouerint, corr. faciant *Iust.* [10]) *Iust.* 12, 35, 13 *pr.* § 1 [11]) sese *Gothofredus* [12]) repertus ... multandos] uel sibi uacet uel aliena obsequia sine nutu principali peragere audeat. qui autem in huiusmodi facinore fuerint conuicti, militia exuti poenas consentaneas luere compellantur *Iust.* [13]) aliter enim eos hoc facere uetamus *inserit Iust.* [14]) sub quorum regimine constituti sunt *addit Iust.*

---

4 referatur *Iust.* 5 ricomere et clearco *R* 9 nudatos *R* 11 prout *Cuiacius* 13 tribunos *R* 14 quod] *Cuiacius*, quam *R* 17 militare] *Cuiacius*, milit*** *R* 19 mai.] *sic, ni fallor, R*, mart. *Cuiacius* 26 miles *R* 36 profectionis (professionis *Iust.*) ... 37, 1 facultatem] *R*² (*suppleuit manus antiqua diuersa ab ordinario correctore*) *Iust.*, profectionis (*reliquis omissis*) *R*¹

accipiat facultatem. DAT. KAL. FEB. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

18 [1] [I]DEM AA. STILICHONI MAG(ISTRO) MIL(ITVM). Contra publicam utilitatem nolumus a
1 numeris ad alios numeros milites nostros transferri. Sciant igitur comites uel duces, quibus
regendae militae cura commissa est, non solum de comitatensibus ac palatinis numeris ad
alios numeros militem [2] transferri non licere, sed ne ipsis quidem *pseudo*comitatensibus le-
gionibus seu de ripariensibus castricianis ceterisque cuiquam eorum transferendi militem
copiam adtributam [3], quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemque
2 conuenit deuenire. Quod si qui contra fecerint, per singulos milites singulas auri lib(ras) a se
nouerint exigendas. DAT. XIIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

## II QVID PROBARE DEBEANT AD QVAMCVMQVE MILITIAM VENIENTES

1 [4] IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. POSTVMIANO [5] PPO. Quotiens-
cumque se aliquis militiae crediderit offerendum, statim de natalibus ipsius ac de omni uitae
1 condicione examen habeatur, ita [*ut*] domum genus non dissimulet et parentes. Nec tamen
huic ipsi rei nisi honestissimorum hominum testimonio adstipulante credatur: ita enim fiet,
ut et curias nemo declinet et ad militiam nullus adspiret, nisi quem penitus liberum aut
genere aut uitae condicione inquisitio tam cauta deprehenderit. DAT. XIIII KAL. AVG. CON-
STANTINOPOLI MEROBAVDE II *ET* SATVRNINO CONSS. a. 383
2 IDEM AAA. AD NEOTERIVM PPO. Quisquis cinguli sacramenta desiderat, in *ea* urbe, qua
natus est uel in qua domicilium conlocat, primitus acta conficiat et se ostendat non patre,
non auo esse municipe penitusque ab ordinis necessitatibus alienum, sciturus se in perpetuum
1 reuocandum nec temporis nec militiae praerogatiua, si ita non gesserit [6], defendendum. Or-
dines etiam urbium nouerint, si cuiquam praestitisse gratiam doceantur ac non uera actis
promendo per mendacium quemquam abire [7] permiserint, se periculo subiacere. DAT. VI ID.
IVL. MED(IOLANO) ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS. a. 385

## [*III*] QVIS IN GRADV PRAEFERATVR

1 [8] IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PPO. In omnibus, qui militiae nomen dederunt, ratio est habenda meritorum, ut is potissimum potiorem adipiscatur gradum, qui meruerit de labore suffragium, nec quaeratur, quis milita*rit* primus, sed quis manserit in studio apparitionis adsiduus. DAT. PRID. ID. FEB. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VC. CONSS. a. 393

***R***

[1]) *Iust.* 12, 35, 14 [2]) militis *Iust.* [3]) nisi hoc augusta maiestas publicae utilitatis gratia fieri iusserit *addit Iust.* [4]) *iunge* 12, 1, 102 [5]) II *ins.* 12, 1, 102 [6]) si res ita non cesserit? [7]) ambire *Fornerius* [8]) *eodem die ad Rufinum data est* 10, 19, 13 *argumenti plane diuersi*

1 accipiant *R* 5 riegendae *R*b (*sic*) de *om libri in Iust.* 6 pseudocomitatensibus] *Cuiacius* seu de comitatensibus *R Iust.* 7 de] de castris *libri in Iust.* riparensibus *Iust.* castrisianis] *R*, castrianis *Iust.* (*I*a), castrensianis *Iust.* (*KOI*b) 8 aucmentum *R* 10 exegendas *R* stilicone *R*a auriliano *R* 11 quid] qui *R*a 14 aliqui *R* 17 paenitus *R* 18 depraehenderit *R* 19 et *bis R* 20 neotherium *R* [ea] eab *R* 30 militarit] *Cuiacius*, militare *R*



2 [1]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PPO. Cum alios in altiores militiae gradus iugis obseruatio, nonnullos in eadem militiae statione caeleste p*r*ouexisset oraculum, ac tempore prouehendae dignitatis exor*i*retur contentio, quisnam prior incederet quisue subsequeretur, cum uterque pari eiusdem gradus niteretur auspicio: non inmerito placuit, ut, quotiens codicillis uel sacris affatibus ullus ex alio ad alium gradum cum isdem stipendiis emigrarit, triennio ei postponatur, quem sors militiae in eum progressum duxerit. DAT. X KAL. OCT. HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

## IIII DE EROGATIONE MILITARIS ANNONAE [2])

1 IMP. CONSTANTINVS A. HAVE FELIX K(ARISSIME) N(O)B(IS). Tribunos siue praepositos,
qui milites nostros curant, annonas per dies singulos scribtionis indicio sibi debitas in horreis
d[*e*]relinquere non oportet, ut procuratores seu susceptores uel praepositi pagorum et hor-
reorum eam [3]) conparent: hinc enim fit, ut a prouincialibus non annonas, sed pecunias postu-
1 lent memorati, ipsis etiam speciebus remanent [4]) uitiatis adque corruptis. Constituimus igitu[*r*]
derelictae annonae fisco conpendium uindicari, subscribendario et optione gladio feriendis,
quoniam fieri [5]) non potest, ut uel prouincial*is* iterata conlatione grauentur uel militibus cor-
ruptae species diuidantur detrecta*nt*ibus memoratis ad diem sumere annonas suae congruas
2 dignitati. In qua culpa si quis fuerit adprehensus, nec personae merito nec honoris fastigio
defendendus est. DAT. XIIII KAL. NOV. AQVIS PAVLINO ET IVLIANO CONSS. a. 325
2 IMP. CONSTANTIVS A. AD TAVRVM. Cum militibus per Africam constitutis landum uel
recens forsita*n* caro deinceps erogabitur, ungulas orisque tantummodo summitatem praecidi
amputarique praecipimus, ne porcina integra separetur, sed erogationi proficiat annonariae.
DAT. VIII ID. APRIL. ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS. a. 355
3 IDEM A. ET IVLIANVS CAES. AD TAVRVM. Comes militaris rei per Africam constitutus
1 contra uetitum species annonarias de conditis arbitrio suo dicitur usurpasse. Hoc de cetero
citra uicarii arbitrium fieri non potest, nisi uicarius comitis scribtione conuentus didicerit, qui
numerus annonarum et quibus debet erogari, atque id fieri oportere censuerit. DAT. XV KAL.
IAN. SIRMIO CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO C. CONSS. a. 357
4 [I]DEM A. HELPIDIO. Cum in expeditione milites degant, biduo expeditionalem annonam,
tertio die panem consequantur ac uinum. DAT. IIII KAL. IAN. DORIDAE DATIANO ET CE-
R*E*ALE CONSS. [6]) a. 358 ?
5 [*I*]DEM A. HELPIDIO PPO. Expeditionalem annonam ex horreis milites uiginti dierum
debent suscipere, ut eam transvehant propriis in expeditione necessitatibus profuturam. DAT.
PRID. ID. MART. CONSTANTINOPOLI EVSEBIO ET HYPATIO CONSS. a. 359 ?
6 [7]) IDEM A. ET IVLIANVS CAES. HELPIDIO PPO. Repetita consuetudo monstrauit expe-
ditionis tempore buccellatum ac panem, uinum quoque atque acetum, sed et laridum, carne*m*
uerueecinam etiam milites nostros ita solere percipere: biduo buccellatum, tertio die panem:
uno *die* uinum, alio die acetum: uno die laridum, biduo carnem uerueecinam. DAT. XVI KAL.
IVN. [8]) HIERAPOLI CONSTANTIO X ET IVLIANO C. III CONSS. a. 360

***R***

[1]) *eiusdem diei est* 9, 32, 1 [2]) *Iust.* 12, 37 [3]) eas *Gothofredus* [4]) remanentibus *Gothofredus* [5]) ferri *Beck* [6]) *cf. Seeck Regesten* 76 (*a.* 361) [7]) *Iust.* 12, 37, 1 [8]) *K. Aug. Iulianus non fuit Nicomediae*

1 alios] *Cuiacius,* aliis *R* 2 prouexisset] *Gothofredus,* peruexisset *R* 3 exoreretur *R* 5 hisdem *R* 9 habe *R* 13 igitu[r] *R*, ideoque *Cuiacius* 14 uendicari *R* sus|cribendarios *R* 15 prouinciales *R* 16 detrectantibus] *Cuiacius*, detrectationibus *R* 17 adpraehensus *R* 20 forsitam *R* 21 annenaerias *R*a 25 uicari *R* nisi] id est nisi *uel* nisi scilicet *proposuit Gothofredus* 28 degunt *Gothofredus* 29 cerale *R* 42 transueant *R* 33 esebio *R*a 34 monstrauit] *Iust.*, monstrabit *R* 35 lardum *Iust.* 37 ueruecinam etiam] *Iust.* (*X*), et uerbecinam etiam *R*, etiam ueru. *Iust.* (*KO*), etiam ueru. et *Iust.* (*I*) die uno uinum] dei uinum *R* lardum *Iust.* berbecinam *R* 38 constantino *R*a consulibus *R*

7 [1]IMP. IVLIANVS A. SALLVSTIO PPO. Milites ad uicensimum lapidem capitum peterre iussimus. DAT. VIII ID. IAN. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

8 IDEM A. SECVNDO PPO. Militibus ad kalendas Augustas capitatio denegatur, ex kalendis Augustis praebeatur. DAT. KAL. AVG.[2]) NICOMEDIAE MAMERTINO ET NEVITTA VV. CC. 4 CONSS. a. 362

9 [3]) IMP. IOVIANVS[4]) SECVNDO PPO. E uicensimo non amplius lapide milites sibi iubemus paleas conuectare. DAT. V K. OCT. AEDESA[5]) IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.[6]) a. 364

10 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM PV. Protectores fori rerum uenalium iuxta ueteris moris || obseruantiam in annonarum suarum conmoda pretia conse- 9 quantur. DAT. X KAL. MAI. ANTIOCHIAE[7]) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

11 IDEM AA. AD MAMERTINVM PPO. Susceptor antequam diurnum pittacium authenticum ab actuariis susceperit, non eroget. Quod si absque pittacio fuerit[8]) e[*ro*]gatio, id quod ex- 1 pensum est, damnis eius potius supputetur. In qua re officium grauitatis tuae in sp[*e*]culis esse debebit, non sine detrimento propria[*rum*] facultatem id futurum sciens, si neclexerit, ut praescribtae formae tenor custodiatur; nec prius de horreis species proferantur, et maxime capitationis, quam, ut dictum est, ad diem pittacia authentica fuerint prorogata. DAT. ID. DEC. TRIV(ERIS)[9]) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

12 [10]) IDEM AA. AD VICTOREM MAG(ISTRVM) MILI(TVM). In prouinciis stationes[11]) militum adfici *possidentes* Ursicini comitis suggestione cognouimus, a quibus superstatutorum graue 1 atque inusitatum quoddam nomen ecenaticorum fuerit introductum. Quod magnifica auctoritas tua missis conpetentibus litteris in omnibus prouinciis iubebit aboleri, ut milites recordentur commoda sua, quae in annonarum perceptione adipiscuntur, extrinsecus detrimentis prouincialium non esse cumulanda[12]). DAT. VI KAL. IAN.[13]) BONAMANSIONE DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

13 IDEM AA. AD POPVLVM. Actuarii per singulos uel ut multum binos dies authentica pittacia prorogent, ut hoc modo inmissis[14]) pittaciis species capitum annonarumue ex horreis 1 proferantur. Quod nisi fuerit custoditum, actuarius et susceptor, sed et officium iudicantis, quod non institerit huic iussioni, statutae obnoxium tenebitur. DAT. KAL. OCT. AQVIL(EIA) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.[15]) a. 365

14 IDEM AA. SECVNDO PPO. Riparienses milites mensibus nouem in ipsa specie consequantur annonam, pro tribus pretia percipiant. ACC. KAL. DEC. CALCHEDONE VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

15 [16]) IDEM AA.[17]) AD AVXONIVM PPO. Sicut fieri per omnes limites salubri prospectione praecipimus, species annonarias *a* uicinioribus limitibus prouincialibus ordinabis ad castra

---

*R*

1) *cf. c.* 9 2) *K. Aug. Iulianus non fuit Nicomediae* 3) *Iust.* 12, 37, 2: *cf.* 4) impp. Valentinianus et Valens AA. *Iust.* 5) ferri *Beck* 6) *re uera constitutio Edessae data est a.* 363, *accepta a.* 364 7) Santichio *Seeck* (?) 8) facta *ins. Gothofredus* 9) *Valentinianus hoc anno Treuiris non fuit* 10) *Iust.* 12, 37, 3 11) statione *Mommsen* 12) Cenaticorum nomine milites et eorum superstantes nihil penitus a prouincialibus accipere audeant. Sciant enim milites, quod oportet eos commoda sua quae ... adipiscuntur, accipientes extrinsecus detrimentis prouinciales non adficere *Iust.* 13) Iun. *Gothofredus, cf.* 14, 2, 1 14) emissis *Gothofredus* 15) dat. * kal. Oct. Aquil. diuo Iouiano et Varroniano conss. (*a.* 364) *scr.* 16) *Iust.* 12, 37, 4 18) et Gratianus A. *addit Iust.*

---

6 ioninus *R* e *om. libri in Iust.* 8 ppo.] pu *R* 9 praetia *R* 10 anthiociae *R* 12 actaris $R^a$, auctuaris $R^b$ pettacio $R^a$ e[ro]gatio *R* ? 14 si] nsi $R^a$ neglexerit *R* (*Mo.*) ? 15 maximae $R^a$ 16 fuerit *R* 19 possipossidentes *R*: passim possidentes *proposuit Gothofredus* superstatutorum] *aliter uidentur legisse Iustiniani* (eorum superstantes) nomin *R uel* $R^a$ 27 quod] quo $R^a$ iudicantes $R^a$ 28 statutae] *scil.* multae 31 praetia $R^a$ calcedone *R* 33 auxonium] emigium *Iust.* (*O*), cinegium *Iust.* (*Ambros.*) 34 praecipimus] *R Iust.* (*K*), praecepimus *Gothofredus cum Iust.* (*O*) ad uicin. limit. *R* uicin. limit. a *Iust.*, a uicin. limiti *Mommsen*



conferri; et[1]) inuito oneris[2]) castris constituti milites duas alimoniarum partes ib*i*dem de conditis sumant nec amplius quam tertia*m* partem ipsi uehere cogantur. DAT. V NON. MAI MARCIANOPOLI VALENTINIANO NP. ET VICTORE CONSS. a. 369

16 [3]) IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PPO. Actuarii nisi expleto triginta dierum spatio pittacia authentica confestim tradiderint, species, quas ex fiscalibus conditis dissimularint excludere, uel numero cuius ratiocinia pertractant supersederint erogare, de propriis facultatibus uel militibus ipsis uel fiscalibus horreis adigantur inferre. DAT. VI ID. APRIL. SIRMIO VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 370 uel 373

17 [4]) IDEM AAA.[5]) AD MODESTVM PPO. Fortissimi ac deuotissimi milites, familiae quoque, sed et ceteri quibuscumque praediti dignitatibus[6]) annonas et capitum singulis diebus aut certe conpetenti tempore, id est priusquam annus elabatur, de horreis consequantur: aut si perceptionem suam ac si debitam studio uoluerint protelare, id, quod conpetenti tempore minime perceperint, fisci nostri commodis uindicetur. DAT. PRID. NON. APRIL. ANTIOCHIAE GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE VC. CONSS. a. 377

18 [7]) IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. ABVNDANTIO STILICHONI ET CETERIS COM(ITIBVS) ET MAGISTRIS VTRIVSQVE MIL(ITIAE). Ne quis pro speciebus annonariis pretia temptet ex*i*gere: uel si contra legem datam uenire temptauerit, nec illud, quod in pretio expetiit, permittatur exigere, nec illud, quod suo tempore accipere in speciebus neclexerit, consequatur. DAT. IIII KAL. AVG. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VC. 19 CONSS. a. 393

19 IDEM AAA. TATIANO[8]) PPO. Officiorum annonas dispositione prouidentissima his prouinciis distributas, quae nec transuectioni publicae nec arcae possunt aliquod deferre conpendium, conprobamus. DAT. PRID. KAL. AVG. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VC. CONSS. a. 393

20 [9]) IDEM AAA. RVFINO PPO. Nulli militarium pro his annonis, quae in prouinciis delegantur, repudiata ad tempus specierum copia et inopiae occasione captata pretia liceat postulare: ita ut, si quis propter anni abundantiam suscipere oblata neclexerit ac postea inpositis pro necessitate rerum pret*i*is repudiata taxauerit, neque id quod contra hanc legem expetit sinatur exigere neque illud quod accipere dissimulauerit consequatur. DAT. III KAL. AVG. 29 CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VC. CONSS. a. 393

21 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. CAESARIO PPO. Si a militaribus prouincial*e*s quaelibet damna pertulerint ac non ipsa*s* species, quae in prouinciis a possessoribus congregantur, fuerint consecuti, ilico interpellato iudice admissum crimen[10]) ad nostram clementiam perfe- 1 ratur, ut admissum crimen congrue uindicetur. Sin uero tantum nefas simili taciturnitate contexerint[11]), praeter eam multam, quam rectores officiaque subire conueniet, etiam detrimentorum quantitas in duplum de eorum facultatibus exig*e*tur reddenda ac restituenda his, qui dispendia talia pertuleruut. DAT. XV KAL. MAI. ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

---

*R*

1) sed *Iust.* 2) sed *Iust.* 3) *Iust.* 12, 37, 5 4) *Iust.* 12, 37, 6 5) imppp. Valens Gratianus (grat. ual. *traditur*) et Valentinianus AAA. *Iust.* 6) familiae ... dignitatibus *om. Iust.* 7) *iunge* 7, 9, 3 8) *Tatiano ppo. anno* 392 *successit Rufinus:* pp. ... *inserit Seeck* 9) *Iust.* 12, 37, 7: *iungenda* 5, 13, 33 ? 10) admissum crimen *del.* (*Mommsen*) 11) contexerit *Gothofredus*

---

1 inuito oneris] in ueteranis *Iust.* (*libri*), βετωρινοῖς *Iust.* (*B*), in uicinioribus *Mommsen* constitutis $R^a$ ibidem] *Cuiacius*, ibi idem *R*, itiden *Iust.* 2 tertiam] *Iust.*, tertiam in *R* 6 dissimulauerint *Iust.* 10 capite *Iust.* injutis debus $R^a$ 12 conpetemnti $R^a$ 13 nostro $R^a$ uendicetur *R* anthiociae *R* 15 abundandtio $R^a$ 17 exegere *R* in pretio ... 18 quod $R^2$ ? (*manus antiqua*), *om.* $R^1$ 28 pretiis] *Iust.*, praediis *R* taxauerit] tauerit $R^a$ 29 illud] id *Iust.* 31 prouincialis *R* 32 ac] hac *R* ipsa *R* 36 exigetur] *Gothofredus*, exigitur *R*

22 [1]) IDEM AA. HILARIO PPO. Neque scholae neque uexillationes comitatenses aut palatinae neque legiones ullae neque auxilia, qualeslibet ad prouincias delegatorias de specierum praebitione pertulerint, audiantur, si pretia poscant ultra ea, quae generali lege diui patris senioris Valentiniani constituta sunt. Nec enim fas est, ut exigendis annonis militum nostrorum seruientes noua possessoribus pro arbitrio proprio indicant. Siue mentionem [2]) etiam pretiorum nullam delegationem ualere praecipimus. DAT. III KAL. IVN. [3]) MED(IOLANO) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

23 [4]) IDEM AA. HILARIO PPO. Prouincialium commodis nos conuenit subuenire. Ad omnium utique [5]) numerorum siue uexillationum aut etiam scholarum tribunos per uiros inl(ustres) com(ites) sublimitas tua faciat peruenire, ut meminerint faenum militibus isdem [6]) capitibus praestandum iuxta legem diui Valentiniani de quinta [7]) decima indictione [8]), nec tamen ad oppidum deferendum. DAT. XVI KAL. IVL. ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

24 [9]) IDEM AA. Excellentia tua erogationis per susceptores factae modum quantitate breuium conferri perficiat, ita ut, ex [10]) quo die numeris datu[*m*] sit, diligentius exploretur ac, si quid amplius actuarios uel optiones accepisse constiterit, quam breuium datorum scriniis nostris ueritas contin[*et*], memorati in duplum reddere conpellantur: susceptoribus ea summa 1 inputanda, quam semel flagitantibus isdem erogasse monstrauerint. Nam ad inlustres quoque mag(istros) utriusque mil(iti)ae sacri apices cucurrerunt, quibus prouida sanctione decreuimus, ut breues ante indictionis principium summa fide ac ueritati confecti ad nostra scrinia dirigantur, secundum quos a susceptoribus erogatio celebretur. DAT. VIII KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO VC. CONSS. a. 398

25 [11]) IDEM AA. EVTYCHIANO PPO. Quoniam clementia nostra poscenti Epifanis ordini consensit, ut Nouembri mense nouellum uinum militi praeberetur, propterea quod ueteris dispendiosa uidetur erogetio: inl(ustris) auctoritas tua per omnes prouincias cunctis numeris ac militibus a Nouembri mense de nouello uino annonam dari disponat [12]). DAT. X KAL. IVN. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO VC. CONSS. a. 398

26 [13]) IDEM AA. PROVINCIALIBVS PROVINCIAE PROCONSVLARIS. Opinatoribus [14]) nullum sit cum prouinciali conmercium, ita ut a iudicibus uel officio prouinciali omnis summa debiti postuletur, intra anni spatium conferenda. DAT. PRID. KAL. APRIL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS. a. 401

27 IDEM AA. ET THEODOSIVS A. ANTHEMIO PPO. Nullus protectorum uel domesticorum, cui aut tuitio locorum aut quaedam longior est commissa necessitas aut certe iudicum nostrorum praeceptis iussus obtemperat [15]), annonas uel emolumenta percipiat, nisi circumacto anni tempore post conpletum consulatum in alterius anno consulis [16]) conmonitorium reparare curauerit. DAT. KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. VI ET PROBO VC. CONSS. a. 406

28 [17]) IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. ANTHEMIO PPO. A prouinciarum rectoribus caueatur, ut tam numeris quam familiis nec non et inpedimentis praeter eas annonas quae adaerantur id tantum in specie praebeatur, quod militis flagitarit inspectio, ne actuariorum fraudibus ulla relinquatur superpostulationis occasio, cum per praepositos pisto-

*R*

[1]) *iunge* 11, 21, 2 [2]) sine mentione *Gothofredus* [3]) V kal. Ian. 11, 21, 2 [4]) *Iust.* 12, 37, 8 [5]) itaque *Iust.* [6]) iustis *Iust.* [7]) de quinta] sequente *Gothofredus* [8]) de q. d. indictione *om. Iust.* [9]) *Iust.* 12, 37, 9 [10]) ex *om. Iust.* [11]) Iust. 12, 37, 10 [12]) Iubemus per omnes prouincias — dari, quoniam ueteris dispendiosa uidetur erogatio *Iust.* [13]) *Iust.* 12, 37, 11: *iunge* 8, 5, 63. 11, 1, 29 *cf. etiam* 11, 5, 1 [14]) id est exactoribus militaris annonae *addunt libri in Iust.* [15]) iussus est obtemperare [16]) anni consulatum [17]) § 1 *inde a* semper (*cf. not.* 7) dierum = *Iust.* 12, 37, 12

1 scolae *R* 2 braebitione *R* qualislibet *R* 5 seruientis *R* 8 nos] *Iust.*, non *R* 13 aa.] *sequitur hiatus 7 uel 8 litterarum* 16 sub|ceptorib. *R* (subceptoribus *Mommsen*) 17 hisdem *R*, eisdem *Iust.* 19 ueritate *R* 25 nouello] *Iust.*, nouelle *R* 28 iudicibus] *R*, a ducibus *Iust.* (*KX*), ducibus *Iust.* (*I*), eductibus *Iust.* (*O*) 33 iussus] iussus aut certe *R*ª 38 praeterea si annonas *R* 39 aderantur *R*



rum et diadotas [1]) legis forma caueatur, ut nulli omnino nulla in specie praebeatur annona, nisi quem substantem adque in praesenti constitutum postulare constiterit. Hoc quoque legis auctoritate conplexo, ut semper [2]) dierum, per quas resistentes [3]) tribuni emolumenti gratia sollemniter stillatures nomine consecuntur species, non aliter adaerentur, nisi ut in foro rerum uenalium distrahuntur. DAT. V ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. VI ET PROBO VC. CONSS. a. 406

29 IMPP. [4]) HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PPO. Si quas sub gratia donationis a militibus auferunt, quam merentur, annonas duces seu tribuni, iuxta nummaria defixa pretia sine ulla dubitatione percipiant. DAT. IIII NON. MAI. CONSTANTINOPOLI HONORIO VII ET THEODOSIO II AA. CONSS. a. 407

30 [5]) IDEM AA. ANTHEMIO PPO. Limitanei militis et possessorum utilitate conspecta per primam secundam ac tertiam Palaestinam huiuscemodi norma processit, ut, pretiorum certa taxatione depensa specierum intermittatur exactio: sed ducianum officium sub Versamini et 1 Moenaenii [6]) castri nomine salutarie st[*a*]tuta conatur euertere. Ideoque lege repetita cens[*e*]mus, ut, si quis interclusam specierum exaction[em] refricare temptauerit, uel adaerationes statut[as] ausus fuerit inmutare, tam uir spectabilis dux c[en]tum librarum auri quam etiam eius officium pa[ri] condemnationis summa quatiatur, adiecta sacrilegii poena, quae diualium scitorum uiolator[es] palam insequitur. DAT. X KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI HONOR[*IO*] VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

31 IDEM AA. AD ANTHEMIVM PPO. Militaribus commodis prospicientes adaeratarum annonarum, quae familiis apud Orientem uel Aegyptum praeberi consuerunt, certa ac distincta 1 locis et numero pretia statuimus. Verum quia in hoc et prouincialium nobis habenda est cura praecipua, ne nimia festinatione poscendi conlatorum uires adteri uideantur, certum con- 2 stitui tempus placet, quo eadem pretia debeant praeberi poscentibus. Quapropter uniuscuiusque indictionis annonariam in pretiis rationem transacta ea sequentis indictionis mense Nouembri conpleto praeberi praecipimus. DAT. PRID. KAL. DEC. CONSTANTINOPOLI HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

32 IDEM AA. LEONTIO VIRO INL(VSTRI) PRAEFECTO ILLYRICI. Procuratores curiarum annonarum et cellariensium specierum gratia minime fatigentur, quas in dignitatibus constituti, id est rectores prouinciarum et comites solent accipere. Nam cum adaerationis aestimatio prius per centum et uiginti capita exactione solidi teneretur, per sexaginta recens redegit auiditas, exindeque iam nutrita licentia ad tredecim [7]) tributarios non dubitauit artare, procu- 1 ratore damnum, quo ipse subditus fuisset, prouincialibus infligente. Ideoque per cornicularium cuiuscumque prouincialis officii hanc sollicitudinem inpleri conueniet, ita ut nulla ab eodem exactionis molestia prouincialibus inferatur; sed erogandas species ex horreis publicis et cellariensium nomine aurum ex titulo manifesto eidem delegatum pro erogationis qualitate suscipiat, etiam pretium his, qui adaerare uoluerint, depensurus iuxta nundinationem, quae aut foro rerum uenalium continetur aut amplissimae praefecturae est culmini deputata: nec enim queri poterunt, qui uel species accipient debitas dignitati, uel si auri perceptione laetentur, 2 aequari se tanto culmini [8]) non debebunt. Temerantium etiam audacia punienda: officio tui culminis quinquaginta librarum auri multa continuo percellendo, si rite disposita obseruare neclexerit. DAT. XVI KAL. SEPT. CONSTANTINOPOLI HONORIO VIIII ET THEODOSIO IIII AA. CONSS. a. 412

*R*

[1]) per ... diadotas *colloca post* ut [2]) septem *Iust.* [3]) resistentes *post* 4 consecuntur *collocat Iust.* [4]) *desideratur Arcadius* [5]) § 1 = *Iust.* 12, 37, 13: *iunge* 5, 4, 30 [6]) *cf. Notitia dign. Or.* 34, 22, 18 [7]) triginta *Gothofredus* [8]) queri *inserit Haenel*

3 quas *R* 8 *ante* quam *expectes* ultra 11 milites *R* 12 palestinam *R* retiorum *R*ª 14 moenoeni *R* 15 adaerationis *R* 18 honor(io) a. VIII *R* iundictionis *R*ª 25 praetiis *R* 28 praefecto] pf. *R* 40 quaeri *R* debetas *R* cumini *R*ª

33 [1]) IDEM AA. HADRIANO PPO. Ne interiecti aequoris tract*u* querellae prouincialium pereant, Flauianum et Caecilianum uiros inl(ustres) per Africam audientiam cunctis praebere
1 decernimus. Militarem quoque annonam, quae intra Africam contubernalibus erogatur, eorum diligentia indagari praecipimus, ut nihil his post eorum examen addatur. ET CETER[*A*]. DAT. V NON. MART. RAV(ENNA) CONSTANTIO ET CONSTANTE VV. C[*C. CONSS.*] a. 414

34 [2]) IDEM AA. CONSTANTIO MAGISTRO MILITVM. His scholaribus, quibus laboru[m] intuitu regendos numeros dederimus, de aera[riis] annonis singulos solidos per opinatores, caballa[tio]nis quoque rationem pro administrato tempore debitam, quando militibus erogatur, sine mora praeb[eri] oportet, uel, si quis eorum antequam accipiat in fat[*a*] concesserit, quod ex utraque causa ei debebatur, heredibus eius restitui. DAT. XIII KAL. DEC. CONSTANTIO ET CONSTANTE VV. CC. CONSS. a. 414

35 [3]) IDEM AA. ASCLEPIODOTO PPO. Annonas omnes, quae uniuersis officiis atque sacri palatii ministeriis et sacris scriniis ceterisque cunctarum adminiculis dignitatum adsolent delegari, quasque ii, qui ad earum exactionem mittuntur, pro cupiditate ac libidine sua grauiter ex prouincialium uisceribus eruebant, ad similitudinem militum, quibus aerariae praebentur annonae, adaerari praecipimus, ut omnibus superius designatis emolumenta debita in pretiis dispositio culminis tui pro publica auctoritate [4]) taxatis praecipiat erogari. DAT. XVI KAL. MART. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIO*DOTO* ET MARINIANO CONSS. a. 423

36 IDEM AA. [5]) PROCOPIO MAGISTRO MILITIAE PER ORIENTEM. Si quando tribuni siue comites uel praepositi numerorum per prouincias annonas uoluerint, hoc est quas pro dignitate sua consequuntur, in aere percipere, non aliis eas pretiis, nisi quae in foro rerum uenalium habeantur, adaerandas esse cognoscant: si alias annonas, quae non suae dignitatis erunt, sed alio modo, dum tamen licito, suis commodis adquisitas in auro sibi dari duces siue tribuni uoluerint, illis pretiis contenti sint, quae in forma aerariarum annonarum uniuersis militibus
1 sollemni obseruatione praebentur. Sanctionis temerator sciat se et administratione simul et dignitate spoliandum et facultatum suarum percellendum dispendio. DAT. III NON. DEC. CONSTANTINOPOLI VICTORE VC. CON*S*. a. 424

## V DE EXCOCTIONE ET TRANSLATIONE [6]) ANNONARVM [7])

1 [8]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. STILICHONI COMITI ET MAG(IS)TRO VTRIVSQVE MIL(ITIAE). Opinatores, quibus species in diuersis prouinciis delegantur, ut pretium maiore taxatione deposcant [9]), contra omnem consuetudinem nullis consistentibus familiis excoctionem
1 panis efflagitant. Inl(ustris) igitur auctoritas tua nouam usurpationem congrua auctoritate percellat [10]), ut, cum opinatores [11]) in prouinciis delegantur, uetus consuetudo seruetur. DAT. ID. SEPT. MED(IOLANO) THEODORO VC. CONS. a. 399

2 IDEM AA. ET THEODOSIVS A. AD HADRIANVM PPO. In excoctione buccellati, quod deuotissimis militibus conuenit praeparari, in translatione etiam annonae nullius excipiatur persona, uidelicet ut ne nostra quidem domus ab his habeatur immunis. Et si quisquam, quod non opinamur, inplere quae sunt praecepta neclexerit, in procuratorem eius seu[eri*ssi*]me uin-

*R*

[1]) *iunge* 7, 8, 12. 6, 29, 11 [2]) *Iust.* 12, 37, 14 [3]) *Iust.* 12. 38, 15: *iungenda* 15, 3, 6? [4]) utilitate *Iust.* [5]) *requiritur* imp. Theodosius A. et Valentinianus C. [6]) militarium *inserit Iust.* 12, 38 [7]) *Iust.* 12, 38 [8]) *Iust.* 12, 38, 1 [9]) ut ... deposcant *om. Iust.* [10]) repellat *Iust.* [11]) *item Iust.*: opinatoribus species *expectes* (*Mommsen*)

1 tractu] *Beck*, tractus *R* quaerellae *R* 14 hii *R* ac] et *Iust.* 16 praetiis *R* 18 asclepiotodo *R* 20 annos *R*ᵃ 21 praetiis *R* 26 dicnitate *R* 27 conss. *R* 31 omnesm *R*ᵃ 32 inll. *R* 34 conss. *R* 35 ad hadrianum] hadriano *Iust.* buccillati *R*



dicetur, ita ut, si huiusmodi contumaciae d(*o*)minum conscium esse constiterit, quadruplum id, quod pro eius capitatione poscitur, posthabita d[*i*]latione soluatur. DAT. VIIII KAL. APRIL. ROM(AE) HONORIO A. VI ET ARISTAENETO CONSS. a. 404

## VI DE MILITARI VESTE [1])

1 [2]) IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM PPO. Siue ex principalium siue ex honoratorum numero susceptor uestium nominetur, exceptis uidelicet his, qui palatinae militiae priuilegiis fulciuntur, uel qui officiis ac ministeriis perfuncti merito stipendiorum consecuti sunt dignitates, et [3]) uir spectabilis proconsul Africae moneatur, ut ad excludendas fraudes [4]) uno anno, non plus, haec necessitas procuretur: ita tamen, ut creationis periculum a proconsulari officio non recedat. DAT. XIIII KAL. MAI. [5]) MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

2 [6]) [*I*]DEM AA. AVXONIO PPO. Omnem canonem uestium ex kalendis Sept. ad kal. April. nostris largitionibus tradi praecipimus: proposita rectori prouinciae uel eius officio condemnationis, quae tuae iustitiae uidebi[t]ur, poena. DAT. XIIII KAL. DEC. MARCIANOPOLI VALENTINIANO ET VALENTE CONSS. a. 368

3 [7]) IMPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. MODESTO PPO. Prouinciae Thraciarum per uiginti iuga seu capita conferant uestem: Scythia et Mysia in triginta iugis seu capitibus interim annua solutione dependant; per Aegyptum et Orientis partes in triginta terrenis iugis, per Asianam uero et Ponticam dioecesim ad eundem numerum in capitibus seu iugis annua [8]) uestis collatio dependatur, ita ut per Orientem prouinciae in titulo auri comparatici, quod per iugationem, redditur conpensationis gratia perfruantur, exceptis Osroene et Isauria; nam easdem constat aurum conparaticium minime redhibere. DAT. V ID. AVG. HIERAPOLI GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE VC. CONSS. a. 377

4 [9]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MARTINIANO COMITI S. L. Fortissimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydibus, sed singulos solidos dari praecipias. DAT. XVI KAL. FEB. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

5 [10]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ASCLEPIODOTO PPO. Militaris adaeratio uestis a conlatoribus exigatur, sacratissimis uidelicet largitionibus inferend[*a*], ita ut quinque eius partes fortissimis militibus eroge[n]tur in pretio, sexta uero portio a gynaeceariis clementiae nostrae absque ulla uel ipsorum uel publica incommoditate pro eadem contextione suscepta iunioribus gregariisque militibus in ipsa, quo[d] maxime eos desiderare constitit, specie praebeatur. DAT. VII ID. MART. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

## VII DE PASCVIS [11])

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD GERMANIANVM COM(ITEM) S. L. Dedimus litteras ad uiros clarissimos praefectos praetorio [12]), ut ab his conuenti rectores prouinciarum

*R*

[1]) *Iust.* 12, 39 [2]) *licet uerbis dissimilis, re tamen gemina est* 12, 6, 4 [3]) et *delet Gothofredus* [4]) ad excludendas fraudes *om.* 12, 6, 4 [5]) *Iust.* 12, 6, 4 [6]) *Iust.* 12, 39, 1 [7]) *Iust.* 12, 39 [8]) annuae *Iust.* [9]) *Iust.* 12, 39, 3: *iunge* 6, 30, 14 [10]) *Iust.* 12, 39, 4 [11]) publicis uel priuatis *addit Iust.* 11, 61 [12]) *c.* 2 h. t.

3 aristaneto *R* 8 dicnitates *R* 10 mediol. *om.* 12, 6, 4 13 poena *ante* rectori *collocat Iust.* 16 impp. *R*ᵃ 17 scytia *R*ᵇ, scyta *R*ᵃ trachiarum *R* 18 interim] *R Iust.*, in terrenis *Mommsen* dependant *Iust.*, defendant *R* 20 uestes *R*ᵃ 21 osroenae *R*, osroena *Iust.* hisauria *R* 25 trimisses *R* clamydibus *R* solidus *R* 29 partis *R*? (partes *manus recens*) praetio *R* gyneciariis *R* 30 publicam *R*ᵃ 31 quo[d] *R*, quam *Cuiacius ex Iust.*

scirent, in locis rei priuatae augmenta pensionum non esse facienda, neque sinerent pascua animalium ex rebus priuatis nostris prouincialium licitatione praeberi. DAT. V KAL. FEB. ROM(AE) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.[1] a. 368

2 [2]IDEM AA. AD RVFINVM PPO. Cum nulla ratio sit, cur in pascuis saltibus rei pri-
1 uatae[3] debeat ampliari, nequaquam pro libidine ordinum augmenta facienda sunt. Etenim
idcirco grauiorem pensionem inponi ab ordinibus accipimus ut animalia ex rebus priuatis nos-
tris a locorum pastibus arceantur; quod fieri non oportere diuae memoriae Iulianus proro-
2 gata iussione[4] constituit. Quare excellens auctoritas tua conuentis rectoribus prouinciarum
non eam licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt ciuitates, sed eam
manere decernet, quam statuit antiquitas. DAT.[5] VIIII KAL. OCT. LVCERIAE VALENTINIANO ET
VALENTE AA. CONSS. a. 365

3 [I]MPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. SIMPLICIO COM(ITI) ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE). Insignis auctoritas tua hac condicione a publicis pratis Apamenis animalia militum prohiberi praecipiat, ut uniuersi cognoscant de emolumentis eorum tuique officii facultatibus duodecim libras auri fisci commodis exigendas, si quisquam posthac memorata prata mutilare temptauerit: non minore decernenda poena, si etiam *prata* priuatorum Antiochenorum fuerint deuastata: ita tamen, ut sine laesione prouincialium prouideant curiales, quo pacto animalium militarium pastui consulatur. DAT. V ID. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO VC. CONSVLIBVS. a. 398

4 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AVRELIANO PPO. ET PATRICIO. Possessores nihil
plus debent, quam quod nostro[6] arbitrio nostrae perennitatis et magnificae sedis tuae dispo-
1 sitione per annos singulos iubentur inferre. Nec uero milites aliquid praesumere debent, nisi
quod largitate nostri numinis consequentur. Ideoque possessores uel coloni super pratis nullam molestiam patiantur. DAT. NON. SEPT. DD. NN. HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

5 [7]IDEM AA. COMITIBVS ET MAGISTRIS MILITVM. Prata prouincialium nostrorum[8] per-
niciosum est militum molestia fatigari, ideoque lege ad amplissimam praefecturam promulgata[9]
1 censuimus, ne hoc deinceps usurpetur. Super qua re uniuersos quorum interest conuen[i]re
tua magnificentia non moretur, ne permit[t]ant possessores uel colonos pratorum graui qualibet inportunitate uexari. DAT. NON. SEPT. HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

## VIII DE METATIS[10]

1 [11]IMP. CONSTANTIVS A. AD SENATVM. Inuitis senatoribus nostris in eorum domibus nullus hospitali iure conmaneat. DAT. V NON. MAI.[12] TAVRO ET FLORENTIO CONSS. a. 361

2 [13]IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. REMIGIO MAG(ISTRO) OFFICIORVM. In synagogam Iud*a*icae legis hospitii uelut merito inruentes iubeas emigrare, quos priuatorum domus, non religionum loca habitationum merito conuenit adtinere[14]. DAT. PRID. NON. MAI. TRIVERIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 368? 370? 373?

*R* (*transponit* 8, 2. 1)

1) Remis post cons. Val. et Val. AA. (*a.* 366) *Seeck Regesten* 71 2) *Iust.* 11, 61, 1 3) pensio *inserit Iust.* 4) *eiusdem legis particulae uidentur esse* 10, 3, 1 *et quae ibi laudantur* 5) pp. *Mommsen* 6) aerario *inserit Mommsen* 8) et praecipue rei priuatae nostrae *inserit Iust.* 9) *c.* 4 10) et epidemeticis *addit Iust.* 12, 40 11) *de iungendis cf. ad* 1, 6, 1 12) Gyfyrae *inserunt leges iungendae* 13) *Iust.* 1, 9, 4 14) attingere *Iust.*

1 aucmenta *R* sinirent *R* 6 idcircum *R*a (*emend. manus recens.?*) 8 excellans *R* 10 decernet] *Iust.*, decernant *R* 15 commodis] mmdis *R*a 16 prata] *Iust.*, patra *R* 17 lesione *R* 20 auriliano *R* 21 magnifice *R* 22 militis *R* 31 metalis *R* 27 lege] *Iust.*, legem *R* 28 censemus *Iust.* (*KOI*) 32 constantinus *R* 34 synagoga *Iust.* 35 iudaeicae *R* uelut hospitii *Iust.*



3 IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. PALLADIO MAGISTRO OFFICIORVM. Ab hospitalitatis munere domum priuatorum nullus excuset praeter eos, qui ex praefectis *sum*mum sibi fastigium dignitatis agendo pepererunt, et ex magistris equitum ac peditum, quos decursi actus inlustrat auctoritas, adque ex comitibus consistorianis, qui participantes augusti pectoris curas agendo claruerunt, ex praepositis quoque sacri cubiculi, quos tanta et *tam* adsidua nostri numinis cura inter primas posuit dignitates: ea tamen lege, ut singulas domos sibi ad manendum quas uoluerint teneant, hospitibus uero ceteras solito iure praebeant. DAT. XVI KAL. OCT. CONSTANTINOPOLI RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 384

4 [1]IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. THEODOTO MAGISTRO OFFICIORVM. Si quis mensorum nostrorum manu*m*, qua deputatas *singulis* quibusque domus enotant et postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitauerit, ad instar falsi reus ex hac auctoritate teneatur. DAT. VI KAL. NOV. CONSTANTINOPOLI DN. THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VC. CONSS. a. 393

5 [2]IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HOSIO MAG(ISTRO) OFFICIORVM. In qualibet uel nos
ipsi urbe fuerimus uel ii qui nobis militant commorentur, omni tam mensorum quam etiam
hospitum iniquitate summota duas dominus propriae domus, tertia hospiti deputata, eatenus
intrepidus ac securus possideat portiones, ut in tres domo diuisa partes primam eligendi do-
minus habeat facultatem, secundam hospes quam uoluerit exequatur, tertia domino relin-
quenda. Plenum enim aequitate atque iustitia est, ut, qui aut successione fruitur aut empto
1 uel extructione gaudet, electam praecipue iudicio suam rem teneat et relictam. Ergasteria
uero, quae mercimoniis deputantur, ad praedictae[3] diuisionis iniuriam non uocentur, sed
quieta sint et libera et ab omni hospitantium[4] iniuria defensata solis dominis conductoribus-
que deseruiant. Sane si stabulum, ut adsolet, militari u*i*ro in tertia domus parte defuerit, ex
ergasteriis, nisi id dominus qualibet occasione prouiderit, pro animalium numero uel domus
2 qualitate deputabitur. Inlustribus sane uiris non tertiam partem domus, sed mediam hospi-
talitatis *grati*a deputari decernimus; ea dumtaxat condicione seruata, ut alter ex his quilibet,
3 quiue maluerit, diuisionem arbitrii aequitate faciat, alter eligendi habeat optionem. Et fir-
missimu*m* perpetuo quod iussimus perseueret, ita ut triginta libras auri qui inlustr*i* sunt prae-
*d*iti dignitate fisco nostro se inlaturos esse cognoscant, ceteri uero militia sciant se esse pri-
uandos, si generale praeceptum amplius ususpando quam iussimus reprehensibili temeritate
uiola*u*erint. DAT. VIII ID. FEB. CONSTANTINOPOLI HONORIO IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

6 [5]IDEM AA. VINCENTIO PPO. Cunctos iudices scire uolumus a praetoriis ordinariorum iudicum his praesentibus abstinendum. DAT. XVI KAL. FEB. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO VV. CC. CONSS. a. 400

7 IDEM AA. POMPEIANO PROCONSVLI AFRICAE. Praedia ex Gildonis hostis publici et satellitum eius bonis sociata domui nostrae ne transeuntes hospiti*i* gratia intrent, decernimus, ut sciant omnes a possessoribus[6] nostris penitus abstituendum; quinque auri libras multae nomine inferre cogendo, quisquis praedium nostrum manendi causa inportunus intrauerit. DAT. VI ID. IVN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

*R*

1) *Iust.* 12, 40, 1 2) *Iust.* 12, 40, 2 3) praedictam *Iust.* 4) hospitum *Iust.* 5) *Iust.* 12, 40, 3 6) possessionibus *Gothofredus*

4 consisturianis qui participantis *R* 5 curas agendo claru *in litura R*b, quoque sacri cubiculi quos *R*a 6 tam] am *R* 10 manum] *Iust.* (*I*v), manu *R cum Iust.* (*OI*t) deputatus singulis] *Iust.*, deputata sint gulis *R* 14 osio *R* 15 fuirimus *R* hii *R* aensorum *R*a 17 domu diuisa] *Gothofredus*, domus diuisa *R*, domus diuisae *Iust.* primam] *Iust.*, prima in *R* 18 hospis *R* 19 ut] ua *R*a 22 omni] *Iust.*, omnibus *R* solis] *R*b *uel R*2 *Iust.*, lis *R*a 23 uero *R* 25 hospitalitatis gratia] *Iust.*, hospitalitia *R* 27 arbitraria] *Iust.*, arbitrari *Iust.* (*OI*) firmissimus *R* 28 illustris sunt praebiti *R* 30 reprachensibili *R* 31 uiolaueuerint *R* 34 auriliano *R* 35 publici] b *in R perductum est errore nescio quo* 36 hospitiis *R* 37 paenitus *R* 39 auriliano *R*

8 [1]) IDEM AA. AEMILIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Secuti suggestionem tuam a fabricen-
1 sium domibus omnem molestiam hospitum praecipimus amoueri. De qua re et ad inl(ustrem)
uirum comitem et magistrum militum per Orientem sacras literas dedimus, ut det Antio-
chenae ciuitatis fabricensibus excusandorum hospitiorum facultatem, absente scilicet sacro
comitatu, quo et Antiochensibus et ceterarum ciuitatum fabricis similis domorum excusatio
praebentur[2]). DAT. XI KAL. FEB. CONSTANTINOPOLI STILICHONE ET AVRELIANO[3]) CONSS. a. 400

9 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. SAPIDIANO. Licet proxime iusserimus[4]) quinque
librarum auri co[ndemnatione proposita p]raedia, quae ex Gildonis bonis a[d nostrum aerarium
delata] sunt, ab hospitibus excusari, n[unc etiam praecipimus, ut o]mnes domus ex eodem
iure u[enientes, in quibuslibet ciui]tatibus sunt constitutae, ab [hospitibus excusentur, quo
1 poss]int conductores faci[lius inueniri. Si quis igitur contra nostr]am fecerit iuss[ionem, multa
pridem ferietur inflicta. PP. K]ARTHAG(INE) VIII ID. AVG. H[ONORIO VIII ET THEODOSIO III
AA. CONSS.[5]) a. 409 ?

10 [[6]) IDEM AA. IOHA]NNI PP[O]. Deuotum p[ossessorem ab omni inquietudine] liberamus.
Primo ig[itur omnium ad [nul]lum praedium] per Africam[7]) uel public[um uel priuat[um] do-
mus nostrae] uel cuiuscumque iu[ris nullus mens[or][8]) accedat, si a quoquam fuerit desti-
1a natu[s. Licenti[*am*] enim domino actori ip]sique plebi serenitas n[ostr[*a*] commisit, ut eum,
qui praepara]ndi grat]ia ad possessio[nem uenerit, multandi[9]) expellendi] habeat facultatem
n[ec crimen aliquod pertimescat, c]um [*sibi*] arbi[trium ultionis suae sciat esse concessum;
1b re[cte[que] sacrilegium[10]) arceat, qui primus inuenerit. Ad]ministr[an]tem uer[o eiusque officii
proceres, quorum pr]aecepto inhibitam [personam ad agrum aliquem desti[na]rit], in tempore
2 pros[cribi debere censemus[11]). Solam sane hospitalitate]m sub h[ac obseruatione conce[di]mus,
ut nihil ab hospite, qu]od u[el hominum uel anim[a]lium pastui necessarium creditur, postu-
letur, omniu[m]que sit adceleratum iter atque continuum nec ulli liceat residere, ne diutur-
3 nitas conmanentium ulla ex parte praedium uexet. Decem etiam librarum auri multa ferietur,
quisquis administrator togatus apparitor ullus aut militans uel iter agens ullo in loco aliquid
4 ab hospite postularit. In tantum enim inhiberi sceleratum morem iubemus, ut ipsis quoque
praebentibus inpunitum esse non patiamur, si quid uel[12]) sponte contra praeceptum nostrum
probati fu[erint obtulisse. DAT. PRID. ID. I]VN. RAV(ENNAE) POST CONS. HONO[RI VIIII ET
THEODOSI*I* V AA. CON]SS. a. 413

[11 [13]) IDEM AA. PROBO C(OMITI) S. L. POST]ALIA. De hospitalitate iudicum e]t omnium
personarum, quid s[ibi etiam ipse possessor pr[aesumere debeat quaue censura] omnia, quae
ad su[i d]isp[en||dium pertinebunt, submota sint, ia]m missa super h[ac re auctoritas decla-
rauit. PRAELATA LITTERIS AD EVTYCHIANVM PRAEF. *VRBI* DIE[14]) IIII[15]) ID. IAN. CONSTANTIO
ET CONSTANTE VV. CC. CONSS. a. 414

*R* *Oxyrhynchus* XV 1813 (*incipit* 7 mus, *desinit u.* 22, 1 suh h: *rursus incipit u.* 28 aeceptum)

1) *Iust.* 12, 40, 4 2) Fabricensium domibus ubique constitutis omnem molestiam hospitum praecipimus amoueri; quo et Antiochensibus — praebeatur, absente scilicet sacro comitatu (*reliquis omissis*) *Iust.* 3) Stilichone II et Anthemio = *a.* 405 *Mommsen* 4) *c.* 7 5) *cousulatum suspectum esse uidit Gothofredus: Sapidiamus uicarius Africae fuit annis* 399 *et* 400 6) *Iust.* 12, 40, 5 7) per Africam uel *om. Iust.* 8) metator *Iust.* 9) multandi *om. Iust.* 10) prior *inserit Iust.* 11) censuimus *Iust.* 12) uel *om. Iust.* 13) *iunge Iust.* 8, 10, 8. 11, 59, 13. 11, 48, 15 14) praelata ... die] dat. 15) III *iungendae*

1 [id] $R^a$ 2 modestiam $R^a$ 3 et mag.] mag. $R^a$ det] de *Cuiacius errore* 3 anthiocenae *R* 5 anthiocensibus *R* 7 sapidiano] *scilicet uicario Africae* quique $R^a$ *uel* $R^1$ 11 inuenire $R^a$ *uel* $R^1$ pp.] ppo. *R* 12 theodosins $R^a$ 16 mensor] *Cuiacius*, mens[or] *R* (*non* meta *** *neque* miles) 19 crimine $R^a$, crimin $R^b$ 20 ueiusque $R^a$ 21 destinauerit *Iust.* 24 omniu[m]quae *R* 27 postulauerit *Iust.* 28 patimur *R* 29 probatis $R^a$ (*sic*) id.] pid. $R^a$ theodosio *R* 30 aa.] aa. conss. *R* 34 etychianum *R* urbi] *Cuiacius*, fundi *R*



[12 [1]) [IDEM A]A. HADRIANO P*PO*. Afric(ae) hoc p]rospectum est, ut in[f]a[usta hospitalitatis
praebitio tolleretur, nec pri[*u*]atum quis]que[2]) a domino aedium postulet. ET CETERA. [DA]T. V
NON. MART. RAV[ENNA, CONSTANTIO ET CONSTANTE] CONSS. a. 414

13 [3]) [IDEM A]A. EVSTATHIO PPO. Deuotissi[mos milites ex procinct[u [re]deuntes uel pro-
ficiscentes] ad *bel*la muri noui sa[c]ra[tissimae urbis singulae turres in] pedeplanis suis sus[ci-
piant. Nec aliquis possessorum grauiter fer]at quod[s]i ill]a dispositione, quae super publicis
aedifici]is processerat, [uiolata, cum priuatae quoque domus tertiam partem tal]is rei gratia
soleant exhibere. DAT. V] NON. MART. CONSTANTINOPOLI [HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA.
CONSS. a. 422

14 [*IM*]PP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS] AA. HAELIONI PATRICIO ET MAGISTRO OFFI-
CIORVM. Uniuersi cu[iuslib]et ordinis, cuiuslibet etiam dignitatis, si quidem felicibus pro
salute rei publicae expeditionibus occupati aliarum prouinciarum aliarumque urbium domiciliis
detinentur[4]), propriis domibus nullo uetante pro dignitatibus suis, uel praestitis sibi beneficiis
perfruantur: si uero secundum communia uota securi intra huius florentissimae urbis tecta
residemus, nullius specialiter domum, inl(lustri)um quoque, etiamsi ad summa conscender*i*nt
fasti*g*ia dignitatum, praeter singulas tantum, in quibus eosdem manere constiterit, excusari ab
hospitibus praecipimus, cessante omn*i* beneficio principali. DAT. X KAL. IVL. CONSTANTINOPOLI
HIERIO ET AR*D*ABVRE VV. CC. CONSS. a. 427

15 IDEM AA. IOHANNI COMITI ET MAGISTRO OFFICIORVM[5]). Nemo in hac al*m*a urbe, qui
propriae domus possessione laetatur, militari sacramento munitus alterius domum infestare
pertemptet, sed aut sua contentus abstineat aliena, aut certe in suis recipiat, qui in alterius
1 sibi metatum existimat uindicandum. Nec enim uidetur esse conueniens, cum inl(ustri)b(us)
*u*iris unam in qua ipsi habitant domum excusare concessum sit, alios et suas omnibus domus
extruere[6]) et alienis aedibus inferre molestiam. DAT. VIII KAL. MART. CONSTANTINOPOLI
THEODOSIO A. XIII[7]) ET QVI FVERIT NVNTIATVS. a. 430

16 IDEM AA. VALERIO MAGISTRO OFFICIORVM ET EXCONS(VLE) ORDINARIO. Consular*e*s uir*i*
binas proprias domos in hac alma urbe ab hospitum molestia habeant si*bi* inmunes. Sin uero
fati munus expl*e*uerint adqu*e* ad liberos uel parentes, fratres sororesue, uxor*e*s etiam domus
eorum fuerint delatae, una e duabus aliena sit a *me*tatorum molestia. Sed et si unam quis
eorum dereliquerit domum, illa ipsa in memoratorum excusetur personis. His uero, qui prae-
fecturae dignitatem[8]) aut ipsius apicis administratione aut actu magisteriae militum potestatis,
aut quod praepositi sacri nostri cubiculi fuerint, aut quod honorari*o*s eiusdem praefecturae
meruerint codicillos, cum priore lege una domus excusaretur, alterius etiam, si habere in hac
alma urbe eos contigerit, dimidiam partem nostra liberalitate, dum in uita uersantur, ita ex-
cusari decernimus, ut de altera parte dimidia pars tertia hospitibus deputetur, post fata uero
si ad parentes liberos fratres sorores uxoresue fuerint delatae, duas ab una domo partes
ipsis electionem habentibus metatorum molestia liberari, tertiae uidelicet partis parte tertia
2 hospitibus praestanda. Aliis sane inlustribus uiris, quibus una domus honoris excusatur
gratia, hoc praebendum esse censemus, ut, si ipsi decesserint et eorum domus ad suprascribtas

*R* *Oxyrhynchus* XV 1813 (*desinit u.* 11 cuiusli)

1) *Iust.* 12, 40, 6: *iunge* 6, 29, 11. 7, 4, 33 2) nec balneum quisquam *Iust.* 3) *pr.* = *Iust.* 12, 40, 7 4) detinemur *Gothofredus* 5) Iohanni comiti sacrarum largitionum et ... mag. off. *Gothofredus* 6) sua omnes domu extrudere? (*sic fere Gothofredus*) 7) XIIII (*a.* 433) *Seeck* 8) habent *inserit Gothofredus*

1 ppo.] *iunctae cum Iust.*, proc. *R* 4 eustatio *R* deuotissimus *R uel* $R^a$ 6 bella] *Iust.*, uela *R* turris *R* quae] q. (= que) *R* 10 haelioni 13 praestitis *R* 15 conscenderint] *Gothofredus*, conscenderent *R* 16 fastidia *R* 17 omne *R* 18 artabure *R* 19 alma] aliena *R* 20 proprie *R* 21 absteneat *R uel* $R^1$ 23 uiris] *Cuiacius*, auris *R* 25 theudosio *R* 26 consularis uir *R* 27 sibi] *Cuiacius*, si *R* 28 expliuerint *R* uxoris *R* 29 memetatorum *R* 32 honorarius *R* 33 excusaretur $R^a$ 38 praestanda *R*

personas peruenerint, medietatem domus, quam ipsi elegerint, habeant excusatam, altera uidelicet parte dimidia hospitiorum praebitioni in parte tertia subicienda. DAT. IIII ID. MART. CONSTANTINOPOLI DN. THEODOSIO A. XV ET QVI FVERIT NVNTIATVS. a. 435

## VIIII DE SALGAMO HOSPITIBVS NON PRAEBENDO[1]

1 IMPP. CONSTANTIVS ET *CONSTANS* AA. AD PROVINCIALES. Quicumque propria uoluntate eum, quem domum receperit, necessariis rebus, oleo et ligno aliisue huiusmodi uoluerit, ad-
1 iuuare, facultatem sibi istius *rei* sciat esse concessam. Quod si quis contra interdictum nostrum eadem ipsa a uobis uiolenter uoluerit usurpare, interpellandi praepositum habebitis copiam deque iniuria conquerendi liberam facultatem, ut nec spontanea in uobis humanitas retardetur nec contra uoluntatem uestram ac patronorum uestrorum familiaris res adteratur. DAT. PRID. ID. AVG. ACC. CAPVAE ACYNDINO ET PROCVLO C[*ONSS.*] a. 340

2 [2]) IDEM AA. LEONTIO PPO. Ne quis comitum uel tribunorum aut praepositorum aut militum nomine[3]) culcitas lignum oleum a suis extorqueat hospitibus, nec *in*uitis uel magis[tra]tibus uel[4]) hospitibus in praedictis speciebus aliquid auferan[t]: sed prouinciales sint nostri ab hac praebitione [s]ecuri, comitibus tribunis uel certe praepositis militibusque graui uexationi subiacentibus. DAT. V ID. OCT. CONSS. SV[*PRA SCRIPTIS*]. a. 340 (342 ?)

3 [5]) IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. ABVNDANTIO STILICH[*O*]NI ET CETERIS COMITIBVS[6]) VTRIVSQVE MILITIAE. Nemo militu[*m*] a suo hospite salgami aliquid nomine postulet, id est ne lignum aut oleum culcitaeue poscantur. DAT. IIII KAL. AVG. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VC. CONSS. a. 393

4 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AVRELIANO II PPO. Nullus eorum, qui per quaslibet aedes habitaculi causa recepti fuerint, uel oleum et ligna flagitare contendat: nam et *sic* militibus nostrae sufficient largitates et conlatoribus annua tantummodo semper imminebit indictio. DAT. VI ID. MAI. THEODOSIO A. VII ET PALLADIO VIRO CLARISSIMO CONSS. a. 416

## X NE QVIS IN PALATIIS MANEAT

1 [I]MPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. AD ANTHEMIVM PPO. Nulli manendi intra palatia nostra in qualibet ciuitate uel mansione facultas pateat, sed *ea* prouinciarum rectores et uicarios inl(ustris)simae praefecturae per dioeceses, quas sortiti sunt, maneat cura, ut ab eorum usurpatione, qui in his transeuntes manere consueuerant, sacrae domus seruentur
1 inmunes, et eorundem prouisione nulla neglegentia uel senio quatiantur. Quo*d* nisi omn*i* instantia fuerit obseruatum, triginta libras a uicariis, uiginti a consularibus seu praesidibus totidemque ab eorum officiis multae nomine profligentur, ita ut ne cu*ri*ales quidem a con-
2 demnatione se cog*nos*cant inmunes futuros. Ii quoque, qui huiusmodi sibi mansionem praua temeritate praesumpseri*nt*, si uel dignitate aliqua uel fortunis nituntur, uiginti librarum auri

*R*.

[1]) *Iust.* 12, 41 [2]) *Iust.* 12, 41, 1 [3]) salgami gratia id est *ins. Iust.* [4]) nec inuitis uel m. uel] sed nec uolentibus *Iust.* [5]) *iunge* 7, 4, 18 [6]) et magistris *addit* 7, 4, 18

2 braebitioni $R^b$, brebitioni $R^a$ 5 constans] honorius *R* 7 rei] re *R* 9 deque] *Mommsen*, deque ea *Gothofredus*, de qua *R* 9 conquaerindi *R* pontanea *R* 13 inuitis] *Cuiacius*, uitis *R* 14 auferan[t] *sic R* (*non* auferat $R^a$) 15 bpraebitione $R^a$ 16 uexilionis $R^a$ su[pra scribtis[ *om. Cuiacius* 18 salgami] $R^b$ *uel* $R^2$, salmi $R^a$ 19 ne] *sic uel* ne[c] *R* 21 auriliano $R^a$ *uel* $R^1$ 23 sic] *Cuiacius*, si *R* 27 ea] *Gothofredus*, eas *R* 28 dioecesis *R* 30 quod] *Cuiacius*, quo *R* omnis *R* 32 curiales] *Cuiacius*, quo *R* curiales] *Cuiacius*, cuales *R* 33 cognoscant] *Cuiacius*, cogcant *R* hii *R* 34 praesumpserit *R* uiginti] xxti *R* librasrum $R^a$



3 condemnatione subiaceant; qui humi*li*oris fortunae sunt, exilio tradantur. Equos sane nostros[1]) ab stabulis prohiberi palatiorum superuacuum iudicamus. DAT. VI ID. IVL. ANCYRAE STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS. a. 405

2 IDEM AA*A*. ANTHEMIO PPO. Ordinarii iudices in remotis ab aggere publico ciuitatibus, si praetoria non sint, metu legis adempto, quae de palatiis lata est[2]), in aedibus, etiamsi palatii nomine nuncupentur, commanendi habeant facultatem. DAT. VIIII KAL. DEC. CONSTANTINOPOLI HONORIO VII ET THEODOSIO II AA. CONSS. a. 407

## XI NE COMITIBVS ET TRIBVNIS LAVACRA PRAESTENTVR[3])

1 [4]) IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. ANTHEMIO PPO. Omnem uel ex pristini seueritate decreti uel ex hoc sacro praecepto, quod sub eadem poena profertur[5]), inquietudinem a curiis et ciuitatibus praecipimus prohiberi nec ullas priuatas ab his succendi balneas ad tribunorum siue ad minorum[5]) comitum usus, sed inlustribus[6]) tantum uiris comitibus ac magistris militum, si tamen id uoluerint, concessum esse cognoscant hoc ministerium[7]). DAT. V KAL. DEC. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. VI ET PROBO VC. CONSS. a. 406

2 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MONAXIO PPO. Lege dudum lata[8]), quae omnem licentiam exigendi *ab* prouincialibus lauacra tribunis et comitibus inferioribus denegauit, duces
1 limitis Eufratensis diurnos tremisses pro lignis et balneis exegisse conperimus. Ideoque praecipimus memorati limitis duces, quos abhi*n*c triennio talia sibi contra legem lucra uindicasse constiterit, in duplum ea redhibere et in posterum sub eiusdem poenae metu hanc exactionis licentiam prohiberi. DAT. V KAL. AVG. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. XI ET CONSTANTIO II VC. CONSS. a. 417

## XII DE COMMEATV[9])

1 [10]) IMP. CONSTANTINVS A. ET C. Ne cui liceat praepositorum uel decurionum[11]) uel tribunorum cohortium[12]) quocumque genere cuiquam de militibus *a* castris atque signis, uel
1 his etiam in locis, quibus pr*ae*tendant, discedendi commeatum dare. Si quis uero contra[13]) legem facere ausus fuerit et militem contra in*ter*dictum commeatu dimiserit, atque id temporis nulla eruptio erit, tunc deportatione cum amissione bonorum adficiatur: sin uero aliqua[14]) barbarorum incursio extiterit, et tunc, cum praesentes in castris atque aput signa milites esse debeant, quisquam afuerit, capite uindicetur. DAT. IIII KAL. MAI. SEVERO ET RVFINO CONSS. a. 323

2 [15]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SYAGRIVM MAG(ISTRVM) OFFICIORVM. Quicumque de scriniis aut agentibus in rebus uel etiam ex officiis palatinis, his

*R*

[1]) non nostros *Mommsen* [2]) *c.* 1 [3]) *Iust.* 1, 47 [4]) uel ex pristini ... profertur *om. Iust.* [5]) siue ad minorum uel ducum aliorumue militarium *Iust.* [6]) sed inlustribus] nec adaerationem aliquam pro hac causa profligari: illustribus enim *Iust.* [7]) concessum ... ministerium] hoc ministerium indulgemus: dupli poena uiolatoribus huius sanctionis imminente *Iust.* (*cf. u.* 19) [8]) *c.* 1 [9]) *Iust.* 12, 42 [10]) *Iust.* 12, 42, 1: *iunge* 7, 1, 1 [11]) uel decusionum *om. Iust.* [12]) uel uicariorum et familiarium eorum tempore expeditionis *addit Iust.* [13]) hanc *inserit Iust.* [14]) atque ... aliqua] eo tempore in quo *Iust.* [15]) *Iust.* 12, 42, 2

1 humioris *R* condemnaatione *R* 2 anchyrae *R* 4 aa. *R* 6 constantinopoli] conspi. $R^a$ 8 et] rei militaris uel *Iust.* 10 seuereritate $R^a$ 11 ulla priuata ... balnea *Iust.* 14 constantinopoli] constpi. $R^a$ 16 ab] ad *R* duces] *Gothofredus*, duci *R* 17 coperimus *R* 18 ducis quos abhic *R* 23 et c.] etc. *R* aeliano *Iust.* 12, 42, 14, et c. aelio ppo. *Iust. ad* 7, 1, 1 24 a castris atque] *Iust.*, castris atque *R*, et c. aelio ppo. *Iust. ad* 7, 1, 1 25 locis] *Iust.* (*K*), locis in *Iust.* (*OI*), in locis *R* praetendant] *Gothofredus*, pertendant *R Iust.* 26 interdictum] *Iust.*, indictum *R* dimiserit] *Iust.*, miserit $R^a$, demiserit $R^b$ (*manus altera* ?)

uidelicet, qui sacrarum et priuatarum remunerationum comitibus obsecundant, sex mensum spatium supra diem commeatus aut iussionem euectionis afuerit, is in inferiorem locum quinque antelatis posterioribus reuoluatur; is uero, qui anni uacationem arbitratu proprio iudiciarii praecepti oblitus adsumpserit, a decem post se militantibus transeatur: ac deinde, cum etiam aliquis desidia quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de [1] sequentibus postferatur: qui uero ne post quadriennii quidem tempus, militantum non inmerito matriculis auferatur. DAT. KAL. OCT. AVSONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

3 [2]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD ANDROMACHVM PV. POST ALIA: Hi, qui uacationem temporariam, ut saepe adsolet, impetrar*int*, nihil sibi necessitatis usurpent, nullorum
1 actibus misceantur. Quorum si quis post exactum commeatus diem indultum beneficium morando corruperit, nihil agere intra prouinciam possit, intellegens se praeterea praecepto rectoris prouinciae ea tenendum legum poen*a*, qua desides gradus propri*i* deminutione p[*u*]niti sunt. DAT. PRID. NON. IVN. [3]) MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

# XIII DE TIRONIBVS [4])

1 [5]) IMP. CONSTANTIVS A. AD PPO. POST ALIA: Quotiens iuniores exhibendi sunt, non ante probentur, nisi praesentibus decurionibus origo eorum quaeratur: ita tamen, ut decurionibus haec fiducia denegetur, ne forte quis fugiens militiam addito nomine decurionis e militi*a* abscedat: de auxiliaribus sane cuneis minime ducibus licentia concedatur, nisi prius certus redditus iudex rescribat, utrum minime decurio sit: ita ut ab anno decimo et nono ad militiam eligantur. DAT. PRIDIE NON. IVL. CONSTANTIO A. VI ET C. CONSS. a. 353 ?

2 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD FORTVNATIANVM [6]). Domum nostram ad exhibenda tironum corpora per eas prouincias, a quibus corpora flagitantur, nolumus perurgueri: ceterum sinimus conueniri, in quibus pretia postulantur, ita ut ex certa praebitione redituum uicem concessionis istius repensemus. DAT. PRID. KAL. FEB. MARCIANOPOLI VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 370

3 [7]) IDEM AA. AD MAGNVM VIC(ARI)VM VRBIS ROM(AE). In quinque pedibus et septem unciis usualibus delectus habeatur. DAT. V KAL. MAI. LVPICINO ET IOVINO CONSS. a. 367

4 [7]) IDEM AA. AD MAGNVM VIC(ARI)VM VRB(IS) ROM(AE). Eos, qui amputatione digitorum castra fugiunt, secundum diui Constantini decretum [8]) tua sinceritas non sinat manus deformatione defendi, si quidem possint in quacumque rei publicae parte prodesse, qui se sponte *trunca*uerunt. DAT. V KAL. MAI. LVPICINO ET IOVINO CONSS. a. 367

5 IDEM AA. AD VIVENTIVM PPO. GALLIARVM. Si quis ad fugienda sacramenta militiae fuerit inuentus truncatione digitorum damnum corporis expedisse, et ipse flammis ultricibus concremetur et dominus eius, qui non prohibet, graui condemnatione feriatur. DAT. VI KAL. MAI. TRIVERIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 368 uel 370

6 [9]) IDEM AA. AD MODESTVM PPO. Si oblatus iunior fuerit, qui censibus tenetur insertu*s*, ex eo tempore, quo militae sacramenta susceperit, proprii census caput excuset, ac si quinquennii

*R*

[1]) se? [2]) *iunge* 2, 12, 6. 8, 8, 7 [3]) non. Iul. 2, 12, 6: id. Iul. 8, 8, 7 [4]) *Iust.* 12, 43 [5]) *de iungendis cf. ad* 6, 27, 1 [6]) *fuit comes r. p.* [7]) *iunge c.* 3 *et* 4 [8]) 7, 22, 1 [9]) *ex* § 1 *contracta est Iust.* 12, 43, 1: Nullus tiro uagus aut ueteranus aut censibus obnoxius ad militiam accedat

1 uedelicet *R* 2 mensium *Iust.* 3 reuolutur *R*, deuoluatur *Iust.* 6 ne] nec *Iust.* militantum] *Iust.*, militandum *R* imerito *R*ª 9 impetrarint] *Cuiacius*, impetrari ut *R* 12 legum] *R*, legis *Cuiacius* poenam *R* proprie *R* 20 constanɋ (= constancio) *R* 29 secundum] *Cuiacius*, securi dum *R* 30 difendi *R* publice *R*ª 31 truncauerunt] *Cuiacius*, tranctauerunt *R*ª, tractauerunt *R*ᵇ 32 qus *R*ª 35 triberis *R* 36 insertur *R*



tempus fida obsequii deuotione conpleuerit, uxoriam quoque capitationem [1]) merito laborum praestet inmunem, ea scilicet seruanda ratione, ut, quam sibi uxorem copulauerat affectu et
1 in priore lare derelictam memorar*it*, inprobata census sarcinam sustineat. Nullus uero tironem uagum aut ueteranum [2]) possit offerre, cum ad spontaneam singuli militiam propositae inmunitatis commodis inuitentur. Circa eos enim legi*s* iubemus ualere beneficium, qui indigenas atque ipsius prouinciae finibus innutritos uel adfix*os* censibus uel adcrescentibus suis [3]) obtulerint iuniores: neque enim conuenit illum immunitate gaudere, qui uana oblatione uagi
2 atque fugitiui uel ueterani filii stat*um* futurae conuentionis inriserit [4]). Quod hactenus decernimus custodiri, ut oblatu[*s*] [5]) numerus ex adcrescentibus primitus reparetur ac, si conpe[*n*]satio non potuerit conuenire, neque ex *iuni*oribus modus qui oblatus fuerit quiuerit reparari, ita demum de publicis fascibus ii, qui ex superfluo ueniunt, eximantur. DA[*T*]. XIIII KAL. OCT. HIERAPOLI VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS. a. 370

7 IMPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD MODESTVM PPO. Tironum praebitio in patrimoniorum uiribus p[*o*]tius quam in personarum muneribus conlocetur, ut proto
** [6]) munus, quod prouinciarum interna depascitur, ab imis, ut dicitur, radicibus eruatur.
1 Nam inter reliqua uitia haec duo uel maxime intolerabilia iudicamus, quod aurum saepe pro corporibus inmane deposcitur atque aduenarum coemptio iuniorum insolentius quam conuenit
1a aestimatur. Contra haec sane reperta est et facilitas et commoditas exigendi, cum neque excusari quisquam poterit, ut ante priuilegio consuet*a* fuerat hominis uindicatio, nec ullus, qui
1ᵇ(1) releuandus fuerit, perpetuae ingrauation*i* addici. Illud etiam similiter definitum est, ut ii tantum a consortibus segregentur, quorum iugatio ita magna est, ut accipere non possit ad-
1ᶜ iunctum, cum pro suo numero in exhibendo tirone solus ipse respondeat. Inter quos uero possession*is* exiguae necessitas coniunctionem postulat, function*is* annorum et praebition*is* uic*is*situdo seruetur: quippe ut senatores ceterique, qui primo anno et su*o* et consortis nomine tironem dederint, insequenti uic*e* habeantur immunes illique in praebitione succedant a quo-
1ᵈ rum conuentione fuerit ante cessatum. Quem ordinem, cum corpora postulantur, conueniet custodiri. Sin uero aurum fuerit pro tironibus inferendum, unumquemque pro modo capitation*is*
2 suae debitum redhibere oportet. [7]) Ne aliquid dubium relinquatur, et solidorum numerum, qui temonario inferendus est, designamus, ut, siue senator honoratus principalis decurio uel plebeius tironem suo ac sociorum nomine ex agro ac domo propria oblaturus est, ita se a coniunctis accept*u*rum solidos nouerit, ut integri pretii modus in triginta tantummodo et sex solidis colligatur, ut deducta portione, quae parti ipsius conpetit, reliquum consequatur, sex
3 tironi gratia uest*is* ac sumptuum praebiturus. Ipsorum etiam, qui militaturi sunt, priuilegi*is* accedentibus facilius deuotio prouocatur, uidelicet ut uniuersi, qui militaria sacramenta susceperint, [8]) eo anno, quo fueri*nt* numeris adgregati, si tamen in suscepto labore permanserint,
4 inmunes propriis capitibus mox futuri sint. Conpletis uero quinque annorum stipendiis, qui

*R*

[1]) uxorem quoque a capitatione *Mommsen* [2]) ueteranum *tuetur Iust.* (*not.* 1): ueterani filium *Mommsen Hermes* 24, 248, 7 (*Hist. Schr.* 3, 255, 6) [3]) uel ex adcrescentibus suos *Gothofredus* [4]) inuiserit *Mommsen* [5]) prototypiae *Gothofredus* (*u. i.*) [6]) ablatus *Gothofredus* [7]) et *inserit Cuiacius* [8]) ab *inserit Mommsen*

2 prestet *R* copulauerat] *Cuiacius*, populauerat *R*, poculatam ante *Mommsen* 3 memoraret *R* 4 posset *R*ª 5 legis] *Gothofredus*, leges *R* 6 innutritus *R*ª adfixus *R* 7 conuent *R*ª 8 filii] flii *R*ª statum] *Cuiacius*, statem *R* inriserit *R* actenus *R* 9 acriscentibus (sacrisc. *R*ᵇ) *R* 10 iunioribus] *Cuiacius*, minoribus *R* 11 daemum *R* proto* (p *uel* r *uel f*) * *R* (*fortasse* protopiae *R*ª, prototypiae *R*ᵇ) 17 coemtio *R* 18 aestimatur *R*ª 19 consuetas *R* uendicatio *R* 20 ingrauationi] *Cuiacius*, ingrauationis *R* hii *R* 23 possessiones *R* functiones *R* praebitiones *R* 24 uicessitudo *R*ᵇ, necessitudo *R*ª suo] *Cuiacius*, suae *R* 25 habiantur *R*ᵇ, abiantur *R*ª 28 dibitum *R* 29 ut] ud *R*ª 30 numine *R* 31 acceptorum *R* nuuerit *R*ª praetii *R*ᵇ, praetiip *R*ª et] es *R*ª 32 quae] que *R*ª relicum *R*ª 33 uesties *R* priuilegibus *R* 34 prouocatur] *R*ª, prouocatior *R*ᵇ 35 fuerit *R* permanserit *R*ª *uel R*¹

comitatensibus numeris fuerit sociatus, patris quoque et matris nec non et uxoris suae capitationem meritis suffragantibus excusa*b*it. ii uero, qui in ripa per cuneos auxiliaque fuerint constituti, cum proprio capite uxorem suam tantum post quinque annos, ut dictum est, praeste*n*t inmunes, si tamen eos censibus constiterit adtineri. Et quia publica utilitas quoque cogitanda est, ne sub hac indulgentia insertae capitationis numerus minuatur, ex incensibus [1] atque adcrescentibus in eorum locum, qui defensi militia fuerint, alios praec*i*pimus subrogari. DAT. IIII NON. IVN. ANTIOCHIAE POST CONSVLATVM GRATIANI A. III ET EQVITI VIRI CLARISSIMI. a. 375

8 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EDICTVM AD PROVINCIALES. Inter optim*as* lectissimorum militum turmas neminem e numero seruorum dandum esse decernimus neue ex caupona ductum uel ex famosarum ministeriis tabernarum aut ex cocorum aut pistorum numero uel etiam eo, qu*em* obsequii deformitas a militia secernit, nec tracta de
1 ergastulis nomina. Poenam etenim grau[*is*] dispendii nulla excusatione fugit[*u*]ri sunt, si hoc cuiusdam iudicio inlustribus uiris magistris equitum peditum [2] fuerit intimatum: sed cum illum animadversio dura damnauit, offerentem triplicata nobilioris tironis fatigabit inlatio. DAT. [3] IIII KAL. FEBR. CONSTANTINOPOLI GRATIANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS. a. 380

9 [4] IDEM AAA. NEOTERIO PPO. Ex opportunis regionibus supplementa numeris mansuetudo nostra decreuit agitari. In id delectos quosque uiros atque ab omni suspicione prauitatis
1 alienos iussimus destinari. In his, si male se gesserint, corrigendis non mediocrem fore denuntiamus seuera animaduersione sententiam, cum iudices supplicium existimationis extremum et ultio inexpiabilis exceptura uideatur, ne his quidem prouincialibus temperatura, quos in officium ministeriumque praedarum uel capiendi ubertas uel formido simulata deduxerit. PP. VI KAL. MAI. ANTIOCHIA GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS. a. 380

10 IDEM AA*A*. EVTROPIO PPO. Qui spurc*a* amputatione digitu*m* declinat *u*s*um* armorum, non euadat illa quae uitat, sed insignitus macula ferat inpositum militiae laborem, qui decli-
1 nauerit dignitatem. Ipsis quin etiam prouincialibus, qui ex horum ausis iuniorum saepe patiuntur penuriam praebendorum, haec optio inmobilis decernatur, ut tempor[*e*] delectus agitandi, ubi *in* conmune coeperint conueniri, duos mutilos iuniores pro uno integro eminentiae tuae dispositionibus offerant. DAT. NON. SEPT. HADRIANOPOLI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS. a. 381

11 IDEM AA*A*. [5] Quisquis mancipium iuris alieni in tirocinium militiae duxerit offerendum [6], conuictus ac proditus auri libram aerario nostro cogatur inferre [7]. DAT. ID. MAI. [8] TYRO METROPOLI. PP. B*E*RYTO ANTONIO ET SYAGRI*O* CONSS. a. 382

12 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HYPERECHIO COM(ITI) R. P. Publica suasit utilitas iunior*es* in arma conscribere, ideoque ne patrimonium quidem nostrum a praestatione prae-
1 senti inmune esse patimur. Igitur per omnes prouincias, per quas res nostra distenditur, ex patrimonio sacro maturitate qua conuenit praeberi uolumus iuniores. DAT. XV KAL. IVL. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 397

***R***

[1]) indensitis *Cuiacius, cf.* 10, 23, 1 [2]) peditumue *Bec* [3]) pp. (*Mommsen*)? [4]) *iunge* 7, 18, 3 [5]) *Iust.* 12, 43, 2 [6]) in tirocinio militiae scribi curauerit *Iust.* [7]) mancipio scilicet domino, si factum ignorauerit, reddendo *addit Iust., cf. Iust.* 12, 33, 6 *pr.* [8]) accepta *inserendum*?

2 excusauit *R* hii *R* 3 ut] u *R*a prestet inmune *R* 4 attineri *R*a 5 inserte *R*a numera *R*a 6 praecipimus] *Gothofredus*, praecepimus *R* 7 anthiociae *R* clarissimi] clar. conss. *R* 10 optimos *R* nomero *R*a 12 quem] quae *R* 13 numino *R*a 14 cusudam *R*a, cuiusquam *Gothofredus* aequitum *R* 15 damnabit *uel* damnauerit *Gothofredus* nubilioris tirones *R*a fatigauit *R* 17 aa. *R* neotercio *R*a oportunis *R* supplimenta *R* 18 ueros *R*a 23 VI] III 7, 18, 3 24 aa. *R* spurcam *R* digitu *R* declinat usum] *Cui.*, declinaturus *R* 27 paenuriam *R* 28 in] *Gothofr., om. R* 30 aaa.] aa. *R*, aa. eutropio pp. *Iust. errore* (*ex c.* 10?) 32 byrito *R* syagri *R* 36 sperechio *R* (*cf.* 10, 1, 14) 34 iunioris *R* prestatione *R* 35 per] rer *R* 36 iuniores (*non* -ris) *R* 37 et ttico *R*a, et tico *R*b

Beck



13 [1]) IDEM AA. THEODORO PPO. Amplissimi ordinis petitionibus adnuit nostra clementia,
1 ut pro tironibus pretia inferantur. Damus itaque optionem, ut, quod conducibile senatui uidetur, eligendi habeat potestatem, id est aut tirones aptos officiis militaribus praeste*n*t au*t* pro singulis uiginti quinque solidos n*u*merent, post initam uidelicet sumptuum rationem et
2 uestium et pastus. Quod si aurum dare maluerint, mox ad nostrum aerarium deferatur. DAT. VIII KAL. OCT. PATAVI CAESARIO ET ATTICO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 397

14 IDEM AA. MINERVIO C(OMITI) R. P. Aeternae urbis merita reuerendam nobis amplissimi senatus effec*erunt* uoluntatem. Ideoque pro tironibus in corporibus postulatis pretia conferri
1 iubemus ab amplissimo ordine. Quod in fundis etiam perpetuariis nostrae rei priuatae seruari praecipimus. DAT. PRID. ID. NOV. CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

15 IDEM AA. DECIO PV. Ad conlationem iuniorum eos tantum oportet adtineri, quos constat dignitates legitimas beneficiis consecut*o*s, non tamen iusta priuilegia suffragantur. DAT. VIII ID. DEC. RAV(ENNA) ARCADIO A. V ET HONORIO A. V CONSS. a. 402

16 [2]) IMPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. PROVINCIALIBVS. Contra hostiles impetus non solas iubemus personas considerari, sed uires, et licet ingenuos amore patriae credamus incitari, seruos etiam huius auctoritate edicti exhortamur, ut cum primum [3]) se bellicis sudoribus offerant, praemium libertatis, si apti ad militiam arma susceperint, pulueratici etiam nomine binos solidos accepturi: praecipue sane eorum seruos, quos militia armata detentat, foederatorum nihilo minus et dediticiorum, quoniam ipsos quoque una cum dominis constat bella tractare. DAT. XV KAL. MAI. RAV(ENNA) ARCADIO A. VI ET PROBO VIRO CLARISSIMO CONSS. a. 406

17 [2]) IDEM AAA. PROVINCIALIBVS. Prouinciales pro inminentibus necessitatibus omnes in-
1 uitamus edicto, quos erigit ad militiam innata libertas. Ingenui igitur, qui militiae obtentu arma capiunt amore pacis et patriae, sciant se denos solidos patratis rebus de nostro percepturos aerario, quibus tamen ternos ex summa supra dicta iam nunc solidos praeberi mandauimus: nam optimos futur*os* confidimus, quos uirtus et utilitas publica necessitatibus obtulit. DAT. XIII KAL. MAI. RAV(ENNA) ARCADIO A. VI ET PROBO CONSS. a. 406

18 [4]) IDEM AAA. STILICHONI COM(ITI) ET MAGISTRO MILITVM. Iuniorum conlati[*o*]ne, uel qui proxime in pretio ab honoratis pro rerum necessitate petiti sunt, uel si umquam tale aliquid rei publicae ratio flagitauerit, inmunes haberi oportere decernimus, qui militiae praerogatiua ad tribunatus praepositurasue peruenerint. DAT. XI KAL. APRIL. [5]) HONORIO IIII ET THEODOSIO II AA. CONSS. a. 407

19 [6]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. COM(ITI) S. L. Tirones in scholis loco semper posteriore ponantur. Nec enim patimur quemquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui et laborum adsiduitas et stipendiorum prolixitas suffragatur. DAT. VII KAL. DEC. RAV(ENNA) BASSO ET PHILIPPO CONSS. a. 408

20 IDEM AA. MACEDONIO C(OMITI) R. P. Tirones tricenis solidis aestimatos ab omnibus officiis iudicum Africae exemplo praecedentis tempor*is* postulamus: quod [7]) simul etiam ab
1 honoratis memoratarum prouinciarum nec non Sardiniae Siciliae et Corsicae. Eos sane honores

***R***

[1]) *cf. Symmachi Epist.* 6, 62 [2]) *iunge c.* 16 *et* 17 [3]) quam primum *Mommsen* [4]) *iunge* 7, 20, 13 [5]) Rom. *ins.* 7, 20, 13 [6]) *Iust.* 12, 43, 3 [7]) postulamus: postulamusque *Mommsen*

3 prestent aut] *Cui.*, praetentauit *R* 4 quenque sol. nemerent *R* 5 nostram *R*a deferetur *R*a 8 effeciet *R* 12 consecutus *R* 23 XV] XIII *c.* 17 24 tapiunt *R*a patratis] *Mommsen*, paratis *R* 26 futurus *R* 27 XIII] XV *c.* 16 acadio *R*a 29 idem aaa.] impp. honorius et theod. aa. 7, 20, 13 *male* 31 hon. VII et th. III *R*, hon. VII et th. III (= *a.* 409) 7, 20, 13 *male* 33 aa. comiti aa. ad com. *Iust.* sholis *R*a 37 machedonio *R* 38 temporis ... 39 honoratis *om. R*a, *suppl. manus altera: supplementum Mommensi emendatione* (*not* 7) *auctum unius uersus ambitum habet*

excipi ab his [1]) conueniet, quibus aut praesenti tempore publicum munus iniunctum est aut [2]) in Italiae siue urbis solo [3]) barbara uastitate depulsi sunt. DAT. VI ID. FEB. RAV(ENNA) VARANE VC. CONS. [4]). a. 410

21 IDEM AA. HADRIANO PPO. Tempore tironatus eorum procuratores, qui [5]) refugas occultandos putauerint aut non ipsi sponte produxerint, in iudicio praesententur ac poenas ueluti rebelles ac decretorum temeratores conpellantur exsoluere. DAT. III KAL. FEB. THEODOSIO A. VII ET PALLADIO VC. CONSS. a. 416

22 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. VOLVSIANO PPO. Mansura in saeculum auctoritate praecipimus proconsularis prouinciae non eandem sacerdotalium, quae est de ceteris,
1 in praebendis tironibus habendam esse rationem. Non inique si quidem ea potissimum ab hoc officio prouincia uidetur excepta, quae omnium intra Africam prouinciarum obtinet principatum cuiusque maioribus sacerdotes fatigantur expensis, in quarum solacium indemnem esse conuenit dignitatem. DAT. V KAL. MART. RAV(ENNA) FELICE ET TAVRO VV. CC. CONSS. a. 428

## XIIII DE BVRGARIIS

1 [6]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. VINCENTIO PPO. POST ALIA: In burgariis eadem uolumus obseruari, quae de mulionibus lex nostra praecepit, ut ii quoque, qui intra Hispanias uel in quibuscumque locis ausi fuerint burgarios uel sollicitare uel receptare, eodem modo teneantur, similisque eos, qui publicis uestibus deputatos sollicitauerint uel receperint, et de coniunctione et de agnatione et de peculiis et de cunctis rebus, quas in illis deprehendimus, poena cohibeat. DAT. XI KAL. MART. MED(IOLANO) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

## XV DE TERRIS LIMITANEIS

1 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. GAVDENTIO VIC(ARI)O AFRICAE. Terrarum spatia, quae gentilibus propter curam munitionemque limitis atque fossati antiquorum humana fuerant prouisione concessa, quoniam conperimus aliquos retinere, si eorum cupiditate uel desiderio retinentur, circa curam fossati tuitionemque limitis studio uel labore nouerint seruiendum, ut illi, quos huic operi antiquitas deputarat. Alioquin sciant haec spatia uel ad gentiles, si potuerint inueniri, uel certe ad ueteranos esse non inmerito transferenda, ut hac prouisione seruata fossati limitisque nulla in parte timoris esse possit suspicio. DAT. III KAL. MAI. RAV(ENNA) HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS. a. 409

2 [7]) IDEM AA. ASCLEPIODOTO PPO. ET CONS(VLI) ORDINARIO. Quicumque castellorum loca quocumque titulo possident, cedant ac deserant, quia ab his tantum fas est possideri castel-
1 lorum territoria, quibus adscribta sunt et de quibus iudicauit antiquitas. Quod si ulterius uel priuatae condicionis quispiam in his locis uel non castellanus miles fuerit detentator inuentus, capitali sententia cum bonorum publicatione plectatur. DAT. NON. MART. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. a. 423

*R*

[1]) eo sane onere excipi hos *Gothofredus* [2]) qui *inserit Gothofredus* [3]) solum *Mommsen* [4]) post cons. Varanis uc. *Seeck Regesten* 73 [5]) *expectes* qui procuratores (*u. i.*) [6]) *iunge* 8, 5, 58 [7]) *Iust.* 11, 60, 2

1 tempores *R*ᵇ aut] aut qui *Gothofr.* 3 conss. *R* 4 *Hadrianus a.* 416 *non fuit ppo. sententiam sic explicandam esse* procuratores qui refugas tempore tironatus eorum occ. put. *uidit Gothofr.* 5 putauerit *R* 6 reuelles *R* 9 eadem *R* 12 cuiusque] *Cui.*, cuiuscumque *R* 16 hii *R* 18 sollicitauerin *R* ? 19 depraehendimus *R* 20 XII 8, 5, 58 23 munitionemquae *R* tuitionemquae *R* 25 retenentur *R*ᵃ 27 certa *R* 31 quia] *Iust.*, qui *R* 34 non.] V non. *Iust.*



## XVI DE LITORVM ET ITINERVM CVSTODIA [1])

1 [2]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. THEODORO PPO. Hostis publicus Stilicho nouum adque insolitum reppererat, ut litora et portus crebris uallaret excubiis, ne cuiquam ex
1 Oriente ad hanc imperii partem pateret accessus. Huius iniquitate rei moti, et ne rarior sit diuersarum mercium commeatus, praecipimus hac sanctione, ut litorum desistat [3]) ac portuum perniciosa custodia et eundi ac redeundi libera sit facultas. DAT. IIII ID. DEC. RAV(ENNA) BASSO ET PHILIPPO CONSS. a. 408

2 IDEM AA. ANTHEMIO PPO. Omnes stationes nauium, portus litora, omnes abscessus prouinciarum, abdita quin etiam loca et insulae tuae magnificentiae dispositione sollerti custodiantur indagine, ut nullus uel ui uel clam uel aperto uel etiam occulto nostri possit imperii regiones inrepere, qui non aut interiectis prohibeatur obicibus aut, cum accesserit, ilico teneatur, nisi sacros apices a domino patruo meo Honorio ad me perferre apertissima ratione
1 monstrauerit. Cum eadem diligentia obseruando, ut, si ad alium quemquam a memorato principe dixerit habere affatus, portitore detento sacrae litterae cum omnibus chartis signatae ad meam clementiam transmittantur: hoc enim et tyrannici furoris et barbaricae feritatis occasio persuadet et inter me dominumque et patruum meum Honorium uicissim recurrente admonitione conuenit. DAT. VIII KAL. MAI. CONSTANTINOPOLI VARANE VC. CONS. a. 410

3 [4]) IDEM AA. EVSTATHIO PPO. Saluberrima sanctione decreuimus [5]), ne merces inlicitae ad nationes barbaras deferantur et quaecumque naues ex quolibet portu seu litore dimittuntur, nullam concussionem uel damna sustineant [6]): gestis apud defensorem locorum praesente protectore seu duciano, qui dispositus est, sub hac obseruatione confectis, ut, et ad quas partes nauigaturi sunt et quod nullam concussionem pertulerunt, apud acta deponant, quorum authenticum nauclerus siue mercator habebit scheda apud defensorem manente [6]). DAT. XIIII KAL. OCT. CONSTANTINOPOLI DN. THEODOSIO A. VIIII ET QVI FVERIT NVNTIATVS. a. 420

## XVII DE LVSORIIS DANVVII

1 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. CONSTANTI MAGISTRO MILITVM PER THRACIAS. Nonaginta recenti fabricatione contextas, decem his adiectas ex ueterum reparatione lusorias limiti Mysiaco, centum uero decem nouas, additis antiquarum instauratione quindecim Scythico, qui in latius diffusiusque porrigitur, sub hac deputari condicione sancimus, ut per singulos annos ueterum renouatione curanda quattuor iudiciariae in Mysiaco limite et decem agrarienses, in Scythico uero quinque iudiciariae et duodecim agrarienses nouae de integro constructae instrumentisque suis uniuersis armatae ducis instantia apparitionisque eius periculo contexantur, ut hoc supplemento per septennium integri numeri constituti reparatio maturetur: sublimitate tua pro sua industria disponente, unde earum contextio uel constructio debeat
1 procurari. Quod quidem iam recte credimus constitutum nobisque indicari praecipimus. Nam

*R*

[1]) *Iust.* 12, 44 [2]) *iunge* 10, 10, 25 [3]) desinat *Mo.* [4]) *Iust.* 12, 44, 1 [5]) censemus *Iust.* [6]) gestis ... manente] ita tamen, ut earum naucleri deponant, in quam prouinciam ituri sunt, ut hoc manifestato nulla contra eos postea indignatio seu concussio procedat *Iust.*

3 repperat *R* 4 ad ahanc *R*ᵃ 5 hac] ac *R*ᵃ 9 addita *R* costodiantur *R*ᵃ 11 ubicibus *R*ᵃ 14 abere *R* affatos *R*ᵃ sacraere *R*ᵃ littere *R* 15 hoc] oc *R*ᵃ tyrannci furores *R*ᵃ feretatis occ. persuadit *R* 16 domnumque *R* 18 eusthatio *R* mercis *R* 19 notationes *R* dimittuntur] *Iust.*, demittuntur *R* 20 damno *R* 22 depunant *R*ᵃ 23 scheda] schia *R* 26 trachias *R* 27 lusurias *R* 29 in *delct Mommsen* sanccimus *R* 30 limete *R* 31 scytico *R* noue *R* 32 duces *R*ᵃ 33 supplimento *R* 35 praecipemus *R*ᵇ, praecipemus *R*ᵃ

si memoratus lusoriarum numerus cum omni suo instrumento non fuerit apparatus, dux quidem, cuius tempore dispositio fuerit ista neclecta, triginta librarum auri, officium uero eius quinquaginta procul dubio multabitur, etiam sublimitatis tuae officio quinquaginta libras [1]) auri condemnationi subiciendo, si non per singulos annos aut conpletum numerum aut certe
2 neglegentia praetermissum magisteriae potestati suggesserit. Illo nihilo minus obseruando, ut
istis secundum dispositionem tuae praestantiae ad belli aleam praeparatis adque in conflictus specula munitissima statione uel discursus opportunitate [2]) deligentibus hae dumtaxat, quaecumque ex ueteribus fuerint reformatae, transuectioni speciei annonariae secernantur. DAT. V KAL. FEB. CONSTANTINOPOLI DN. THEODOSIO A. V ET QVI FVERIT NVNTIATVS. a. 412

## XVIII DE DESERTORIBVS ET OCCVLTATORIBVS EORVM [3])

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. EDICTA DVO PER ITALIAM ET ALPES. Unusquisque, apud quem desertor fuerit deprehensus, si plebeiae et humilioris condicionis est, metalli se sciat supplicio puniendum; qui autem superioris cuiuscumque loci dignitatisue sit, media
1 se bonorum parte cognoscat esse multandum. In hac poena sit et officium uniuscuiusque
iudicis, quod forte desertores in consortio sui probatus habet nec eos prodit. DAT. VII KAL. APRIL. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

2 [4]) IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD HESPERIVM PPO. Actor eius fundi, in quo alienigena uel idoneus militiae uel ante iam traditus latuerit, ultima flam-
1 marum animaduersione consumatur. Hoc interim nos constituisse sufficiat; nam si parum
profecerit in seruos interminatio constituta, in dominos peccatum deinceps emendatura decernat. DAT. VI NON. IVL. AQVILEIA AVXONIO ET OLYBRIO VV. CC. CONSS. a. 379

3 [5]) IDEM AAA. NEOTERIO PPO. Si temonarius prodiderit desertorem, protostasiae onere biennio releuetur. PP. III KAL. MAI ANTIOCHIAE GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS. a. 380

4 [6]) IDEM AAA. AD SYAGRIVM PPO. Si quis latebram praebuerit desertori, possessionis, in qua latuerit, amissione multatus etiam grauiorem sententiam pertimescat. Porro actorem flammis subiciendum esse non dubitet [7]), qui in perniciem fortasse domini aut sceleris [8]) parti-
1 cipatione confouit aut dissimulatione neclexit. At uero si desertorem seruus prodiderit, liber-
2 tate donetur: si mediocris [9]) loci ingenuus, immunitate potiatur. Neque solum eos [10]) loquimur, qui proxime signis felicibus adplicati militiae rudimenta timuerunt, uerum [11]) qui stipen-
3 diis militaribus degenerem latebram praebuisse monstrantur. Desertor autem habebitur, quis-
quis belli tempore aberit a signis. Horum qui sponte processerit, peccati anterioris supplicium non timebit. Sin uero flagitiosa ignauia delitescat, per eum, in cuius domo fuerit, inuigilantibus forinsecus [12]) quoque officiis publicis, ubicumque correptus seueritati iudicis offeratur,
4 degeneri morte gladium subiturus. Si autem rector prouinciae propositam seueritatem uel

*R*

[1]) librarum *Beck* [2]) munitiasimam stationem d. opportunitatem *Mommsen*
[3]) *Iust.* 12, 45 [4]) *iungenda* 13, 1, 11? [5]) *iunge* 7, 13, 9 [6]) § 1—4 = *Iust.* 12, 45, 1 § 1—4. 7, 13, 4 [7]) dubites *Mommsen* [8]) domini seclus aut *Mommsen*
[9]) at ... mediocris] si quis autem [10]) de his *Iust.* [11]) etiam *ins. Iust.*
[12]) extriusecus *Iust.*

1 lusuriarum *R* 2 trigenta $R^a$ 4 condemnatione *R* singulas $R^a$ 5 potestatis *R* obsseruando $R^a$ 7 delegentibus *R* hae] *Gothofr.*, ag $R^a$, hoc $R^b$ 8 ferint $R^a$ 9 dn.] p dn. $R^a$ 12 deprachensus *R* 13 poniendum *R* 20 domoaus $R^a$ decurrat *Gothofr.*, decerret *Mo.* 21 VI] III 13, 1, 11 aquileiae 13, 1, 11 uxoria $R^a$ uu. cc. *om.* 13, 1, 11 23 reuetur $R^a$ VI] V 7, 13, 9 anthiociae *R*, antiochia 7, 13, 9 24 aa. *R* 27 at] ud *R* seruos *R* libertatem *R* 31 haberit $R^a$ anteriores *R* 32 sin] sint $R^a$, sit $R^b$: n *fortasse casu expunctum est* 33 iudiciis *R* 34 degenire *R* siueritatem *R*



gratia uel dissimulatione distulerit, patrimonii atque existimationis damno subiciatur, et in officii primores capitaliter uindicetur. PP. ID. IVL. ROM(AE) GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS. a. 380

5 [1]) IDEM AAA. NEOTERIO PPO. Si quis forte desertorem agro tectoque susceperit atque aput se diu passus fuerit delitescere, actor quidem uel procurator loci, *qui* hoc sciens prudensque conmiserit, capitali supplicio subiugetur, dominus uero, si huius rei conscius fuerit, praedii, in quo latuerit desertor, amissione puniatur. DAT. XVII KAL. FEB. EVCHERIO ET SYAGRIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 381

6 IDEM AAA. AD SEVERVM PPO [2]). Desertorum iugiter pretia uindicamus, quos intra annui temporis metas inter ipsa traditionis exordia deseruisse constiterit: ipsorum quippe est prouidentiae, quos huiusmodi munus amplectitur, militaturis potius quam fugacibus instruere ne-
1 cessaria supplementa. Si uero in desertoribus occulendis actorum scelus atque [3]) conmissum
sit, flammis scelera puniantur. Si dominum quoque conscientia talis inuoluerit, praediis quae latebram praestiterunt sacro patrimonio uindicatis, grauioris exitii dominum quoque casus inuoluat. PP. ROM(AE) IIII NON. APRIL. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

7 [4]) IDEM AAA. CONSTANTIANO VIC(ARIO) DIOECESIS PONTICAE. Quisquis in fundo suo desertores uel latrones habere se meminerit, nisi eos ex die constitutionis emissae in [5]) sex menses prodiderit aut conprehensos etiam seueritati iudiciariae [6]) obtulerit, sciat dissimulatione conuictus [7]) fundum ipsum, in quo praedicti postea potuerint inueniri, fisci nostri uiribus esse
1 nectendum. Quod si forte contigerit, ut inscio domino memorati latuisse uideantur, pari con-
stituti temporis dimensione seruata actores capite damnentur. Quam condicionem et circa actores rerum nostrarum uolumus custodiri. DAT. IIII ID. IVL. CONSTANTINOPOLI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383

8 [8]) IDEM AAA. AD FLAVIANVM PPO. Quisquis desertorem uel a se receptum uel in suo latitantem cognoscit, nisi eum ex die publicati huius edicti intra duos menses adhibita inquisitione correptum ordinario iudici offerre curauerit, detectus in crimine pro qualitate atque
1a ordinis [9]) personae incurrat in legem. Et si quidem potuerit corporali iniuriae subiacere, ser-
uata ex iure substantia et fustibus coerceatur uel metalloperi [10]) publico deputetur, et non-
1b numquam se ulterius erigente censura exilio perpetuae relegationis plectatur. Quod si eius-
modi fortasse fuerit, ut iniuria corporali intuitu generis aut honoris excipiatur, non procrastinata auctoritate sententiae per singula capita eorum, quos contra interdictum retinere atque occultare non timuit, denos iuniores maxime idoneos militiae offerat aut quinquaginta pondo
1 argenti restituat. Quod si procurator possessionis siue actor uel etiam colonus latebram
desertori domino ignorante praestiterit, detectus in crimine capitali supplicio mancipetur; ceteros quoque similis conscientiae exemplum triste deterreat. Illorum tantummodo probationibus euidenter ostensis innoxiis relinquatur habitatio, quos iam dudum fiscus adaerauit.
2 Oblati autem iudicibus, nisi in continua [11]) quacumque prouincia uel tuae praestantia potes-

*R*

[1]) *Iust.* 12, 45, 1 *pr.* [2]) pu. *Gothofredus* [3]) atque *delet Mommsen*
[4]) c. 7 *fere isdem uerbis repetitur in* c. 12 [5]) intra *Seeck* [6]) potestatis *inserit* c. 12
[7]) si in dissimulando conuictus fuerit c. 12 [8]) *iunge* 9, 29, 2 [9]) ordinis atque ordine *Gothofredus uel* atque [10]) metalli operi *Haenel* [11]) contigua *Gothofredus*

1 exestimationis *R* 2 primoris *R* iudicetur $R^a$ *uel* $R^1$ V] VI *R* 4 aa. neohterio *R* gro $R^a$ 5 dilitiscere *R* auctor $R^a$ qui] *Iust.*, *incertus* *R* 6 uius $R^a$ dominus] don *scribere coepit, mox correxit* *R* 7 in] *Iust.*, iri *R* amissione *R* 9 aa. *R* 10 traditiones $R^a$ constitirit *R* 12 supplimenta *R* disertoribus *R* occulendi $R^a$ sclelus $R^a$ 14 prestiterunt *R* grauiori *R* 16 aa. *R* constantiano] 8, 5, 42. 11, 7, 12. 12, 1, 44, constantino *R* 17 hebere *R* 18 conprehensus *R* 20 contegerit *R* conconstituti *R* 24 aa. *R* 26 atque] ātque *R* (*sic*) 28 coherceatur *R* 29 ulterius] *Gothofr.*, alterius *R* relelationis *R* 30 excipitur $R^a$ proscarastinata $R^a$, proscrastinata $R^b$ 31 auctortate $R^a$ 33 procuratur $R^a$ *uel* *R* 35 similis] *Cuiacius*, similes *R* 37 praetantia $R^a$

tatis uel ii dumtaxat ordinis militaris uiri, qui possint de capite eorum ferre sententiam,
degere uidebuntur, interrogati et seueritati necessariae subiaceant et ad sinceritatem tuam per
ordinarii iudicis exsecutionem uel officia rectoris [1]) dirigantur cum prosecutione. ET CETERA.
DAT. III KAL. MART. MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383 [2])

9 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD POPVLVM. Quisquis in domo patrimonioue suo
uel qualibet obstrusa et longissime a se possessione discreta desertorem latere cognoscit, ad
eos, quibus cura indagandi mandata est uel, si forte defuerint, ad rectorem prouinciae protinus
spontanea oblatione deducat ueniam delicti ueteris habiturus. Exactis enim quattuor mensi-
bus, postquam edictum nostrum intra eam urbem quam quisque habitat fuerit publicatum, si
quis noluerit moderationi praesentis oboedire praecepti, haec in eum poena inponetur, ut et
qui occultatus fuerit eruatur et latebrae auctor pro uno desertore *uel* duas praeterea auri
libras uel duos iuniores militaris roboris ac staturae cogatur fisco abscisa spe totius defen-
1 sionis inferre. Et quoniam plurimos cognouimus, priusquam uictricibus aquilis sociarentur,
uel illuc, unde electi fuerant, uel quo placuerit abire, alios autem litterarum [3]) initiatos
auspicio, quamquam necdum dicantur meruisse sub signis, praecipimus, ut post tempus de-
finitum quicumque ex iunioribus fuerit retentus, praeter eum uel duos tirones per singulos
2 uel duas auri libras malo coactus fisco nostro adnumeret. Qui uero causarias uel honestas
indepti sunt missiones, ab inuidia et formidine desertionis amoueantur, etsi haec sunt tyrannico
tempore consecuti, dummodo eos [4]) meruisse uel peracto militia[e] labore uel probata debili-
3 tate pateat. Si qui etiam ex seruorum numero militiae se sociarunt, quos dominis suis legi-
tima iudicum reformauit auctoritas, sine metu legis ab his, quibus recte docentur redditi,
tenebuntur. DAT. VI KAL. MAI. MED(IOLANO) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

10 IDEM AA. VINCENTIO PPO. GALLIARVM. Protectores, qui ad inquisitionem uagorum per
prouincias diriguntur, nullas in retinendis fugitiuis dumtaxat indigenis iniurias possessoribus
parent, quia hoc illis tantum permittitur, ut desertores ueteranorum filios ac uagos et eos,
quos militiae origo consignat, ad dilectum iuniorum prouocent. DAT. XVI KAL. IVN. ME(DIO-
LANO) STILICHONE ET AVRELIANO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 400

11 [5]) IDEM AA. ET THEODOSIVS A. HADRIANO PPO. Si qui desertores oberrare in prouinciis
fuerint conprehensi [6]), eos et conprehendi protinus uolumus et ad iudicem deduci, ut auditi,
cum de crimine desertionis suae confessi fuerint, carceris custodiae deputentur: de quorum
nominibus ad tuam sublimitatem subditis confessionibus referatur, ut instructi magistri mi-
1 litum, quid de his fieri oporteat, pro sui auctoritate constituant. Sin uero inuenti resistendum
atque armis obtinendum [7]) putauerint, tamquam rebelles in ipsis temeritatis suae conatibus
opprimantur: ita tamen, ut prouinciarum iudices sollicita cautione disquirant, ne sub falsarum
tractoriarum nomine desertionis suae crimen defendere moliantur, ne subpositis aut conmentis
2 epistulis euadendi habeant facultatem. In desertorum quoque occultatores iuxta promulgatas
leges seuerissime uindicetur. DAT. VI KAL. MART. RAV(ENNA) THEODOSIO A. I ET RVMORIDO
CONSS. a. 403

*R*

1) uel officia rectoris *del.?, cf. Gothofredus* 2) 391? *cf. Flauianus in Prosopographia* 3) militarium *Gothofredus* 4) eas *inserit Mommsen* 5) § 1 = *Iust.* 12, 45, 2 6) conperti? 7) *idem Iust.*: obsistendum *Fornerius*

1 hii *R* ordinis militaris] *Gothofr.*, ordines militares *R* 2 et] es $R^a$ *uel* $R^1$ sincceritatem $R^a$ 3 exsecutione *R* derigantur *R uel* $R^a$ (*emend. manus recens?*) 6 qualiuet *R*, quamlibet *mauult Gothofr.* abstrusa *temptat Gothofr.* longissimae *R* decreta $R^a$, descreta $R^b$ 8 habeturus *R* 11 uel] uel pro *R* 13 sociearentur $R^a$ 15 pos *R* 19 militiae] militia* *R* 20 ex eruorum $R^a$ nomero $R^b$, nomerum $R^a$ 23 glliarum $R^a$ in quinqsitionem $R^a$ 25 filios *bis R* 26 prouocet *R* 27 stlichone $R^a$ auriliano *R* 29 conpraehensi *R* et conpraehendi *R* 31 magistri ... 32 auctori *om.* $R^1$ 33 conatibus o] $R^b$, conantur $R^a$ 36 occultator *R*



12 [1]) IDEM AAA. HADRIANO PPO. Si quis militem profugum desertoremque castrorum in
praedio suo susceperit, nisi eum ipse prodiderit aut conprehensum seueritati iudiciariae potes-
tatis [2]) obtulerit, sciat, si in dissimulando conuictus fuerit, fundum ipsum, in quo praedictus
1 postea potuerit inueniri, fisci nostri uiribus sociandum. Quod si forte contigerit, ut inscio
domino in eius praediis habitarit, fundo a nexu huius legis exuto actorem conscium seuero
supplicio damnandum esse censemus. Quam condicionem etiam circa actores domus nostrae
uolumus custodiri. DAT. VIII KAL. AVG. RAV(ENNA) THEODOSIO A. I ET RVMORIDO CONSS. a. 403

13 [3]) IDEM AAA. HADRIANO PPO. Desertores modis omnibus adtinendos esse censemus.
Uniuersi igitur prouinciales sciant opprimendorum sibi desertorum facultatem esse permissam,
1 quibus ne sit tarditas poenae solacio, uelox ubicumque iubemus esse supplicium. Quod ad
notitiam primatium urbium uicorum castellorumque deueniat, quo scire possint etiam occul-
tatores eorum ad subeundam poenam, quae diui genitoris nostri est constituta legibus [4]), ad-
tineri. DAT. VI NON. OCT. THEODOSIO A. I ET RVMORIDO CONSS. a. 403

14 [3]) IDEM AAA. HADRIANO PPO. Opprimendorum desertorum facultatem prouincialibus
iure permittimus: qui si resistere ausi fuerint [5]), uelox ubicumque iubemus esse supplicium.
Cuncti etenim aduersus latrones publicos desertoresque militiae ius sibi sciant pro quiete
1 communi exercendae publicae ultionis indultum. Hac tamen condicione seruata, ut ab his
iunioribus, qui proxima indictione praesenti tempore conferuntur, supplicio temperetur, quia
per prouinciales intra praescribtum legibus tempus ad ea signa, quibus destinati fuerant, red-
hibendi sunt, ne possessores redhibitionis damna percellant propter eos, qui necdum paene
2 auspicati militiam fugerunt. Sed ut in his patientiam tenemus, ita omnes, qui ultra memo-
ratam indictionem et nostrae beneficia sanctionis castra et militiam deseruere, condemnatio-
nibus obnoxios esse praecipimus, occultatoresque eorum ad subeundam poenam, quae diui
genitoris nostri constituta est legibus [4]), uolumus retentari. DAT. VI NON. OCT. DN. THEODOSIO
A. I ET RVMORIDO VIRO CLARISSIMO CONSS. a. 403

15 [6]) IDEM AAA. LONGINIANO PPO. Qui relictis militaribus castris se ad depraedationes
uel latrocinium contulerint, seueritatem publicam [7]) non euadant. DAT. VIIII KAL. APRIL. RA-
V(ENNA) ARCADIO A. VI ET PROBO VC. CONSS. a. 406

16 [8]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. GAISONI COMITI ET MAGISTRO MILITVM [9]). Qui [10])
sine conmeatu aliquo annum in penatibus propriis uel in quibuslibet locis desidiosa quiete
transegerit, decem sequentibus postponatur: in quo uero biennium talis culpa deprehenditur,
uiginti sibi antepositos congemiscat: tertius autem annus triginta praelatos iure deflebit, ita
ut quartus exempto matriculae nulli [11]) ueniam derelinquat. ET CETERA. DAT. PRID. ID. IVN.
RAV(ENNA) [12]) POST CONSVLATVM HONORII VIIII ET THEODOSII V AA. a. 413

17 IDEM AA. CONSTANTIO MAGISTRO MILITVM. Omnes tribunos, qui per Africam uagorum
et desertorum requirendorum sumpserunt officium, ne sub huiusmodi professione uastent pro-
1 uinciam, submoueri praecipimus. In futurum autem istud nequaquam uocabulum uel officium

*R*

1) *cf. ad c.* 7 2) potestatis *om. c.* 12 3) *iunge c.* 13 *et* 14: *c.* 14 *pr.* = *Iust.* 3, 27, 2 4) *c.* 5 *et* 7 5) in his *inserit Iust.* 6) *Iust.* 12, 45, 3 7) publicam] iudicis *Iust.* 8) *Iust.* 12, 42, 3 9) mag. officiorum? (*cf.* 9, 35, 11) 10) si qui *Iust.* 11) nullam *Iust.* 12) acc. ... *ins.* (*ut data sit a.* 412)?

2 conprehensus *tam hic quam in* c. 7 potestati *R* 5 nexu] *Cuiacius*, nixu *R* exuto] $R^b$, ex*uo *uel* exoo $R^a$ 6 danandum $R^1$ auctores *R* 10 traditas *R* 17 ut] aut *R* 18 quia] *Gothofr.*, qua *R* 19 rouinciales $R^a$ prescribtum *R* 20 paene] poenae *Cuiacius* 21 militiam] i *tertium nescio an casu inductum est* 23 quae] que *R* 24 VI] V *Iust.* 26 longiniano] 13, 7, 2. 13, 11, 11, longiano *R Iust.* (*Ambros.*), longionario *Iust.* (*O*) 29 qui] si qui *Iust.* ($O^a$), si quis *Iust.* ($KO^b$) 30 sine] ne $R^a$ 31 transigerit *R* 32 congemescatertius *R* defleuit *R* 33 prid.] rid $R^a$ 34 post conss. honorio VIIII et theodosio $R^a$ 37 istut *Cuiacius*, itud *R*

infaustum constituimus per Africam esse debere, ita ut, si quis ad condemnatam huius officii
qualitatem praedae causa adspirare temptauerit, capitalis in eum seueritas exeratur. DAT.
PRIDIE KAL. MART. RAV(ENNA)[1] HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.[2] a. 412

## XVIIII DE SATVRIANIS ET SVBAFRENSIBVS ET OCCVLTATORIBVS EORVM

1 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE PPO. Saturianorum coniurationem armis
sumus, ut oportuit, persecuti. Sed aliquotiens inminentis poenae euitatione ad diuersa semet
latibula contulerunt: quorum occultatores huic seueritati sciant se esse subdendos, ut eae
possessiones in quibus latebram conlocauerint, fisci nostri corporibus adgregentur, nisi pro-
1 tinus post edicti huius auctoritatem poenae ac legibus fuerint restituti. Simili etiam se con-
dicione retinendum esse cognoscat, si qui e Subafrensibus, qui in Saturianorum se coniura-
tionem miscuerunt, quempiam praeuiderit occultandum. Quisquis igitur huiusmodi aduersus
salubris decreti auctoritatem existimauerit latebris subtrahendum, sciat sibi cum eo facinus
esse commune, et si eiusmodi personae fuerint, quae multari rerum amissione non possint,
2 proprii capitis luendum esse supplicium[3]. Nec hi sane poenae se exsortes futuros esse cre-
dant, qui deprehensos in quolibet iure[4] tantorum scelerum machinatores silentio praetermise-
3 rint et non statim sub publica testificatione, quibus in locis inuenti fuerint, publicauerint. Id
quoque obseruandum esse censemus, ut ad ea loca, quae a memoratis latronibus tenebantur,
diligens dirigatur inspector, oblaturus primitus ueteribus dominis, ut, si haec possidere desi-
derant, ne abductis maereant cultoribus, translatis abunde[5] familiis rura, quae huc usque
infructuosa apud eosdem perditorum temeritas fecisse uidebatur, exerceant, uel certe, si incon-
uenientia existimauerint, salua tributorum praestatione ad idoneos possessores transferant.
DAT. XIII KAL. AVG. THEODORO VIRO CLARISSIMO CONS. a. 399

## XX DE VETERANIS[6]

1 IMP. CONSTANTINVS A. FLORIANO PRAES(IDI). Ueteranis, qui ex die V nonarum Iuliarum,
cum prima per Thraciam uictoria uniuerso orbi inluxit, et qui postea aput Nicomediam no-
stram missionem meruerunt, certa per edictum indulsimus, quae scribendi[7] tabulis uel en-
1 cauto et cerussa conscribere detur eis licentia. Edictum autem continens indulgentiam no-
stram ad deuotionem tuam misimus, ut et tua dicatio et cuncti alii recognoscant, quid prae-
stitimus memoratis. PP. IIII ID. APRIL. LICINIO V ET CRISPO CAESARE CONSS.[8] a. 318

2 [9]IDEM A. cum introisset principia, et salutatus esset a praefectis et tribunis et uiris
eminentissimis adclamatum est Auguste Constantine, dii te nobis seruent[10]: uestra salus
1 nostra salus: uere dicimus, iurati dicimus. Adunati ueterani exclamauerunt: Constantine
Aug(uste), quo nos ueteranos factos, si nullam indulgentiam habemus? Constantinus A.

*R*

[1]) accepta *ins. cf. p.* 263 *not.* 12 [2]) aliquot ex eis *Mommsen* [3]) supplicio *Gothofredus* [4]) rure *Gothofredus* [5]) aliunde *Gothofredus* [6]) *Iust.* 12, 46 [7]) scribendi] *expectes* aereis (*Mommsen*) [8]) *fuit* Crispo C. III et Constantino C. III conss. (*a.* 324: *Mommsen*) [9]) *pr.* ... § 4 = *Iust.* 12, 46, 1 [10]) deus te nobis seruet *Iust.*

2 praediae *R* 6 saturanorum *R* 7 inmenendis *R* diuersas *R* 8 siueritati *R* eae] haeae *R* 11 retenendum *R* 12 praeuiderit] crediderit *Gothofredus* 14 commone *R*ᵃ 17 publica] *Cuiacius*, lica *R* 20 ne] nene *R* mereant *R* 21 temeretas *R*ᵃ 22 prastatione *R*ᵃ, prestatione *R*ᵇ 23 cons.] css. *R* 26 traciam uicturia *R* urbi *R* 27 missione *R* 28 licentiam *R* 29 prestitimus *R* 32 seruen *R*



2 dixit: Magis magisque conueteranis meis beatitudinem augere debeo quam minuere. Uicto-
rinus ueteranus dixit: muneribus et oneribus uniuersis locis conueniri non sinamur. Con-
stantinus A. dixit: Apertius indica: quae sunt maxime munera, quae uos contumaciter gra-
3 uant? Uniuersi ueterani dixerunt: ipse perspicis scilicet. Constantinus A. dixit: Iam nunc
munificentia[1] mea omnibus ueteranis id esse concessum perspicuum sit, ne quis eorum in
nullo munere ciuili neque in operibus publicis conueniatur neque in nulla conlatione neque a
4 magistratibus neque uectigalibus. In quibuscumque nundinis interfuerint, nulla[2] proponenda
5 dare debebunt. Publicani quoque, ut solent agentibus superconpellere, ab his[3] ueteranis
6(1) amoueantur: quiete post labores suos perenniter perfruantur. Fisco nostro quoque eadem
epistula interdiximus, ut nullum omnino ex his inquietaret, sed liceat eis emere et uendere[4],
ut integra beneficia eorum sub saeculi nostri otio et pace perfruantur[5], et eorum senectus
7(2) quiete post labores perfruatur. Filios quoque eorum defendant decertationes, quae in patris
persona fuerunt, quosque optamus florescere sollicitius, ne si contumaces secundum eosdem
ueteranos conprobari potuerint, decimentur his sententiis, cum praesidali officio adiungentur
8 probabilius, iussionem meam. Curabunt ergo stationarii milites cuiusque loci cohortis, et
parentes eorum desperationem, et ad sanctimoniam conspectus mei sine ulla deliberatione
remittere, ut sint salui, cum senuas consecuntur[6] poenas indulgentiae. DAT. KAL. MART. IN
CIVITATE VELOVOCORVM CONSTANTINO AVG. VI ET CONSTANTIO CAES. CONSS. a. 326?[7]

3 [8]IDEM A. AD VNIVERSOS VETERANOS. Veterani iuxta nostrum praeceptum uacantes
terras accipiant easque perpetuo habeant immunes: et ad emenda ruri necessaria pecuniae in
nummo uiginti quinque milia follium consequantur, boum quoque par et frugum promiscuarum
1 modios centum. Qui autem negotii gerendi habuerit uoluptatem[9], huic centum follium
2 summam inmunem habere permittimus. Praeter hos ergo qui uel domiciliis uel negotiis deti-
nentur, omnes, qui[10] uacatis et nullum negotium geritis, ne inopia laboretis, ad hoc reme-
dium debetis concurrere. DAT. III ID. OCT. CONSTANTINOPOLI[11] CONSTANTINO A. VI[12] ET
CONSTANTIO CAES. CONSS. a. 326

4 [13]IDEM A. AD MAXIMVM PV[14]. Comitatenses et ripenses milites atque protectores suum
caput, patris ac matris et uxoris, si tamen eos superstites habeant, omnes excusent, si cen-
sibus inditi habeantur. Quod si aliquam ex his personis non habuerint uel nullam habue-
rint, tantum pro suo debent peculio excusare, quantum pro isdem, si non deessent, excusare
potuissent, ita tamen, ut non pactione cum alteris facta simulato dominio rem alienam ex-
1 cusent, sed uere proprias facultates. Ueteranos autem[15] post emeritae missionis epistulas
tam suum quam uxoris caput excusare sancimus, aut si honestam missionem meruerint, suum
caput tantummodo excusare. Ceteros omnes[16] ueteranos de quocumque exercitu una cum

*R*

[1]) magnificentia *Iust.* [2]) ad uenditionem *inserit Iust.* [3]) his] isdem *Iust.* [4]) optimis negotiis pecuniam tractare et mercimonia agitare *ex c.* 7 *inserit Iust.* [5]) perdurent *temptat Mommsen*: *in Iust. sequuntur haec*: sed etiam nullo munere ciuili, id est corporali siue personali uel de portorio onere eos adfici concedimus (*cf. c.* 7) [6]) salui consonas consequantur *Gothofredus* [7]) *Constantinus neque a.* 326 *neque a.* 320 (et Constantino C.) *in Gallia* (ciuitate Belouacorum?) *fuit* [8]) *cf. not.* 7 [9]) uoluntatem *Mommsen* [10]) agro *inserendum*? (*Mommsen*) [11]) Constantinopoli *del. et Gothofredus* [12]) VII (= a. 326) *Seeck* [13]) pu.] uic. Orientis (12, 1, 12 *Iust.* 11, 50, 1)? [14]) *iunge* 12, 1, 10 [15]) protectores *suppl.*? [16]) ceteros omnes] comitatenses *scr.*?

1 magisque] *Iust.*, magisq *R* uicturinus *R* 4 prspicis *R*ᵃ 5 in nullo] *Iust.*, nullo *R* 8 publicani] *Iust.*, publicanis *R* superpellere *Iust.* 9 post] postu *R* 10 eis] eius *R* uindere *R* 12 post] pos *R* 12—17 *eorum quae* § 7 *et* 8 *continentur ne argumentum quidem ex mendosa lectione elicias* 14 adiungentur. probabilius iuss. meam curabunt *Mommsen* 19 praeceptum *R* 20 et] *Cuiacius*, e *R* 21 nummu *R*ᵃ milia] militia *R* 25 debitis *R* 28 patres ac tris et *R* 29 uelt nullam *R*ₐ, uel in ullam *R*ᵇ 30 hisdem *R* 31 dominio rem alienam *R*ᵇ, dominiorum alienam *R*ᵃ 32 emeritae] *Cuiacius*, temeritate *R* 33 suum quam] suo quam *R* capud *R* aut] *R*, at *Cuiacius* 34 capud *R*

2 uxore sua unius capitis frui excusatione praecipimus. Ripensis autem ueteranus, qui ex priore
lege[1]) post uiginti quattuor stipendia honesta missione impretata unius excusatione capitis
fruebatur, etiamsi uiginti stipendiis conpletis honestam missionem meruerit, ad exemplum co-
mitatensium militum unum caput excuset. Intra uiginti etiam stipendia dimissus, quoniam
3 inbecilli et debiles censibus non dedicantur, eodem beneficio utatur. Alares autem et cohor-
tales dum militant, propria capita excusent; ueteranis quoque eadem excusationis solacia ha-
bituris, qui quocumque tempore in quibuscumque partibus meruerint missionem: si ex comi-
tatensi militia senectutis uel debilitatis causa dimissi fuerint, indiscreto stipendiorum numero
duo capita excusaturis, id est suum adque uxoris: et ripensibus indiscrete idem priuilegium
habituris, si se ob belli uulnera dimissos probauerint: ita ut, si quis eorum post quindecim
stipendia intra uiginti et quattuor annos ex militia decesserit, sui tantum capitis excusatione
fruatur: uxorem enim *ripensis* post uiginti et quattuor annos[2]) excusari oportet. PP. XV KAL.
IVL. ANTIOCHIAE PAVLINO ET IVLIANO CONSS. a. 325

5 [3]) IDEM A. MAXIMO PPO. Prouidendum est, ne ueterani protectoria dignitate cumulati,
aut qui honores uarios pro meritis suis consecuti sunt, incongruis pulsentur iniuriis, cum, si
quis in hoc[4]) crimine fuerit deprehensus, rectores prouinciarum conueniat ad tuum iudicium
referre atque ad tuum officium praedictos dirigere, ut factum pro sui qualitate possit facillime
coherceri[5]). DAT. IIII KAL. IAN. TRIVERIS[6]) IANVARINO ET IVSTO CONSS. a. 328

6 IMP. CONSTANTIVS A. AD HEPIDIVM CONSVL(AREM) PANNONIAE. Priuilegia concessa
ueteranis, qui stipendia iusta meruerunt, prout se quisque in officiis competentibus militasse
declaret, omnia conseruentur, corporalium seu personalium munerum uacatione eisdem tri-
buenda. DAT. VIII KAL. IVL. SIRMIO CONSTANTIO A. VII ET CONSTANT. A. II CONSS. a. 353 ?

7 [7]) IDEM A. EVAGRIO PP. Quosdam ueteranos hoc nomine indignos latrocinia perpetrare
conperimus, ideoque praecipimus, ut ueterani, quibus bona mens est, aut arua uersent aut
certe in optimis negotiis pecuniam tractent et mercimonia agitent[8]). Qui uero neque rus
colunt neque utilem uitam conmerciis exhibent, mox in ipsos capitaliter exsurgendum: exui
enim omnibus priuilegiis debent, per quos publica quies perturbatur, ita ut, si leuissimum ali-
quid deliquerint, omnibus subiciantur poenis[9]). DAT. III ID. AVG. CONSTANTIO A. VI ET CON-
STANTE II CONSS.[10]) a. 353

8 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. Omnibus bene-
1 meritis ueteranis quam uolunt patriam damus et inmunitatem perpetuam pollicemur. Habeant
ex uacantibus siue ex diuersis, ubi elegerint, agros et ea lege habeant, ut sibi soli[11]) eorun-
dem fructus cessuros esse cognoscant; nullum ex his agris stipendium, nullam annuam prae-
stationem postulabimus. amplius addentes, ut etiam ad culturam eorundem agrorum et ani-

*R*

[1]) *non extat* [2]) dimissi *supple* [3]) *Iust.* 12, 46, 2: *iunge* 1, 16, 4 [4]) hoc *tuestur Iust.*, quo *Gothofredus* [5]) rectores prouinciarum pro iurisdictione sua examinantes factum pro sui qualitate eos coerceant *Iust.* [6]) *cf. ad* 1, 16, 4 [7]) *Iust.* 12, 46, 3 [8]) *cf. not.* 9 [9]) Ueterani, qui ex neglegentia uitae neque rus colunt neque aliquid honestum peragunt, sed latrociniis sese dederunt, omnibus ueteranorum priuilegiis exuti poenis competentibus a prouinciarum rectoribus subiciantur *Iust.* [10]) *ad annum* 326 *ducunt et Euagrius ppo. et argumentum, quo c.* 7 *cum c.* 3 *uidetur cohaerere* (*Seeck*) [11]) solis *Haenel*

1 ueteranos *R* 2 impetra *R* corpatis *R*ᵃ 4 capud *R* 5 inuecilli *R* utantur *R* halares *R* 6 propri *R* 8 adimissi *R*ᵇ, admisse *R*ᵃ stipendiorum] *Gothofredus*, dispendiorum *R* 9 uxores *R*ᵃ et] *sic R, non R*ᵇ indiscretae *R* 10 dimissus *R* 12 *post* ripensis *uerba* 11 militia … excusatione *iterantur in R* 13 anthiociae *R* 14 ppo.] *Iust.*, *om. R* ne] *Iust.*, de *R* 15 qui *om. Iust.* 18 triueros *R* 21 numerum *R*ᵃ 22 et constant a. II conss. *R* 23 idem *in Iust. refertur ad Constantinum* I pp.] *Iust.*, pu. *R* 24 uersint *R* 27 quies] qui ex *R* 28 delinquerit *R* 30 uniuersor *R* 32 uagantibus *R* ea] *Beck*, a *R* 33 prestationem, postulauimus *R*



malia et semina praebeamus, ita ut is, qui ex protectore dimissus erit, duo boum paria et cen-
tum modios utriusque frugis consequatur, alii uero, qui honestas missiones siue causarias con-
sequuntur, singula paria boum et quinquaginta modios utriusque frugis accipiant. Super quibus
2 praebendis ad conpetentes iudices scribta congrua destinata sunt. Si quos etiam ueterani ser-
uulos familiasue ad agrum duxerint, inmunes perpetuo possideant. DAT.[1]) XV KAL. DEC. RO-
M(AE) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

9 IMPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD DAGALAIFVM MAGISTRVM MILI-
TVM. Remotis iniuriis iussimus ueteranis nostris uel adgnatis licere emere uendere negotiari:
quos secundum ueterem consuetudinem parentum nostrorum ab omni munere uniuersisque
reditibus auri argentique, sed et portorii indemnes esse oportet. DAT. VIII ID. DEC. VERONAE[2])
GRATIANO NOB. P. ET DAGALAIFO CONSS. a. 366

10 IDEM AAA. AD PROBVM PPO. Si quis praepositus fuerit aut fabricae aut classi aut
laetis, identidem[3]) si praepositus rom̄ largitionum[4]) uel cohortis gesserit tribunatum, aut
quicumque his administrationibus, ad quas non nisi cum certis fideiussoribus singuli quique
ueniunt, fortasse praefuerit, qui non uel intra palatium congruo labore meruisse uel armatam
inuenitur sudasse militiam, his priuilegiis careat, quae militaribus palatinisque tribuuntur.
DAT. X KAL. IAN. TRIVERIS VALENTINIANO NOBILISSIMO PVERO ET VICTORE CONSS. a. 369

11 IDEM AAA. AD IOVINVM MAGISTRVM MILITVM. Conmoneat tua sinceritas hac sanctione
ueteranos, ut loca absentium squalida et situ dissimulationis horrentia de solida fructuum
1 indemnitate securi, quantum uires uniuscuiusque patientur, exerceant. Namque decernimus,
ut his, qui soli relicti terras sulcauerint, sine molestia praeiudicioque dominorum prouectuum[5])
emolumenta quaerantur, nihilque illis, qui messium tempus adsolent aucupari, agratici nomine
deferatur. DAT. XVI KAL. FEB. VALENTINIANO ET VALENTE AA. IIII[6]) CONSS. a. 370

12 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. STILICHONI MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE. Pleri-
que testimonialibus fraude quaesitis fiunt ueterani, qui milites non fuerint, nonnulli inter ex-
ordia militiae in ipso aetatis flore discedunt. Quisquis igitur luctus[7]) Alamannus Sarmata
uagus uel filius ueterani aut cuiuslibet corporis dilectui obnoxius et florentissimis legionibus
inserendus testimonialem[8]) ex protectoribus uel cuiuslibet dignitatis obtinuit, uel eas, quae
nonnumquam comitum auctoritate praestantur, ne delitiscat, tirociniis castrensibus inbuatur.
1 Si quis praeterea uel prima stipendia uel nondum ut oportebat inpleta missiones colore de-
seruit, nihil impetrata ualeant, nisi forte quempiam aut defessae aetatis aut corporis aegritudo
aut gloriosorum uulnerum cicatrices causaria uel honesta missione defendunt: dummodo hos
2 ista non adiuuent, qui aetate solida et integro corpore haec occuparunt. Et quoniam pluri-
mos uel ante militiam uel post inchoatam uel[9]) peractam latere obiectu piae religionis agno-
uimus, dum se quidam uocabula[10]) clericorum et infaustis defunctorum obsequiis occupatos
non tam obseruatione cultus quam otii et socordiae amore defendunt, nulli omnino tali ex-
cusari obiectione permittimus, nisi qui aut fractus senio aut membris debilis aut paruitate
3 deformis indignus consortio uirorum fortium repperitur. Illius quoque sanctionis oportet ad-
moneri, ut, si quis decurionum primipilariorum collegiatorum ciuilium apparitionum uel aliorum
necessitatibus inretitus militiae sacramenta durasset, defendi castrensium stipendiorum excu-

*R*

[1]) pp. [2]) *expectes locum prope Remos situm* (*Gothofredus*) [3]) itidem *Gothofredus* [4]) si praeposituram legionis? [5]) prouentuum *Gothofredus* [6]) *fuit* II (*a.* 368) *Gothofredus* [7]) laetus *Gothofredus* [8]) testimoniales *Mommsen* [9]) nec *Gothofredus* [10]) uocabulo *Gothofredus*

1 his *R* protectore] *Cuiacius*, pro|tore *R* pari *R*ᵃ 4 seruulus *R* 8 licere … quos] iniuriis iussimus ueteranis nostris *R*ᵃ detmere *R* 9 consietudinem *R* 10 porturii *R* 11 dalagaifo *R* 16 que *R* 19 solida] *Cuiacius*, solidas *R* 25 fiunt] funt *R* 26 ipsa *R* 27 dilectus *R* florentissimis] *Gothofredus*, florentissimus *R* 29 prestantur *R* 30 portebat *R*ᵃ 31 defessae] *Cuiacius*, defensae *R* 33 adiubent *R* 34 inquoatam *R* 37 nisi] insi *R*ᵃ fractus] *Cuiacius*, fructus *R* 38 indignos *R*

satione non possit. DAT. III KAL. FEBR. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. a. 400

13 [1]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. STILICHONI COMITI ET MAGISTRO VTRIVSQVE
MILITIAE. Oportet inter eos, qui ambitu ac suffragiis ad tribunatus praeposituras que per-
ueniunt, et eos, qui labore periculis atque ordine militiae decurso huiusmodi dignitates acce-
1 petint, esse discretionem. Quare inmunes eos haberi decernimus, qui militiae praerogatiua,
2 ut dignum est, ad tribunatum praeposituras ue perueniunt. Conmonendi autem sunt comites
et duces militum [2]), ut et ipsi eos releuatos esse cognoscant neque aliquid hoc nomine ab his
flagitandum. De quibus ad omnes militares iudices paria scribta direximus. DAT. XI KAL.
APRIL. ROM(A) HONORIO VIII ET THEODOSIO III [3]) AA. CONSS. a. 409

## XXI DE TESTIMONIALI EX TRIBVNIS ET PROTECTORIBVS

1 IMP. CONSTANTINVS [4]) A. AD RVFINVM PPO. Ferri non potest in titulo [5]) militaris laudis
1 inrepere eos, qui nec aciem uiderint nec signa perspexerint nec arma tractauerint. Ideoque
si qui ex protectoribus uel ex praepositis uel ex tribunis epistulas reportauerint, non habeant
priuilegium, quod merentur, qui ordine militiae sub armorum labore decurso ad hunc hono-
rem peruenerint. PP. IIII ID. AVG. SIRMIO CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS. [4]) a. 313

2 [6]) IMP. CONSTANTIVS A. AD PPO. POST ALIA: Si quis de paganis uel decurionibus am-
bierit ad honores protectoriae dignitatis, nec tempus nec stipendia ei post hanc legem con-
putanda sunt. Hoc et circa eos, qui ad praeposituras ambitu peruenerint, custodiri praeci-
pimus. ET CETERA. DAT. KAL. MAI. CONSTANTIO A. VI ET CONSTANTE II CONSS. a. 353

3 [7]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FLORENTINO PV. Quicumque ex protectoribus aut
domesticis honorarias missiones meruerint, sub hac norma penes eos dignitas maneat, ut ne-
que municipes curiam neque collegiatus obsequium propriae urbis effugiant [8]), neque negotiator
a pensionis aurariae instituta [9]) summa militiae suffragio subtrahatur neque ab ullo postremo
officio militia uel corpore talis se impetrati quisquam obiectione defendat, sed manente norma
1 soluat omnia, quae ab illo uel condicione nascendi uel iure proprii postulantur officii. De
liberis etiam eorum censemus, ne de his editi originis munus per priuilegia emendicatae digni-
2 tatis effugiant. Quae quidem omnia officere illis aliquando non patimur, quos emeritos feli-
cibus castris uel honesta interdum aduersae ualetudinis missio uel uelnerum laudabilis ex-
cusatio uel emensum sub signis tempus absoluit. DAT. XIIII KAL. MAI. MED(IOLANO) ARCADIO
IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

4 [10]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. THEODORO PP. Eos, qui testimoniales non suo
merito, sed eorum contemplatione sunt adepti, qui pro his nostram clementiam sunt precati,
par seueritas persequatur. Eos tamen esse in urbe sacratissima non uetamus, qui posuerunt
illic larem adque domicilium. DAT. X KAL. DEC. RAV(ENNA) BASSO ET FILIPPO CONSS. a. 408

***R***

[1]) *iunge* 7, 13, 15 *cuius uerba extrema fere consona sunt cum* § 1 *h. c.* [2]) limitum *Mommsen* [3]) Honorio VIII et Theodosio II (*a.* 407) *cum* 7, 13, 18 *scr.* [4]) *Gothofredus c.* 1 *Constantio et a.* 352 *adscribit: Seeck eam ad a.* 320 *refert* [5]) titulos *Gothofredus* [6]) *de iungendis cf. ad* 6, 27, 1 [7]) *cf.* 12, 1, 153 [8]) municeps ... effugiat *Reinesius* [9]) praestituta *Gothofredus* [10]) *iunge* 9, 40, 20. 9, 42, 22

1 stlichone *R*ª auriliano *R* 4 tribunatos *R* 6 haber *R*ª 7 dicnum *R* praepositura superueniunt *R* 8 et] *Mommsen*, ut *R* releuatos] *Gothofredus*, reuelatos (*sic*) *R* 12 rnfinus *R*ª 13 inripere *R* 15 ordinem *R* 18 dignitates *R* conpotanda *R* 19 mbitu *R* 20 cete *R* mai] matt *R* 22 paenes *R* 23 municipis *R* proprie *R*ª 27 editi] *Gothofredus*, edicti *R* 33 praecati *R* 34 posuenerunt *R*



## XXII DE FILIIS MILITARIVM APPARITORVM ET VETERAN[ORVM] [1])

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD OCTAVIANVM. Ueteranorum liberos aptos militiae, quorum
quidam ut desides recusant militarium munerum functionem, quidam adeo ignaui sunt, ut
cum dispendio corporis militiae uelint necessitatem euadere, iubemus, si ad militiam inutiles
resectis digitis iudicentur, curialibus sine aliqua ambiguitate muneribus atque obsequiis ad-
gregari. DAT. XIIII KAL. MART. SIRMIO [2]) A. VII ID. APRIL. REGIO CONSTANTINO A. V ET LI-
CINIO C. [3]) CONSS. a. 319

2 IDEM A. AD SEVERVM [4]). Ueteranorum filios propter priuilegia parentibus eorum indulta
uacare non patimur, sed programmate per omnes ciuitates proposito diligenter quaesitos ad
alterutrum conpelli iubemus, ut aut decurionatus muneribus obtemperent aut militent: obser-
uaturo deuotionis tuae officio, ut qui probantur ab annis uiginti usque ad uiginti et quinque
1 annos aetatem agant. Si autem ueteranorum filii, qui equestrem militiam tolerauerunt, inter
equites probari uoluerint, habeant facultatem, ita ut cum singulis equis idoneis praedicto ad-
2 gregentur obsequio. Quod si quis duos equos habeat uel unum idoneum et seruum unum,
cum circitoria militet dignitate et binas annonas accipiat, qui gradus praebetur aliis post la-
3 borem. Singularum autem ciuitatum decurionibus intimetur, ut ueteranorum filios, qui prae-
dictae aetatis sunt, si militare noluerint uel minus inueniantur idonei, ad curialia uocare non
4 morentur obsequia, si tamen patrimoniis idonei esse noscuntur. Ex his autem, qui militare
uoluerint, si qui minus apti sunt equestri militiae deficiente [5]) calamitate membrorum, et legio-
nariae congrui esse noscuntur, deducendi ad nos protectori qui ob hoc missus est consignentur.
DAT. III KAL. AVG. [6]) AQVILEIA CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS. a. 326

3 [7]) IDEM A. AD EVAGRIVM PPO. Ii, qui ex officialibus quorumcumque officiorum geniti
sunt, siue eorundem parentes adhuc sacramento tenentur siue iam dimissi erunt, in parentum
locum procedant [8]). DAT. PRID. NON. AVG. BASSO ET ABLAVIO CONSS. a. 331

4 [9]) IDEM A. AD LEONTIVM PPO. Iam dudum sanximus, ut ueteranorum filii, qui post
sedecim annos militiae munus subire non possunt uel armis gerendis habiles non extiterint,
curiis mancipentur. DAT. III ID. APRIL. PACATIANO ET HILARIANO CONSS. a. 332?

5 IDEM A. ABLAVIO PPO. Ueteranorum filii uel eorum, qui praepositi uel protectores fue-
runt, uel ceterorum, qui quemlibet gradum militiae tenuerunt, si inualidi et inbecilli sint,
curiis adgregentur, ita ut re familiari gaudentes et inaptos militiae curiarum societati con-
iungas. Quod etiam nos fecimus sub conspectu nostro his, quos deliciosis nutrimentis ener-
1 uatos esse perspeximus. Qui igitur ex his patresfamilias sunt et idonei functionibus publicis,
eligantur ad augendum curialium numerum: singularum ciuitatum ordinibus commonendis, ut,
quos norunt idoneos, nominare non dubitent praeter eos, quos uigor et fortitudo defendendae
2 rei publicae idoneos facit. Nam et duces singulorum limitum conuenimus, ne deinceps uete-
rani filius inutilis sacramento cingatur: eos etiam, qui iam probati sunt, diligenter inspiciant,
ut, qui minus idonei repperiuntur, sacramento soluti ad grauitatem tuam mittantur. DAT. ET
PP. ID. NOV. DALMATIO ET ZENOFILO CONSS. a. 333

***R***

[1]) *cf. Iust.* 12, 47 [2]) Sirmione *Seeck Regesten* 55(?) [3]) Const. A. III et Licinio (*a.* 313) *Seeck* [4]) pu.? [5]) id efficiente *Gothofredus* [6]) April. *Gothofredus* [7]) *Iust.* 12, 47, 1: *iunge* 12, 1, 19. 20 [8]) in parentum militiam uocentur *Iust.* [9]) *cf.* 12, 1, 35 *a.* 343

3 octauianum] *Gothofredus*, *cf.* 1, 16, 1. 16, 22, optauianum *R* 10 programmatae *R* 21 congrui esse] *Gothofredus*, congruisse *R* 23 ppo.] *Iust. cum* 12, 1, 20, *om. R cum VMGE ad* 12, 1, 19 25 non.] id. 12, 1, 20 26 sancximus *R* 27 extiterit *R* 29 uel] et *R*ª 30 gradu *R* 31 rei *R* 33 patrisfamilias *R* idoneis *R* 34 commonendis] *Gothofredus*, commouendis *R* 35 defendende *R* 36 sungulorum *R*ª 38 tua *R* 39 nou.] aug. nou. *R*ª zenoflo *R*ª

6 [1]) IMP. CONSTANTIVS A. ANTONIO DVCI MESOPOTAMIAE. POST ALIA: Obseruetur, ne ueteranorum seu militum filii officiis praesidalibus adgregentur. DAT. IIII NON. FEB. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS. a. 349

7 [2]) IMP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD PETRONIVM PATRICIVM. Quicumque ca-
strensi stirpe progeniti diuersorum se nexibus officiorum tradiderunt, manu iniecta retrahantur,
sciantque ueterani, quibus quies post arma concessa est, liberos suos, quos militaribus aptos
1 ministeriis insitum robur ostendat, offerendos esse militiae. Nam si quis militaris prosapiae
degeneri mente officiorum se consortiis adgregauit, ita ut fractis [3]) uiribus grandaeuam prae-
ferat senectutem aut debilitatis obtentu bellico operi inconueniens iudicetur, eundem [4]) igna-
uiae latebris uel sera indagatione protractum curiarum functionibus placuit mancipari. PP. BE-
RYTI IDIBVS APRIL. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

8 IMPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PPO. Filios ueteranorum, qui armatae militiae paruissent, si in officiis publicis uel ministerio chartularum atque obseruatione rationum inueniuntur, sciat tua sinceritas esse reuocandos. Etenim hi, quibus uel corporis robur uel statura defuerit, qui [5]) comitatensi digni possint esse militia, ripensi poterunt copulari. PP. ROM(AE) XV KAL. MART. MODESTO ET ARINTHEO CONSS. a. 372

9 [6]) IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. Quicumque castrensi stirpe progenitos [7]) diuersis se officiis indiderunt, etiam manu iniecta retrahantur, sciantque ueterani liberos suos, *quos* militaribus aptos muniis insitum robur ostendat, aut offerendos esse militiae aut obnoxius nostrae legis laqueis iam futuros. SCRIBTA PETRO CONSVLARI PHOENICIS DAMASCO [8]) PRIDIE ID. MAI. GRATIANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS. a. 380

10 IDEM AAA. AD FELICEM COMITEM ORIENTIS. Non solum in diuersis officiis militantes, sed etiam uacantes rebus propriis ueteranorum ac militum filios armatae militiae uolumus sociari. Nulla igitur sit excusationis occasio. DAT. VIII ID. IVL. THESSAL(ONICAE) GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS. a. 380

11 [9]) IDEM AAA. HAVE NEOTERI [10]) K(ARISSIME) N(OBIS). Si filii primipilarium reperti fue-
rint, qui ingressi legitimos annos nullis stipendiis fulciuntur, sed anno proximo, quo ad curiam
fuerint lacessiti, semet militiae manciparint, ad curiam teneantur, ita ut ne officii quidem,
cum transacto anno esse coeperint curiales, praepostera audiatur circa eius personam ac sera
1 petitio. Quod si in eadem domo duo filii erunt et latum adeo felixque patrimonium, quod
possit duplicium necessitatum suscipere functiones, unum oportebit militiae, unum curiae uin-
2 dicari. Quod seruandum pari norma erit, si tres aut quattuor liberi uel etiam plures numero
familiam eiusdem stirpis ornauerint, ut etiam ex numerosis fratribus unus ad curiam deuocetur.
DAT. VI ID. SEPT. [11]) SIRMIO GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS. a. 380

12 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. STILICHONI COM(ITI) ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE. Quoniam filii ueteranorum ad diuersa officia se contulerunt, hac sanctione praecipimus, ut ab his, qui nunc sunt in officiis occupati, nulli iuniores repetantur, ac deinceps post hoc edictum aditum ueteranorum filiis militandi per ciuilia officia esse praeclusum. DAT. VI KAL. OCT. MED(IOLANO) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

---

*R*

[1]) *iunge* 8, 4, 4 [2]) *h. c. exscripsit Theodosius in c.* 9 *h. t. et in* 12, 1, 83 [3]) infractis 12, 1, 83 [4]) eum de? *cf.* 12, 1, 83 [5]) quo? [6]) *iunge* 12, 1, 83: *exscripta est ex c.* 7 *pr. h. t. et* 12, 1, 83 [7]) progeniti *c.* 7 [8]) Damascum *Mo.* [9]) *cf. Iust.* 12, 47, 2: Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA. Nestorio Filios primipilariorum paternam sequi condicionem oportet [10]) *ppo.* (*Illyrici*?) [11]) acc. ... *ins.*? (*Theodosius hoc tempore uidetur Thessalonicae constitisse*)

---

2 fili *R*ᵃ liminio *R* 4 et *om.* *R*ᵃ 6 uerani quibus quiet *R* 7 offerendos *R*ᵃ 8 degenere *R*ᵃ grandeuum proferat *R* 10 indagatione] 12, 1, 83, indagatio *R* byriti *R* 15 cumitatēn|si (com. *R*ᵇ) *R* 16 poterunt] *Gothofredus*, potuerunt *R* 19 quos] *c.* 7, *om.* *R* 20 nostra *R* 21 damusco *R* mai.] mai constp. 12, 1, 83 24 thessall. *R* 26 habe *R* 29 curiales] *R*ᵃ, curialis *R*ᵇ propostera *R* 36 hanc *R* 37 ac] at *Gothofredus*



## XXIII DE OBLATIONE EQVORVM

1 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PPO. Quicumque ho-
norariis codicillis habetur ex comite, tres protinus equos, qui digni sunt conprobari, curet
offerre: quicumque autem eodem est ex praeside factus indulto, duos pari deuotione mox
1 tradat: ita enim promptius instruitur usus armorum. Quod munus in posterum ea lege no-
uetur, ut quinto quoque anno, hoc est magis aliquando quam saepe, similis recurrat exactio.
DAT. [1]) VIII ID. IVN. SIRMIO VALENTINIANO NOBILISSIMO PVERO ET VICTORE CONSS. a. 369

## XXIIII DE OBLATIONE VOTORVM [2])

1 [3]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. BASILIO PV. Quando uotis conmunibus felix annus aperitur, in una libra auri solidi septuaginta duo obryziaci [4]) principibus offerendi deuotionem animo libenti suscipimus statuentes, ut deinceps sequentibus annis uniuscuiusque sedulitas principibus suis talia ingerant semper et deferant. DAT. III NON. MART. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

---

*R*

[1]) pp. *Mommsen* [2]) *Iust.* 12, 48 [3]) *Iust.* 12, 48, 1 [4]) auri et (et *del.*) solidis obryziacis *Iust.*: auri solidis septuaginta duobus obryziacis principibus offerendi *Gothofredus*, auri principibus offerendi solidos septuaginta duos obryziacos *Mommsen*

---

5 proptius *R*ᵃ 6 recurret *R*

## LIBER OCTAVVS

# I DE NVMERARIIS ACTVARIIS SCRINIARIIS ET EXCEPTORIBVS[1]

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD LEONTIVM[2]. Dudum sanximus, ut nullus ad singula officia administranda ambitione perueniat, uel maxime ad tabularios, nisi qui ex ordine uel corpore officii uniuscuiusque est. Hos enim officia sibi iniuncta tam diu agere iubemus, quoad idoneos esse manifestum est aut aetate non inpediente conplere id posse monstrantur, ut administratione aput unum igitur permanente fides quoque eius appareat. Si quis ergo ex suffragio ambitionis ad officia fisco obnoxia accesserit, multae nomine denas lib(ras) auri exigatur. PP. V ID. IVN. HIERAPOL(I) CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS. a. 319[2]

2 IDEM A. Ne ii, qui procul ab officio sublimitatis tuae sunt, nullum meritum per sedulitatem uel obsequia praeferentes locum possint laborantibus debitum inrepere, exceptores placet pro loco et ordine suo ad commentarios accedere et eorum administrationi subrogari, et[3] ceteris propulsatis, ita ut inter exceptores, prout quisque locum tempore adipisci meruerit, ordine et merito consequatur. DAT. KAL. IVL. TRIVERIS[4] BASSO ET ABLAVIO CONSS. a. 331

3 IDEM A. AD MAXIMVM PPO. Utilitate suadente annonarios et actuarios condicionales esse praecipimus, annonis etiam adiuuari et capitationem eorum qui censiti sunt haberi inmunem. Ideoque tua sollertia conpetentia monebit officia, ut actuariis binas annonas, annonariis uero singulas protinus subministrent, capitationem quoque, ipsorum tantum qui ex his censiti sunt, faciat haberi inmunem, quoad in actu fuerint constituti: nam postea uel laus eos et dignitas honorabit, uel si in culpa fuerint deprehensi, poena comitabitur. EMISSA III NON. MAI. DALMATIO ET ZENOFILO CONSS. a. 333

4 [5]IDEM A. AD BERONICIANVM VIC(ARI)VM ASIAE. Uorax et fraudulentum numerariorum propositum, qui diuersis rectoribus obsequuntur, ita inhibendum est, ut et antea sanximus et nunc itidem sancimus, condicioni eos subdi tormentorum et eculeis adque lacerationibus subiacere[6] nec ultra biennium hoc fungi obsequio. ET CETERA. DAT. XIIII KAL. IVN. OPTATO ET PAVLINO CONSS. a. 334

*R*

[1]) *cf. Iust.* 12, 49 [2]) *Leontius sub Constantio ppo. Orientis occurit annis* 338. 342—344: *ad annum* 343 *h. c. pertinere conicias ex* 12, 1, 35 (d. V K. Iul. Hierapoli), *quam iungit Seeck* [3]) et *delet Gothofr.* [4]) *Treueris non data est constitutio, sed accepta uel proposita* [5]) *Iust.* 12, 49, 1: *iunge* 8, 15, 2 [6]) *seqq. om. Iust.*

2 actuarii *R*ᵃ scrimniariis *R*ᵃ 4 *fuit* constantius? sancximus *R* 11 *post* a. *uacuum spatium sequitur in R* hii *R* 13 pro] *sic R* (non *R*²) 15 triberis *R* 17 praecepimus *R* censeti *R* 17 captationem *R* censeti *R* 21 deprachensi *R* 23 ad benoricianum *R*, ueroniciano *Iust.*, *cf.* 8, 15, 2 24 obsequntur *R* (*non R*ᵃ) est] *sic* (*non* es) *R* ut et] ut *Iust.* sanximus] *Iust.* sancxerimus *R* 25 subdi tormentorum] *Iust.*, subditorum *sic R*



5 IMP. CONSTANTIVS A. AD TAVRVM PPO. Actuarii condicionales sollicite proprio fungantur officio nec ad quasdam inrepant dignitates, quibus eos perfrui diualia statuta prohibent. Hoc uitium corrigentes nos etiam iussimus utiliter a patre praecepta seruari, et litteris ad magistros peditum et equitum datis iussioni effectum praecipimus commodari. DAT. PRID. NON. MAI. ROM. CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS. a. 357

6 IMP. IVLIANVS A. AD AVXONIVM CORRECTOREM TVSCIAE. Numerarii, qui publicas rationes ciuitatum uersutis fraudibus lacerare didicerunt, subiaceant tortori nomine artis ac fraudis. Uerum cum quinquennio administrauerint chartas publicas, unum integrum annum uacent, ut ad incusantium iurgia facilis adpetitu sit uita priuata. Septimo porro anno, cum eosdem bene creditum munus administrasse claruerit, ex perfectissimis dimittantur. Hic abolebit honor dignitatis additae ueterem uilitatem. DAT. XVI KAL. FEB. CONSTANTINOPOLI MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

7 IDEM A. SECVNDO PPO. Quamquam praecedente iussione[1] omnes numerarios condicionales esse praecepimus, tamen etiam nunc eos, qui sumpserint chartarum notitiam et eodem[2] officio inhaeserint, condicionales esse iubemus, ut scientes nullo se priuilegio esse munitos ac facile per tormenta fraudium suarum tutelas detegi posse, nihil committant in damna rei publicae. DAT. KAL. MART. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

8 IDEM A.[3] AD MAMERTINVM PPO. Iubemus omnes numerarios, non eos modo, quos plebe confusa uulgus abscondit, sed primos etiam et magistros eorum officii sedis amplissimae, tum autem iudicum ceterorum, solutos penitus militaribus sacramentis condicionales etiam fieri, ne dignitas fraudibus faciat umbraculum, per quinquennium perinde inseruire scriniis. Quippe admodum iniquum uidetur pro alienis fraudibus rudes et nuper adscitos adiutores conpelli ratiocinia praestare adque his inminere periculum. DAT.[4] EPISTVLA PPO. V KAL. DEC. VIMINACIO IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS. a. 363

9 [5]IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD CLEARCHVM. Numerarii qui appellari consueuerant, consularium ac praesidum dumtaxat, tabularii posthac nostra sanctione[6] uocabuntur, scientes sese tormentis esse subiectos, nisi iudicibus uel his, qui prouecti nostro iudicio ad prouincias uenerint, uel his, qui ibid[em] diutius fuerint commorati[7], debitorum ac[8] reliquorum modum frequenter ingesserint sub actorum testificatione: quos scire oportet, cum his qui debitores sunt sese ad solutionem esse retinendos, nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus persoluta. Triennii tamen spatio tabulariorum decet tempus omne concludi. [9]Denique cum peregrinos deligi adque ad singulas quasque prouincias oporteat destinari, peractis triennii spatiis adque hoc tempore conpleto biennio post administrationem in prouinciis residere debebunt, obsequia iudicum praestolantes, ut edant rationem torporis adque segnitiae ac subiaceant dispendiis, quae communicari isdem cum exactoribus conuenit, si detrectasse fidem praetermissis suggestionibus monstrabuntur. DAT. XIIII KAL. MART. CONSTANTINOPOLI VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365 *uel* 368

10 [10]IDEM AA. IOVINO MAGISTSO EQVITVM. Actuariis palatinorum et comitatensinm numerorum senas annonas, senum etiam capitum, pseudocomitatensium etiam quaternas annonas

*R*

[1]) *c.* 6 *h. t.* [2]) et in eodem? [3]) *re uera Iouiani est, citatur tamen in c.* 11 *sub nomine Iuliani* [4]) *constitutio non data est Uiminacii, sed fortasse proposita cum epistula praefecti* [5]) *Iust.* 12, 49, 1 [6]) post hanc nostram sanctionem *Iust.* [7]) uel his ... commorati] uel exactoribus *Iust.* [8]) ac] aut *Iust.* [9]) *seqq. om. Iust.* [10]) *iungenda uidetur* 7, 1, 7 (prid. k. Iun.)

3 magistris (*sic*) *R*ᵃ 6 publicas] *Gothofredus*, publicarum *R* 12 constpt. *R* 13 numerarorios *R*ᵃ 15 inhaeserint] *Cuiacius*, inherint *R* 16 munitus *R* tutelas] *R Cuiac.* 1586, sutelas *Cuiac.* 1586 19 confusa] *Cuiacius*, consusa *R* 20 paenitus *R* 21 fieri *delet Mommsen* faudibus *R* 25 qui numerarii *Iust.* 26 praesidium *R* 27 scienscientes *R* sese] sesese *R*, se *Iust.* 30 indicantibus] *Iust.*, in iudicantibus *R* 32 delegi *R* 34 rationem] *Cuiacius*, ionem *R* 35 hisdem *R* detrectase *R*ᵃ 38 iouio *R*

et quaternum capitum ex horreorum conditis praecepimus[1]), per decennium curam eius officii
1 sustinere, ut perspicue manifesteque fides eorum et industria conprobetur. Quod cum ad nos
iuxta numerorum testificationem suggestione excellentiae tuae peruenerit, honore perfectissi-
matus in palatio nostro potientur, etiam maiorem gradum dignitatis postmodum adepturi. Post
hoc uero beneficium qui fraudibus ac rapinis minime temperarint, in eos iudiciorum auctoritas
exseratur. DAT. VIII KAL. IVN. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

11 [2]) IDEM AA. AD RVFINVM PPO. Super numerariis celsissimi officii tui aliter est nostra
sententia, quam diuae memoriae Iulianus[3]) duxerat sanciendum. Ille lege proposita nume-
rarios omisso cingulo, condicionis conscios uilioris, necessitati publicae obsecundare praecepit:
nos, qui malumus obsequia hominum esse uoluntaria quam coacta, sumere cingulum et mili-
tiae ordinem tenere numerarios iubemus, cum, si in aliquo fraudium scelere fuerint deprehensi,
nullo modo possint a corporali iniuria uindicari. DAT. PRID. ID. DEC. PARISIIS VALENTINIANO
ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

12 [4]) IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. OMNIBVS RECTORIBVS PRO-
VINCIARVM. In prouinciis singulis duo[5]) tabularii conlocentur, quo ad unum fiscalis arcae
ratiocinium, ad alterum largitionales pertinere tituli iubeantur: scituri, quod, si ex alienis quic-
quam actibus ad alteram partem inlicita fuerit usurpatione translatum, is, qui iudicis culpam
dissimulatione texerit, grauissimo sit supplicio subiugandus. DAT. III KAL. APRIL. CONSTAN-
TINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

13 [6]) IDEM AAA. FLORO PPO. POST ALIA: Numerarii nonnisi exacto triennii tempore di-
uinam nostri numinis purpuram uenerentur, capitali supplicio subiugandi, si in fraudem con-
stituti uel statuta tempora subterfugere uoluerint uel ambitu usurpare maioris militiae digni-
tatem. DAT. XVIII KAL. OCT. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

14 [7]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. SEVERO PV. Ne diutius ad cunctorum perniciem
actuarii numerariorum consortiis adiuuentur, inl(ustris) auctoritas tua cunctos ex numerariis
ab actuariorum societate praecipiat abstinere adque ab eorum communione discedere. Quod
si haec moniti custodire neglexerint, isdem poenis se quibus actuarios non ambigant subiacere.
1 Actuarios uero cunctos intra quinquaginta dies urbis nostrae terminos conpellat excedere, sci-
turos, quod, si ultra statutum tempus praesentes fuerint conprehensi, uiginti librarum auri
dispendium subituri sunt. DAT. IIII KAL.[8]) IVL. NICIAE HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO
CONSS. a. 398

15 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. HYPATIO MAGISTRO MIL(ITVM) PER ORIENTEM.
Ex insinuatione magnificentiae tuae cognitis his, quae a scriniariis officii tui crudeliter perpe-
trantur, dum actuariis sua prauitate permixta freti potestate chartarum rationes eorum pro sua
uoluntate perscribunt, generali lege censemus, ut ad exemplum numerariorum, quorum ob
fraudes haec dudum forma[9]) processit, a chartarum cura triennio finito pellantur, numquam
ad eam ulterius admittendi, cum his, qui ante ab huiusmodi consortio quoquo pacto recesse-
runt, ita ad principatum officii, si maluerint, praestolentur: hac pecunia, quam actuariis quo-
1 libet genere extorserunt, fisco uindicanda. Quod et in posterum obseruabitur, si quis ex

*R et ad 2 r., Br. (NMGE)*

1) *expectes* praecipimus eosque 2) *Iust.* 12, 49, 3 *h. c. sic contraxit*: Numerarios amplissimae tuae sedis cingulum habere et militiae ordinem tenere iubemus 3) *c.* 8 *h. t.* 4) *Iust.* 12, 49, 4 5) numerarii qui et *ins. Iust., cf. c.* 9 *pr. h. t.* 6) *iunge* 8, 15, 7 7) *pr.* = *Iust.* 12, 49, 6 8) id. *Seeck* 9) *cf. c.* 9 *et* 14 *h. t.*

1 deennium *R*ª 2 conprobetur *R* 3 testicationem *R*ª peruenerint *R* 4 atia *R* 10 uoluntaria] uoluntt *scribere coepit, mox correxit R* 11 numerarii *scribere coepit, mox* numerarios *dedit R* selere *R*ª depraehensi *R* 12 parisis *R* 19 sygrio *R*ª 20 aa. *R* 23 et *bis R*ª 26 ab *om. Iust.* 27 hisdem *R* 28 actuarius *R* 29 conpraehensi *R* uiginti] xxti (*non* xxu) *R* 30 int.] iun. *Iust.* (*Cuiacius*) 33 officiis *R*ª 37 quoquo] *Gothofredus*, quoque *R*



scriniariis eiusdem officii aliquos cum actuariis contractus habuerit, quoniam hoc collegium
commerciumque penitus conuenit inhiberi. DAT. XVII KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI HONORIO
X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

16 IDEM AA. VITALIANO DVCI LIBYAE. Nemo de numerariis tut officii seu domesticis uel
scriniariis siue adiutoribus[1]) post conpletum sui temporis actum ad eandem rursus sollicitu-
dinem audeat adspirare: X auri librarum condemnatione proposita, si quis hanc uiolare uo-
luerit sanctionem: eadem poena officio quoque proposita[2]), si per ambitionem uel auaritiam
ex his aliquid temerari concesserit. DAT. VIIII KAL. NOV. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. XI
ET CONSTANTIO II VC. CONSS. a. 417

17 [3]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. TAVRO PP. Qui ad numerariorum gradum
ueniunt in officio tuae sedis excelsae, quamdiu eodem funguntur officio, domesticorum mili-
1 tiam non adfectent, ne in alio actu constituti alterius sacramenti priuilegiis perfruantur. Con-
pleto sane triennii tempore eam tantummodo militiam consequantur, quae instituto antiquitus
2 more defertur. Intra alterius autem triennii metas *al*tiorem quamcumque militiam seu potius
dignitatem nullam penitus adipiscendi habeant facultatem. ET CETERA. DAT. V NON. IVL.
CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. XVI ET MAXIMO CONSS. a. 433

## II DE TABVLARIIS[4]) LOGOGRAFIS ET CENSVALIBVS

1 [5]) IMP. CONSTANTIVS A.[6]) AD CATVLLINVM PPO. Nullus omnino ex tabulariis uel scribis
uel decurionibus[7]) eorumque filiis in quocumque officio militet, sed ex omnibus officiis, nec
non et si intra nostrum palatium militent, necdum inpleto quinquennio reperti et retracti
protinus curiis officiisque[8]) municipalibus reddantur. DAT. VIII KAL. IVL. LAVRIACO MARCEL-
LINO ET PROBINO CONSS. a. 341

2 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD ARTEMIVM VICARIVM HISPANIARVM. Si qui
tabulariorum necessitate perfuncti uel adspirare coeperint ad curias uel uocari, non prius eos
ordo suscipiat, quam fideliter dederint administratarum suo tempore chartularum aput acta
rationem. DAT. KAL. IVN. TRIVERIS VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS. a. 370

3 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. NEOTERIO PPO. Conperimus
aliquantos relictis muneribus curiarum scribas, sed et logografos ciuitatum in nomen inrepsisse
1 militiae. His retract*i*s legem hanc tulimus, ne quis ex hoc hominum numero paria audeat
usurpare: hoc admodum sufficiente numero militiae supplementis, qui ex uagis ueteranorum-
que filiis uacantibusque potuerit fida peruestigatione conpleri. DAT. IIII NON. FEBR. THESSA-
LONICA GRATIANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS. a. 380

4 [9]) IDEM AAA. Quicumque decurionum sponte se censuali ministerio manciparit, condi-
cionem habeat, quam ipse delegit, depositurus sui ordinis penitus dignitatem, si eum necessitas
quaestioni subdendum inuenerit. DAT. XV KAL. OCT. CONSTANTINOPOLI RICHOMERE ET CLEARCHO
CONSS. a. 384

*R et ad 2 r Br. (NMGE)*

1) nemo de domesticis ducum uel comitum militarium, officiis eorum connumeratus *Iust.* 2) coercendo *Iust.* 3) *iunge Iust.* 1, 51, 9 4) *Iust.* 10, 71 5) = 12, 1, 31 *Iust.* 10, 71, 1 6) idem AA. (*id est* impp. Constantius et Constans AA.) 12, 1, 31 7) logographis *Iust.* 8) curiis officiisque] officiis *Iust.* 9) *Iust.* 10, 71, 2

2 paenitus *R* 4 lybiae *R* 8 VIIII] *R*, VIII *Iust.* (*Hal.*) 14 altiorem] *Cuiacius*, tiorem *R* 15 paenitus *R* 17 olografis *MGE* et censualibus] *R*, et consualibus *N*, et cens. id est scribis *MG*, id est scribis et censualibus *E*: scribis *ante* logographis *ins. Iust.* 10, 71 20 militant *Iust.* 21 lauriacc *R* 25 administrutarum *R*ª 26 triueris] triu. *R* (css. *R*) 29 retractis] *Gothofrodus*, retractus *R* 30 subplementis *R*ª 31 thessalonica *R*

5 [1]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HADRIANO PPO. Generali lege sancimus, ut, siue solidis prouinciis siue singulis ciuitatibus necessarii fuerint tabularii, liberi homines ordinentur
1 neque ulli deinceps ad hoc officium patescat aditus, qui sit obnoxius seruituti. Sed et si quis dominorum seruum suum siue colonum chartas publicas agere permiserit, (consensum enim, non ignorantiam uolumus obligari) ipsum quidem, in quantum interfuerit publicae utilitati, pro ratiociniis quae seruo siue colono agente tractata sunt, obnoxium adtineri, seruum
2 autem conpetentibus adfectum uerberibus fisco addici. In praeteritum quoque decernimus cura dominorum praesentari eos, qui ratiocinia tractauerint, quorum interfuit [2]) ab initio prouidere, ne publicis actibus priuata seruitia inmiscerentur, ut temporis sui quisque rationem positus in quaestione depromat [3]). DAT. VIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS. a. 401

INTERPRETATIO. Siue in solida prouincia siue per singulas ciuitates tabularii fuerint ordinati, hoc est, qui rationes publicas tractant, ingenui a prouincialibus ordinentur, coloni uel serui ad hoc officium nullatenus admittantur, quia quibus fides publica committenda est, tales eligi debebunt, de quibus querella esse non possit. Quod si dominus colonum aut seruum suum tabularium esse consenserit, pro consensu dominus hac multa feriatur, ut quidquid colonus ille uel seruus detrimenti admiserit, hoc dominus sine mora restituat: colonus ille uel seruus uerberatus fisci uiribus addicatur.

## III DE PRIVILEGIIS APPARITORVM MAGISTERIAE POTESTATIS [4])

1 [5]) IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD ARTEMIVM CORRECTOREM. POST ALIA: Qui sese in officiis magistrorum equitum ac peditum militasse ac [6]) militare monstrauerint, ab omni
1 nominationis iniuria excusentur. Eligendi autem erunt susceptores e diuersis officiis, etiam ex largitionalibus ciuitatum, qui utique extra palatium degunt. DAT. XIII KAL. OCT. AQVIL(EIA) ACC. XV KAL. NOV. SALERNI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSVLIBVS. a. 364

## IIII DE COHORTALIBVS PRINCIPIBVS CORNICVLARIIS ET PRIMIPILARIBVS [7])

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD CONSTANTIVM PPO. Quoniam iniquissime tyrannus constituit, ut, qui ex cohortali militia honestam missionem et uacationem rerum suarum meruerint, ciuilibus officiis et curiae necessitatibus inseruiant, placet hac lege cessante eos, qui cohortali militia conpletis uiginti stipendiis discesserint, ad nulla deinceps ciuilia munera uel curiae deuocari. Quam rem et circa officiales praesidum obseruari conueniet. DAT. IIII KAL. MAI. CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS. a. 315? [8])

*R et ad* 2, 5 *Br.* (*NMGE*)

[1]) *Iust.* 10, 71, 3 [2]) in praeteritum ... interfuit] dominorum enim interfuit *Iust.* [3]) ut ... depromat *om. Iust.* [4]) *cf. Iust.* 12, 54 [5]) *pr. Iust* 12, 54, 1: *iunge* 6, 35, 6 [6]) militasse ac *om. Iust.* [7]) *Iust.* 12, 57 [8]) *ad a.* 324 *ducit Licinii tyranni denominatio, cf.* 15, 14, 1 (*Mommsen*) *h. c. sic mutata est*: Omnes stationarii neque superexactionem audeant neque carcerem habeant, neue quis personam, licet pro manifesto crimine ... custodia, sciens quod, si quid tale fuerit commissum, capite puniendus est

1 arc. et hon.] *RNGE*, paenitus *R*, hon. et arc. $N^{a}$, arc. et theudosius *M*, pfo. $G^{b}$, pfu. $G^{a}$ generale *N* 2 necessarie] si n. *G* 3 paciscat *N* seruitutis *G* et si quis] saliquis *G* 4 dominiorum *N* consensu ... ignorantia *M* 5 enim] et *G* 6 deteneri *G* 7 adici *NG* preterito *G*, perpetuum $E^{b}$, *inc.* $E^{a}$ curam *E*, coram *G* 8 dominiorum *N* prouidere] prouidentiae *G* 9 actionibus *G* priuatam *N* ut] et *GE* tempori *E* ratione *NG* in questione *N*, inquisitione *GE* 10 depromatur *N* mediolano] *MG*, med. *RN*, mediol. *E* 22 iniuriae *R* 23 aquil. *R* 24 acc. ... salerni *om.* 6, 35, 6 27 inquissime $R^{a}$ 30 uiginti] xxti (*non* xxu) *R* 32 a.] aug. *R*



2 [1]) IDEM A. EDICTO SVO AD AFRAS. Stationariis primipilarium, quorum manifesta sunt loca [2]), coram mandatum est, ut, si extra modum aliquid extorserint, sciant se capite puniendos: praeterea ne carcerem habeant neue quis personam pro manifesto crimine apud se habeat in custodia [3]), neue quis amplius quam duos agasones ex prouincia secum habeat uel de Numidia sibi adiungat neue ex aliis prouinciis agasonem habeat, uel [4]) qui alicuius iam stationarii minister fuit. PP. VI ID. MAI. KARTHAG(INE) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS. a. 315

3 [5]) IDEM A. AD BITHYNOS. Primipilaribus post emeritam militiam perfectissimatus uel ducenae uel centenae uel egregiatus dari dignitas potest. DAT. XII KAL. AVG. GALLICANO ET BASSO CONSS. a. 317

4 IMP. CONSTANTIVS A. ANTONIO DVCI MESOPOTAMIAE. Iuxta suggestionem uicarii Mesopotamiae de his, qui officia praesidalia deserentes ad sacramenta militiae adspirasse noscuntur, iteranda statuti [6]) desideratur auctoritas. Ideoque etiam nunc iubemus, ut, retentis his qui ueteranorum seu militum filii esse noscuntur, ceteros grauitas tua officiis propriis restituere non moretur. ET CETERA [7]). DAT. IIII NON. FEB. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS. a. 349

5 [8]) IDEM A. AD VIROS CLARISSIMOS PPO. POST ALIA: Beneficiarios in eodem obsequio perseuerare uolumus. ET CETERA. DAT. PRID. NON. MAI. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTE C. II CONSS. a. 354

6 IDEM A. AD TAVRVM PPO. Primipilaribus, qui ad pascendos milites sollemniter ad limitem destinantur, grauia sustinentibus detrimenta hoc modo credidimus consulendum, ut duces, qui multa eis extorquere firmantur, nomine munerum uel sportulae nihil amplius percipiant, quam percipiebant [9]) patre nostro perennis memoriae regente rem publicam, ita ut species a primipilaribus ipsa praestetur nec in nummum aurumue dirigatur, ne super inmensi-
1 tate pretiorum necessitas conquerendi exsurgat. Hac igitur remota iniuria idonei mittantur, qui ex more susceptis omnibus alimoniis militaribus easdem peruehere contendant, actis apud rectorem prouinciae conficiendis, per quae designabitur, quantus specierum modus in usum alimoniae militaris a primipilaribus praebeatur et quid ob munera ducibus mittenda uel sportulam, cuius habet notitiam officium praesidale. DAT. EPISTVLA PRAEFECTO, CVI HAEC SACRA FVERAT ANTELATA, XI KAL. IVN. MED(IOLANO) DATIANO ET CEREALE CONSS. a. 358

7 [10]) IDEM A. AD TAVRVM PPO. Beneficiarii uel [11]) officiales rationalis, si exhibitione cursus seu primipili necessitate neglecta, interuersa etiam ratione fiscali ad ecclesias putauerint trans-
1 eundum, curialium retrahantur exemplo [12]). Si uero obnoxii ratiociniis uel necessitatibus non sint, sub notione iudicum, officiis consentientibus, si id probabilis uitae studium postularit,
2 transferantur nec cessionem metuant facultatum. Quod si clandestinis artibus putauerint inrependum, ad curialium similitudinem [13]) duas concedant liberis, aut si proles defuerit, propinquis e propria substantia portiones, tertiam sibimet retenturi: sin uero propinquorum necessitudo defuerit, geminae portiones officiis in quibus militant relinquantur, portione tertia tantummodo retentata. DAT. IIII KAL. SEPT. TAVRO ET FLORENTIO CONSS. a. 361

*R*

[1]) *in Iust.* 12, 57, 1 [2]) lucra *Gothofredus* [3]) *seqq. om. Iust.* [4]) uel *delet Mommsen* [5]) *iunge* 10, 7, 1. 10, 20, 1. 12, 1, 5, *quae omnes uel Licinii sunt uel ad annum* 330 (Gallicano et Symmacho conss.) *pertinent* (*Gothofredus*) [6]) *non extat* [7]) *iunge* 7, 22, 6 [8]) *de iungendis cf. ad* 6, 27, 1 [9]) a *inserit Mommsen* [10]) *Iust.* 1, 3, 4: *iunge* 12, 1, 49 [11]) beneficiarii uel *om. Iust.* [12]) ad clericatus honorem p. tr., curialium retr. exemplo] ad priorem condicionem retr. *Iust.* [13]) ad cur. similitudinem *om. Iust.*

4 agason *R* 5 neue] nue $R^{a}$ alicuius] *Gothofredus*, alicui *R* 6 karthag. *R* 8 bitynos *R* 11 uicaria *R* 13 his *om.* $R^{a}$ *uel* $R^{1}$ 20 consulae $R^{a}$ *uel* $R^{1}$ 22 patre] *Gothofredus*, a patre *R* 23 prestetur *R* inmenstate $R^{a}$ 24 praetiorum *R* conquirendi *R* iniuria $R^{a}$ 30 rationalis] $R^{b}$, rationales $R^{a}$ *Iust.* 32 raciociniis $R^{a}$ 36 sin] si *Iust.* 38 retenta *Iust.* sept.] sspt. $R^{a}$

8 [1]) IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM PPO. POST ALIA: Qui in pro-
consulum consularium correctorum uel praesidum officiis ita stipendia merentur, ut rei pu-
blicae partes pro uirili captu sperui laborum procurent, si cursui ueredorum obnoxii uel pastui
primipili militiam clariorem aditu obstricti[2]) itineris occupauerint, ita infulas adfectati honoris
1 amittent, ut necessitatem uetustae procurationis agnoscant. Liberi uero eorum si ab ineunte
aeuo alterius[3]) gradus sacramenta meruerint, paternae necessitatis condicione non alias fati-
gentur, quam si adhuc eos loci, quamquam altioris, tamen eiusmodi docebitur retinere men-
1a sur*a*, ut parua contumelia dignitatis paterni muneris subdantur inpensis. Et quoad huiusmodi
homines in his prouinciis militabunt, quos[4]) aut primipili pastus aut necessitas ueredariae non
adigat functionis, XXV eos stipendia a nexu curialis nominationis absoluant; liberis eorum ea
condicione obnoxiis municipum conplexui relinquendis, si mil*itia*e detrectauerint uoluntatem.
1b S*u*bscribendarii uero, tabularii diurnarii logografi censuales, si et censu opulenti erunt et ex-
ercitatione quantulacumque eruditionis[5]), post emensum munus ea condicione curiis adgre-
2 gentur, si, cum in officiis essent uilioribus, nulla eos suppliciorum macula turpauerit. Et
quoniam infinitum est uiritim cuncta conplecti, hoc quasi generale conclusio legis amplectitur,
ut quicumque alii sine defensione praedictorum priuilegiorum in quibuslibet urbibus oppidis
municipiis repperiantur, pro captu uirium et mediocritate censuum curialia officia suae sortis
agnoscant. ET CETERA. DAT. III ID. MAI. HADRIANOPOLI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO
CONSS. a. 364

9 IDEM AA. AD PROBVM PPO. Secundum diui Iuliani statuta sportula duci in quinquaginta libr(a) argenti non ab uno primipilari, sed ab uniuersis pariter inferatur, nihilque amplius duces sportulae sollemnis praetextu conentur exculpere. DAT. VIII KAL. APRIL. TRIV(ERIS) VALENTINIANO ET VAEENTE AA. CONSS. a. 368 *uel* 370

10 IDEM AA. AD DRACONTIVM VICARIVM AFRICAE. Prıncipes seu cor*ni*cularios stationes,
quae personis suis merito deferuntur, non aliis uendere, sed ipsos potissimu*m* his administra-
1 tiunculis per*f*rui iubemus. Quod si post pastum primipili de his putauerint nundinandum,
non alteri quam adiutoribus suis, et tamen his ipsis, qui numquam eiusmodi stationes egisse
doceantur, habeant libertatem licentiamque uendendi. DAT. III KAL. APRIL. MED(IOLANO) VA-
LENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

11 [6]) IDEM AA. FESTO CONSVLARI SYRIAE. Solita cohortalibus Syriae priuilegia, quae a diuo Diocletiano porrecta sunt adque concessa, nos quoque porreximus ac iubemus eos non ad sollicitudinem *b*astagae, non ad functionem nauiculariam deuocandos, non inuitos curialibus coetibus adscribendos, uerum peracto labore militiae, pastus primipili conpetenti sedulitate functione transacta, praerogatiuam his recusationis offerimus. DAT. VI NON. OCT. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365 ?

12 [7]) IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM PPO. POST ALIA: Officia rectorum prouinciarum tuae magnificentiae litteris uolumus admoneri, ut susceptos in officio proprio uel probatos cohortium nomine legionumue *pri*uilegiis *a*estiment inserendos. DAT. XVI KAL. IVN.[8]) MODESTO ET ARINTHEO CONSS. a. 372

13 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SEVERVM PPO. Primipilarium liberos sacramentis adque militiae, quae eorum maioribus fuerat, elabsos ad ultima qui-

*R T* (*incipit u.* 39 DAT. XVI)

[1]) *iunge* 7, 1, 5. 8, 5, 18. 12, 1, 58 [2]) obstructi (*Gothofredus*)? [3]) altioris (*Mommsen*)? [4]) quas *Mommsen* [5]) eruditi *Mommsen* [6]) *Iust.* 12, 57, 3 [7]) *Iust.* 12, 57, 4: *iunge* 12, 1, 78 [8]) Patouione *ins.* 12, 1, 78

2 praesidum] praedum *R*a *uel R*1 3 captu sperui (*sic*) *R*: captu per uim *temptat Mommsen* 4 iteneris *R*a 7 meusura] *Gothofredus*, mensuram *R* 8 quoad] quoadi *R*a 11 si militiae] similiae *R* 12 suscribendarii *R* centnales *R*a 17 repperiantur *R* 22 praetexto *R* 24 corcicularios *R* 25 potissimum] *Cuiacius*, potissimus *R* 26 perfui *R* 33 uastagae *R* 38 priuilegiis] *Iust.*, uilegiis *R* estiment *R* 39 XVI] XVII 12, 1, 78 arintheo *R* 41 elabsus *R*



dem apparitionis et eandem necessitatem minime deuocamus, uariis tamen, quas tempus efflagitat, iuuare rem publicam statuimus expensis. DAT. III NON. APRIL. MED(IOLANO) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

14 IDEM AAA. AD PROCVLVM COM(ITEM) ORIENTIS. Qui relicto principatus officio, quod gerebat, ad senatoriae dignitatis nomen ambiit[1]), propriae redditus militiae plumbatis cohercendus est. DAT. PRID. NON. IVL. CONSTANTINOPOLI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383

15 [2]) IDEM AAA. AD NEOTERIVM PPO. Si apparitor diffugerit criminosus, edictum, quo re-
uocari possit, adiecta condicione legibus subsequatur; cui nisi fuerit satisfactum, merito in
1 latitantem a iudice pro qualitate peccati sententia proferetur. Ueniam enim talibus nos pro-
mittimus non daturos, ut saltem huiusmodi oraculi sanctione perterriti, cum de indulgentia
desperare coeperint, aut scelera nulla conmittant aut nouerint crimina nec fugae latebris nec
indulgentiis relaxanda[2]). DAT. PRID. ID. IVN. MED(IOLANO) ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS.
a. 385

16 [3]) IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. TATIANO PPO. Ordinariorum
iudicum apparitores, qui uel speculatorum uel ordinariorum adtigerint gradum, nullo annorum
numero, nulla stipendiorum contemplatione laxentur, priusquam primipili pastum digesta ra-
1 tione conpleuerint. Quod si ante debitum locum, qui huic functioni habetur obnoxius, uel
aegri corporis labem uel defessae senectutis extrema ad inpetrandam quietem crediderit prae-
2(1) tendenda, non prius otio condonetur, quam omne quod primipilo debetur expenderit. Eos
etiam, qui pro sceleribus suis soluto militiae cingulo addicuntur infamiae, ne integro peculio
sub hac occasione laetentur, ita condignae ultioni uolumus subiacere, ut functioni quoque,
quae extrema militiae debebatur[4]), nihil ex eorum facultatibus subtrahatur. DAT. III NON.
MAI. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS. a. 389

17 IDEM AAA. CYNEGIO[5]) PPO. PER ORIENTEM. Cum ante placuisset, ut a primipilaribus secundum dispositionem diui Gratiani[6]) species horreis erogandae comitatensibus militibus ex more deferrentur, limitaneis uero pretia darentur, nunc placuit, ut aurum ad officium inl(ustris) per Illyricum praefecturae cum certa taxatione, id est pro octo*genis* libris laridae carnis, pro octogenis etiam lib(ris) olei, et pro duodenis modiis salis singuli solidi perferantur. DAT. V KAL. IVL. TIMASIO ET PROMOTO CONSS.[5]) a. 389 ?

18 [7]) IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PPO. Ex his, qui de numero comitianorum uel ex apparitione culminis uestri consulari officio deputati sunt, nullus ambiendi et transfugiendi in alterius militiae ordinem habeat facultatem. DAT. III KAL. IVN. HERACL*E*AE ARCADIO *III* ET HONORIO II AA. CONSS. a. 394

19 [8]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVT*H*YMIO VIC(ARI)O ASIAE. In speciebus primipilaribus adaerandis eadem pretiorum taxatio seruetur, quae in uenalibus publicis poterit rep-

*RT*

[1]) abiit *Mommsen* [2]) *Iust.* 12, 57, 6 [3]) *Iust.* 12, 57, 7: *eundem dici est* 16, 5, 17 [4]) debetur *Iust.* [5]) *Cynegius sepultus est XIV k. April. a.* 389 (*Chronica minora* I, 245): *erratum igitur est aut in inscriptione aut in subscriptione*: *Seeck iungit* 11, 1, 21 [6]) *non extat* [7]) *iunge* 1, 13. 12, 1, 139 [8]) *pr.* = *Iust.* 12, 57, 8

1 apparitione sed eandem *T* uariis] *T*, auriis *R* 2 med.] *R*, *om. T* 4 relicto] *R*, electus *T* principalitus *R* 5 coherendus *R* 6 constantinopoli *om. T* 7 impppp. grat. ual. theod. et arcadius aaaa. *Iust.* neotherium *RT* 8 condicionene *T* proferatur *Iust.* 10 daturus *R* indulgentiam *R* 11 crimena *R* nec] ec *R*a 12 relaxanda] *sic R* I] *R*, *om. T* 15 uel spec.] uelut spec. *T* 16 contemlatione *R* patum degesta *T* 17 habetur] *T Iust.*, habeatur *R* 18 crediderint *T* praetendanda *R* 19 quam] *T Iust.*, *om. R* 20 ne *om. T* 24 cynegio] *R*, epnecio *T* per] pro *R* 26 deferentur *RT* praetia *T* ut] aut *R*a 27 certa] erta *R*a octoginta *R* libris laridae] libra*a****a**dae *T*? 28 modis *T* 30 numero] mero *R*1 ex *om. T* 32 iun.] iul. (*uel* iul.) *R*b 33 heracliae *R*, hēra* *T* III] a. III *R*, IIII *T* 34 eutymio *TR* uic(ari)o *R*, uico *T* in *om. Iust.* 35 aderandis *R* practiorum *T* benalibus *T* 35 repperiri *RT*

1 periri. Is enim, qui excedere praecepta nostra temptauerit, seuera iudicis sententia cohercebitur. DAT. V KAL. MART. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

20 [1]) IDEM AA. ET THEODOSIVS A. ANTHEMIO PPO. Quicumque ad chartas uel tabulas uel quodcumque aliud ministerium cohortalis optauerit, non ante accedere permittatur, nisi eius nomen matriculis receptum primitus fuerit: poena proposita his, qui contra statuta caelestia crediderint suscipiendos aliquos, aut quodlibet eis officium iniungendum, et adtinendis his nihilo minus in officio, qui etiam post haec praecepta meditatione quadam futurae fraudis clam fortassis ita eorum ordinum actibus interfuerunt, ut obtentu non dati militiae nominis
1 liberum sibi, cum id expedisset, praecogitarent abscessum. De his sane, qui huiusmodi artibus antehac usi euitanda officia rescribtorum impetratione crediderint, id statuimus, ut rescribtis, quae ad tuae sublimitatis iudicium emittuntur, nullis praeterea ad alios iudices elicitis eos uti patiamur, uel si obreptio aliqua fuerit impetrata, a nullo alio iudice suscipiantur. DAT. XVI KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI DD. NN. HONORIO VII ET THEODOSIO ITERVM AA. CONSS. a. 407

21 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO PPO. Polychronio, qui ex primipilaribus in memorialium scrinia inrepsit, condicioni propriae restituto generali lege decernimus omnes, qui ex huiusmodi condicione palatinis semet indecenter inseruerunt obsequiis, omissis adsignari natalibus adque omnes, quorum interest huius rei sollicitudo, obseruare, ne quis desertis adsuetis officiis ad palatina umquam sacramenta adspiret. DAT. PRID. NON. APRIL. CONSTANTINOPOLI VARANE VC. CONS. a. 410

22 [2]) IDEM AA. SELEVCO PPO. Quicumque post militiam prouincialis officii uel certe adhuc militans ad maius priuilegium militiae ditatus spoliis prouincialium properauit, absolutus sacramento eius militiae originario solo adque status sui reddatur obsequiis. Neque isdem in futurum nulla[3]) attemptandi maioris splendoris officii adque sacramenti potestas sit. DAT. PRID. KAL. MART. RAV(ENNA) DD. NN. HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

23 [3]) IDEM AA. EVCHARIO PROCONSVLI AFRICAE[4]). Quia plurimi consuetam proconsularem ceterorumque iudicum fugientes militiam diuersis palatinis seu inl(ustri)um potestatum officiis se sociasse dicuntur, decernimus omnes absolutos cingulo militiae ad propriam functionem re-
1 duci. In futurum sane praecipimus, ut, si quis conprehensus[5]) ad militiam palatinam adspirare aliquibus indiciis adprobetur, in aeternum mancipatui uel susceptioni societur, non ante ex eius officii conuersatione remouendus, quam uitae finis huiusmodi sententia eundem potuerit liberare. DAT. PRID. KAL. MART. RAV(ENNA) HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

24 [2]) IDEM AA. PROBO COMITI S. L. Quisquis in officio palatino apparitor uel exutus eodem munere ex proconsulari officio uel ordinarii iudicis potuerit repperiri, sublatis militiae priuilegiis functioni propriae regionique reddatur. DAT. PRID. KAL. MART. RAV(ENNA) DD. NN. HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

25 [6]) IDEM AA. LIBERIO PPO. Quicumque ex diuersis officiis omnium moderatorum officiales contra uetitum altioris militiae gradum indebite obtinuisse noscuntur, in propria reuo-

*R T* (*desinit in u.* 22 suis reddat)

[1]) *Iust.* 12, 57, 10 *usque ad* 24 indulgendum: *eiusdem diei est* 8, 18, 8 [2]) c. 22—24 *eiusdem diei sunt uidenturque eiusdem constitutionis ad diuersos magistratus datae particulae esse: iunge* 6, 29, 9. 11, 1, 32. 11, 7, 19—21. 12, 6, 31 [3]) ulla *Beck* [4]) Euchario suo salutem 11, 7, 21. 12, 6, 31 [5]) *lectio uitiosa*: a prouinciali *temptat Mommsen* [6]) *iunge* 12, 1, 170 (Honorlo VIII et Th. III AA. conss. = *a.* 409) 14, 7, 2

1 is] his *T* cohercibitur *R*a 3 carthas *TR* tabulas] *R Iust.*, ad tabulas *T* 4 quocumque *T* 5 numen *T* 6 crediderit *T* 8 clam] olam *T* obtentau *R*a 9 expedissent *R* de] *T*, ne *R* 10 usi] *O*, si *R* crediderit *R* 12 impetranta *R*b *uel R*2 13 constantinopoli] *R*, *om. T* VII] VIII *T* iterum] *R*, II *T* 14 polycronio *TR* 15 inpepsit *R* 16 palatinis] *T*, patinis *R* omissi *T* 19 conss. *TR* 21 ditatus] *R*, —cus *T* 22 sui] *Gothofredus*, suis *TR* hisdem *R* 28 conpraehensus *R* 31 honono *R*a 34 repperiri *R*



1 centur officia. Uniuersos igitur apparitores, quos extra conscientiam tuam uel stipendiorum meritum claruerit ad militiam conuolasse, praecipimus reuocari similique praeceptione diuersorum iudicum officiales antiquae militiae restitui. ET CETERA. DAT. VI KAL. DEC. RAV(ENNA) HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

26 [1]) IDEM AA. ANTHEMIO[2]) PPO. Si quis e grege cohortalinorum urguente criminis insectatione stipendiis fuerit exemptus, aut otio traditus quietis artibus inmoretur, aut si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare, indultum nostrae maiestatis oraculum amplissimae tuae sedi offerat adlegandum. [3]) Sanctione hac edictis propositis diuulgandum[4]), ut prouinciarum iudices sciant, si quas caelestes praescribtiones super reddenda militia elicuerit prouincialis apparitor, quas non ante praecelsa sedes tua librauit, auditionem huius legis intercessione depulsam. DAT. XIII KAL. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

27 IDEM AA. EVSTATHIO PPO. Pro singulis lib(ris) argenti, quas primipilares uiris[5]) spectabilibus ducibus sportulae gratia praestant, quaterni solidi praebeantur, si non ipsi argentum offerre sua sponte maluerint. DAT. XIII KAL. IVL. CONSTANTINOPOLI HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

28 [6]) IDEM AA. ASCLEPIODOTO PPO. Ualentinianae[7]) ceterarumque legum, quae diuersa super temporibus usurpatae militiae statuerunt, auctoritate cessante haec praecipimus obseruari: primum ut neque curialis neque cohortalinus neque curialis aut cohortalini filius condicione deserta ad aliam audeat adspirare fortunam, cui maiorum suorum exempla praeiudi-
1 cant[8]). Dein, si quis memoratarum condicionum laqueis inretitus ad militiam armatam per subreptionem uel inlicitum patrocinium transierit et id curia, ex qua tiro ortus est, per decennium iugiter siluerit, ut is, qui in castris sine aliqua fortunae pristinae conuentione incessanter stipendia meruerit designata *et* strenue susceptis armis insudauerit, minime conueniatur ulterius, sed priuilegia et praemia uiri fortis expectet. ET CETERA. DAT. XV KAL. IVN. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO VV. CC. CONSS. a. 423

29 IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PPO. Ii, quorum nomina excellentiae tuae suggestio conprehendit, omnesque, qui ex primipilariis ex quacumque prouincia quamlibet militiam contra licitum praesumpserunt, etiamsi obtinuisse eam speciali adnotatione nostrae indulgentiae uideantur, spoliati cingulo ad priorem statum et condicionem pristinam reuocentur, omni aditu cuiuslibet dignitatis ita huiusmodi condicioni praecluso, ut non solum impetratis iam beneficiis careant, uerum etiam, si quid postmodum elicere temptauerint, id omne in inritum deuocetur. Praeceptis enim uestris et publicis utilitatibus in perpetuum debent esse subiecti nec exsequendarum necessitatum munia declinare. DAT. VI ID. IVL. CONSTANTINOPOLI FELICE ET TAVRO CONSS. a. 428

30 [9]) IDEM AA. ISIDORO PPO. POST ALIA: EODEM EXEMPLO EVBVLO PPO. ILLYRICI[10]). Si cohortalis apparitor aut obnooius cohorti ad ullam posthac[11]) adspirauerit dignitatem, spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus ad statum pristinum reuocetur, liberis etiam in tali eius

*R*

[1]) *Iust.* 12, 57, 11 [2]) *secundum chronicum Alexandrinum ad a.* 414 *Anthemio iam hoc anno* 414 *successit Aurelianus* [3]) *seqq. om. Iust.* [4]) diuulganda (*Gothofredus*)? [5]) uiri (*Gothofredus*)? [6]) *iunge* 6, 35, 14. 12, 1, 184 [7]) 7, 1, 6. 12, 1, 64 [8]) *ante* § 1 *Iust.* 12, 57, 12 § 2 *addit* Sed nec ad aliam cohortalinus uel cohortalini filius audeat adspirare fortunam, cui maiorum suorum exempla praeiudicant [9]) *Iust.* 12, 57, 12: *iunge* 12, 1, 187. 188 (*geminae* § 1. 2) [10]) eodem ... Illyrici *post subscriptionem collocat* 12, 1, 187, *om.* 12, 1, 188 [11]) posthac *om. Iust.*

5 e] ex *Iust.* 7 praecum *R* 9 rescriptiones *Gothofredus* 10 sedis *R* 11 depulsa *R* 12 aa.] augg. *R* 13 eustatio *R*1 (*uel R*) 14 praetant *R* 17 ad asclepiodotum 6, 35, 14 ceterarumquae *R* 18 praecipimus] *Beck*, praecepimus *R* 24 et] *Cuiacius*, est et *R* 25 XV kal. iun.] XVII kal. mai. 12, 1, 184 27 hii *R* 29 militia *R* 33 pertuum *R*a

1 condicione susceptis fortunae patriae mancipandis. [1])Si qui uero cohortalis uel subiectus co-
horti[2]) ullam ante hanc legem gessit militiam aut coeptam dudum etiam nunc gerit aut cau-
sidicinam in foro amplissimae praefecturae Orientis adque Illyrici uel urbano profitetur iudicio,
2 in eodem latarum pridem constitutionum sanctio obseruetur. Post hanc uero legem[3]) si quis
ex his ausus fuerit ullam affectare militiam, nulla praescribtione temporis muniatur[4]), sed ad
condicionem propriam retrahatur, ne ipse uel eius liberi post talem ipsius statum procreati
quod cohorti[5]) debetur ualeant declinare[6]). DAT. III NON. APRIL. CONSTANTINOPOLI ISIDORO
ET SENATORE CONSS. a. 436

## V DE CVRSV PVBLICO ANGARIIS ET PARANGARIIS[7])

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD CONSTANTIVM. Si quis iter faciens bouem non cursui desti-
natum, sed aratris deditum duxerit abstrahendum, per stationarios et eos, qui cursui publico
praesunt, debito uigore correptus aut iudici, si praesto fuerit, offeratur aut magistratibus muni-
cipalibus conpetenti censura tradatur eorumque obsequio transmittatur, aut si eius fuerit dig-
nitatis, ut nequaquam in eum deceat tali uigore consurgere, super eius nomine ad nostram
1 clementiam referatur. Qui enim explicauerit[8]) mansionem, si forte boues non habuerit, in-
morari debet, donec fuerint exhibiti ab his, qui cursus publici curam gerunt, nec culturae
terrae inseruientes abstrahere. ACC. XI KAL. FEB. CARALIS CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO
IIII CONSS. a. 315

2 [9])IDEM A. AD TITIANVM. Quoniam plerique nodosis et ualidissimis fustibus inter ipsa
currendi primordia animalia publica cogunt quidquid uirium habent absumere, placet, ut om-
nino nullus in agitando fuste utatur, sed aut uirga aut certe flagro, cuius in cuspide infixus
breuis aculeus pigrescentes artus innocuo titillo poterit admonere, non ut exigat tantum, quan-
1 tum uires ualere non possunt. Qui contra hanc fecerit sanctionem, promotus regradationis
humilitate plectetur, munifex poenam deportationis excipiat[10]). DAT. PRID. ID. MAI. SABINO ET
RVFINO CONSS. a. 316

3 [11])IDEM A.[12]) AD ACINDYNVM PPO. Praesidibus et rationalibus ceterisque, quibus prop-
terea res publica et annonas et alimenta pecoribus subministrat, usurpandi agminalis seu[13])
1 paraueredi licentia derogetur. [14])Quibus illud quoque licere non patimur, ne quid de prouin-
cialibus citra ordinem poscant, nisi ii tantum, quorum fides cognita est, cum usus necessitatis
2 exegerit. Uestrae uero grauitati ubi ratio exegerit, cursus publicus praesto est: quibus si a
publico itinere aliqua militari uia deuertendum fuerit, ubi euectio non erit, publicis utemini

*R et ad 5r Br. (NMGE)*

[1]) § 1 *om. Iust.* [2]) si ... cohorti] si quis decurio aut subiectus curiae 12, 1, 188 [3]) post hanc uero legem] quod *Iust.* [4]) praeter eam scilicet, quae ex quadraginta annis colligitur *ins. Iust.* [5]) patriae 12, 1, 188 [6]) *in Iust. post alia ex c.* 28 *excerpta haec addita sunt*: Sed etiam cunctos, qui diuersarum rerum negotiationibus detinentur, trapezitas scilicet uel gemmarum argentique uestiumue uenditores, apothecarios etiam ceterosque institores aliarum mercium, quibuscumque ergasteriis adhaerentes iubemus a prouincialibus officiis remoueri, ut omnis honor atque militia contagione huiusmodi segregetur [7]) *Iust.* 12, 50 [8]) applicauerit? *Gothofredus* [9]) *Iust.* 12, 50, 1 [10]) Equos, qui publico cursui deputati sunt, non lignis uel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus: poena non defutura contra eum, qui aliter fecerit *Iust.* [11]) *Iust.* 12, 50, 2 [12]) *Constantii hanc constitutionem esse uidit Gothofredus* [13]) agminalis seu *om. Iust.* [14]) § 1—6 *Iust. haec substituit* Sed nec alia uia eundi quisquam habeat facultatem, nisi per quam cursus publicus stare dignoscitur: excepta uidelicet tua sublissima sede, cui cursus publicus et proficiscendi per eum licentia et ubi ratio exegerit praesto est

9 perangariis *E* 10 uouem *R*ᵃ? 12 presto *R* 15 explecauerit *R* bobes non abuerit *R* 16 gerunt] *Gothofredus*, egerunt *R* 21 uiga *R*ᵃ 26 acyndinum *R* 27 subministrant *R et in Iust. I*ᵃ licentia] *Iust.*, ligentia *R* 29 hii *R* 32 grauitati] *Gothofredus*, grauitatis *R*, cui *Iust.* (*not.* 4) presto *R*



3 agminalibus, sed modice et temperate tantum ad usum proprium necessariis. Quae res si ne-
glecta fuerit, uobis aestimationis uestrae notam incurrentibus praesides periculum sustinebunt,
4 cum super hac re exploratores iam missi sint. Quae enim mala prouincialibus inferantur,
conici ex eo etiam potest, quod nostris itineribus, quos[1]) publica utilitas mouet, magna atque
anxia dispositione uix uicenorum agminalium numerus subministrari queat. PP. XV KAL. MART.
CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.[2]) a. 326

4 IDEM A. MENANDRO. Certis nuntiis conpertum est, quod plures ueluti sibi ac necessi-
tatibus propriis petitas angarias taxato pretia distrahunt. Quamuis itaque raro posthac et
non nisi merentibus euectiones praebendae sint, omnes tamen, qui ubique sunt cursus publici
obseruatione districti, inquirant, si quis in hoc genere criminis possit intercipi, ut emptor et
uenditor in insulam relegentur: illis etiam, qui obseruare iussi sunt, pro dissimulatione uel
1 neglegentia idem supplicium luituris. Non inprobum tamen est, si is, qui angarialem habet
copiam, ad tutelam uitae uel laborem adeundum[3]) itineris pro solacio sibi quendam socia-
uerit: namque hoc factum meretur ueniam nec latere poterit explorantes, illud poena superius
2 dicta plectendum est. Super qua re proconsules, rectores prouinciarum praefectos uehiculorum
adque omnes qui cursui publico praesunt admoneri conueniet. DAT. X KAL. IVL. CONSTAN-
TINO A. VII ET CONSTANTIO CAESARE CONSS. a. 326?

5 IDEM A.[4]) AD MVSONIANVM PPO. Iam dudum nostrae clementiae iussa[4]) exsistunt, ut
rectoribus prouinciarum euectionum faciendarum copia denegetur, quoniam cursui publico
1 magna infertur pernicies, si haec licentia latius panderetur. Ideoque hoc ipsum repetimus,
quod ante placuerat, ac iubemus eos auctoritatis tuae litteris commoneri, ut iussis parere
festinent. DAT. VIII KAL. AVG. CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.[4]) a. 326?

6 IDEM A.[5]) MAGNO AGENTI VICARIAM PRAEFECTVRAM. Hoc interdicto prohibemus, ne
quis agminales ac paraueredos aestimet postulandos: in eos enim, qui hoc temere praesumpse-
rint, uindicari acrius oportebit iussione nostra cunctis prouincialibus intimata. DAT. KAL. AVG.
CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.[4]) a. 354

7 IMP. CONSTANTIVS A. OLYBRIO PROC(ONSVLI) AFRICAE. Paraueredorum exactio patri-
monia multorum euertit et pauit auaritiam nonnullorum. Ideoque praelata iussione nostra
prouinciarum rectores excellentia tua commoneat, ut exceptis agentibus in rebus, qui ad mo-
uendum militem mitti consuerunt, quisquis alius paraueredum exegerit, non ei cedat impune,
sed nec illi qui dederit. DAT. III NON. AVG. ANTIOCHIAE CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTIO
CAES. CONSS.[5]) a. 354

8 [6])IDEM A. ET IVLIANVS C. AD TAVRVM PPO. Euectiones ab omnibus postulentur, qua-
cumque conspicui fuerint dignitate; non enim debet esse umquam efficax usurpatio, quae
possit animalibus publici cursus inferre perniciem[7]). Quod si quis putauerit resistendum et
sine euectione iter facere detegitur[7]), ubi repertus fuerit, eundem iussimus detineri, ac de
eius nomine ad prudentiam tuam et ad Musonium clarissimum[8]) uirum comitem et magistrum

*RT (incipit u.* 31 illi)

[1]) quae *Haenel* [2]) *fuerint consules anni* 339 (*Gothofredus*) [3]) adleuandum? [4]) *c.* 4 *et* 5 *re uera a Constantio a.* 354 *datae sunt* [5]) *datam esse a.* 360 *uidit Mommsen: cf. Seeck Regesten* 74 [6]) *pr.* = *Iust.* 12, 50, 3 [7]) quacumque ... perniciem *omittit et pro his alia ex c.* 22 *h. t. inserit Iust.* [8]) ac ... clarissimum et si quidem dignitate praeditus sit de eius nomine ad prudentiam tuam et ad illustrem *Iust.*

1 temporate *R*ᵃ, temperate et *Mommsen* 3 mala], potest quod nostris itinerib *R*ᵃ (*cf. u.* 8), mala nostris (nostris *errore non expunctis*) *R*ᵇ 5 magminaiium *R*ᵃ quaeat *R* 10 destricti *R* 11 uinditor *R* relegentur] *Mommsen*, relegetur *R* 12 luiturius *R* 13 uitae] uiae *temptat Gothofredus* 14 explorante *R*ᵃ (*emend. man. altera*) 15 praefecrus *R*ᵃ 18 inusi *scribere coepit, mox in* musonianum *mutauit R* 22 VIII] III *R*ᵃ 31 antioc. const. a. VII et const. c. conss. *T* 33 et iul. c.] *T, om. R Iust.* eueotionibus *T* 34 esse] isse *T*ᵃ eumquam *R* 35 publicis *R*ᵃ seresistendum *R* 36 iter] ter *T* reppertus *T*

1 officiorum referri. Statuimus redae mille pondo tantummodo saperponi, birotae ducenta, ue-
2 redo triginta: non enim ampliora onera perpeti uidentur. Octo mulae iungantur ad redam
3 aestiuo uidelicet tempore, hiemali decem: birotis trinas sufficere iudicauimus. Adque haec
cuncta regionibus praestitutos curare praecipimus, poena eis proposita. DAT. VIII KAL. IVL. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAESARE II [1]) CONSVLIRVS a. 357

9 IDEM A. ET C. AD TAVRVM PPO. Miranda sublimitas tua nullos euectioni dies addendos
1 esse cognoscat nec passim redarum tractorias uel euectiones birotum faciat. Et agentibus in rebus a tua sublimitate tribui uel fieri euectionem uetamus: sufficere namque posse confidimus, quae isdem a nobis uel magistris [2]) officiorum comitatus nostri iussis necessaria habita ratione praebentur. DAT. VIII ID. DEC. MED(IOLANO) [3]) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAESARE II CONSS. a. 357

10 IDEM A. ET C. AD FLAVIANVM PROCONSVLEM AFRICAE. Nulli de cetero subiunctorio priuato animalia publica praebeantur, nec rei huiusmodi facultas mulionibus relinquatur, sed penitus conquiescat. DAT. VI KAL. NOV. SIRMIO [4]) POST CONSVLATVM CONSTANTI A. VIIII ET IVLIANI CAES. II a. 358

11 IDEM A. HELPIDIO PPO. Ne qua posthac legio amplius quam duas angarias et hoc eorum, si qui aegri sunt, causa usurpare conetur, cum ad destinata proficiscitur, ita tamen, ut
1 pro singulis angariis bina tantum boum paria consequantur. Si qui post hanc legem amplius mouerit, in maximam se reprehensionem sciat esse uenturum. DAT. XVI KAL. DEC. IVDICTIONE IIII a. 360

12 IMP. IVLIANVS A. AD MAMERTINVM PPO [5]). Quoniam cursum publicum fatigauit quorundam inmoderata praesumptio et euectionum frequentia, quas uicaria potestas et praesidum adque consularium officia prorogare non desinunt, curam ac sollicitudinem huius rei nos sub-
1 ire conpulsi faciendarum euectionum licentiam cunctis abduximus. Exceptis igitur uobis nulli
2 euectionem licebit facere de cetero. Sed ut necessitates publicae impleantur, uicariis denas uel duodenas euectiones manu mea perscribtas ipse permittam, praesidibus uero binas annuas faciat uestra sublimitas, quibus ad separatas prouinciarum secretasque partes necessariis ex
3 causis officiales suqs dirigere possint. Sed his quoque nostra etiam mansuetudo euectiones singulas dabit, ut ad nos referre possint, cum id fieri necessitas quaedam exegerit. ACC. VIII KAL. MART. SYRACVSIS MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

13 IDEM A. AD MAMERTINVM PPO. Ad suggestionem comitis adque eorum, qui largitionibus praesunt, inlationi specierum largitionalium conpetentes euectiones rectores prouinciarum, cum absit uicarius, facere debent. Quod uniuersis rectoribus tua sublimitas indicare non differat. ACC. XII KAL. IVL. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

14 [6]) IDEM A. AD MAMERTINVM PPO. Qui contra adnotationem manus nostrae plures quam

*RT*

[1]) Constanto A. X et Iuliano C. III conss. (*a.* 360) *Pallu, cf. C. I. L.* VIII 1860 [2]) magistri *Mommsen* [3]) *Constantius hoc tempore in Illyrico fuit* [4]) accepta ... *inser.*? [5]) uel ultra tempus, quod euectioni insertum est, publico sursu uti conatus sit *inserit Iust.* [6]) *inde a.* 284, 38 parhippum = *Iust.* 12, 50, 5

1 birote *R*, biroti *T* beredo *T* 1 raedam *T* 3 uidilicet *T* trina *TR* 4 praestitutos *R* praecepimus *R* proposita] pp. *T* 5 iul.] *R*, iun. *T* VIIII] VIII *T* caes. *om. T* et c. *om. R* 6 nullus euectione *T* 7 birotarum *Gothofredus* 8 a tua sublimitate tribui] *T*, tua sublimitas ribui *R* 9 hisdem *TR* 10 praeuentur *T* II] V *T* aesare *Rª* 12 et c.] *T*, *om. R* proconsulem] pro *Rª*, proc. *Rᵇ*, ppo. *T* ceteros *T* subiunctoria? *Mommsen* 13 molionibus *R* paenitus *RT* 14 sirmio] *R*, sir. *T* consulatum conss. *RT* 15 iuliano *Rª* 16 elpidio *T* posthac] *R*, post *T* legi *R* 18 consequantur *R* (*sic*) 19 reprachensionem *T* XVI] *R*, VI *T* 21 quorumdam *T* 22 praesumptis inmoderata *T* 23 desinun *Tª* nos] *R*, non *T* 24 licentia eunctis (cunctis *Rᵇ*) *R* 25 necessitatis *T* 26 praescribtas *T* 27 uestrae *T* 33 debet quod *R*, debent cum *T* non] *R*, *om. T* 34 XII] XVI *T uel Tª* 35 quam] *T*, *om. R*



euectio continebit ueredos crediderit usurpandos, capitalem rem fecisse uidebitur, et si instantis necessitatis gratia non retineatur, quis tamen ille sit, ad censurae tuae, tum ad serenitatis
1 nostrae conscientiam referendum est. Et quamquam, quid sit parhippus, et intellegere et discernere sit procliue, tamen, ne forte interpretatio deprauata aliter hoc significet, sublimitas tua noscat parhippum eum uideri et habendum esse, si quis usurpato uno uel duobus ueredis,
2 quos solos euectio continebit, alterum tertiumue extra ordinem commoueat. Nihil autem interesse debet nec ad crimen uocari, utrum agens in rebus suo anne mulionis itineri subiugando [1]), modo euectionis datae formam et licentiam non excedat. DAT. V ID. SEPT. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. a. 362

15 [2]) IDEM A. AD AVITIANVM VICARIVM AFRICAE. Mancipium [3]) cursus publici dispositio proconsulis forma teneatur. Neque tamen sit cuiusquam tam insignis audacia, qui parangarias aut paraueredos in ciuitatibus ad canalem audeat commouere, quo minus [4]) marmora priuatorum uehiculis prouincialium transferantur, ne otiosis aedium cultibus prouincialium patrimonia fortunaeque lacerentur. DAT. VII KAL. NOV. ANTIOCHIAE [5]) IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS. a. 362. 363

16 IDEM A. AD MAMERTINVM PPO. In prouincia Sardinia, in qua nulli paene discursus ueredorum seu paraueredorum necessarii esse noscuntur, ne prouincialium status subruatur, memoratum cursum penitus amputari oportere decernimus, quem maxime rustica plebs, id est
1 pagi, contra publicum decus tolerarunt. Excellens igitur auctoritas tua officio praesidali necessitatem tolerandae [6]) huiusmodi exhibitionis inponat, aut certe, si hoc existimant onerosum, suis animalibus uti debebunt, quotiens eos commeare per prouinciam necessitas publica per-
2(1) suaserit. Sane angariarum cursum submoueri non oportet propter publicas species, quae ad
3 diuersos portus deferuntur. Proinde considerata rerum necessitate, pro locorum situ atque itineris qualitate tantum numerum angariarum collocari oportere decernas, quantum necessarium esse adhibitae plenissime deliberationes suaserint. DAT. VII KAL. DEC. ANTIOCHIAE [7]) IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS. a. 363

17 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MENANDRVM. Uehiculis nihil ultra mille librarum mensuram patiemur inponi, ita ut [8]) ueredarii *sat* habeant, quod his triginta libras equis uehere concessimus. Quidquid igitur supra mensuram exsuperare constiterit, ad dispen-
1 dium eius, qui in legem conmiserit, fisco conueniet adscribi. Illud sane, ut penitus enormium uehiculorum usus intercidat, sanciendum esse decernimus, ut, quisquis opificum ultra hanc quam perscribsimus normam uehiculum crediderit esse faciendum, non ambigat sibi, si liber sit, exilii poenam, si seruus, metalli perpetua *sup*plicia subeunda. DAT. PRID. ID. MART. MED(IOLANO) [9]) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

18 [10]) IDEM AA. AD MAMERTINVM PPO. Si quando praepositus largitionum species transmittendas *ne*cessarias esse suggesserit ac breuem diuersarum specierum, cui subuectio uehi-

*R T* (*desinit fol.* 22ᵛ *in u.* 18 maxim) *et ad c.* 16

[1]) *idem Iust.*: *requiritur fere* subueniat (*u. i.*) [2]) *iunge* 11, 28, 1. 15, 3, 2. 4, 25, 2 (*Iust.* 8, 10, 7) [3]) mancipum *Gothofredus* [4]) minus *delet Mommsen* [5]) acc. XV kal. April. Karthagine *ins.* 11, 28, 1 [6]) tollendae *Mommsen* [7]) *cf. ad* 1, 24, 2 [8]) *nonnulla uidentur intercidisse, cf. c.* 28 [9]) Nicomediae *Gothofredus*, post cons. diui J. et V. *Seeck Regesten* 70 [10]) *eiusdem diei, diuersi tamen argumenti sunt* 7, 1, 5. 8, 4, 8. 12, 1, 58

2 tum] *T*, cum *R* 3 parippus *T* 4 procliue] *R* (*non Rᵇ*) ne] *sic T* (*in apographo meo falso* e *pro* ne *impressum est*) interpraetatio *RT* 5 parippum *T* uno] *R Iust.*, *om. T* 6 solus *R* ue] *R Iust.*, *om. T* 7 itineris *T* subiugando] subiungat dum *temptat Gothofredus*, prospiciat subiugando *Mommsen* 8 modo] *R Iust.*, *ut T* 10 uic. afric. *T* 11 audacia] *R*, adicia *T* perangarias *T* 13 canale *T* 14 VII] *R*, VI *T* 16 paene] *R*, bene *T* necessariis *T* 17 satus *Rª* 18 paenitus *R* 20 exhibitiones *Rª* 25 plenissimae *R* 26 kal. *bis R* anthiochiae *Rª* 27 uehiculi sat] *Gothofredus*, ueredariis ut *R* 30 conueniet et adscribi *R* paenitus *R* 32 praescripsimus *Cuiacius* 33 poena *R* sup|supplicia *R* pirid. *R* 35 tranmittendas nenecessarias *R*

culorum poscitur, designauerit, a praesidibus diuersorum officiorum euectio conpetens prae-
1 beatur. Illud etiam sublimitas tua obseruari omni cautione praecipiat, ne amplius in singulis
quibusque carpentis quam bini aut ut summum terni homines inuehantur[1]), quos tamen di-
rectarum rerum custodes uel prosecutores esse constiterit. DAT. III ID. MAI. DIVO IOVIANO ET
VARRONIANO CONSS. a. 364

19 [2]) IDEM AA. AD SYMMACHVM PV. Magnifica sedes tua euectionum faciendarum arbitrium
in publicis tantum causis usurpet. Uerum ingenti procurabitur cautione, ne parum consi-
derata facilitas ita publicis incipiat uisceribus imminere, ut fatigatione nimia paenitentiam
huius concessionis suscipere cogamur. DAT. VIIII KAL. IVL.[3]) PHILIPPOPOL*I* DIVO IOVIANO ET
VARRONIANO CONSS. a. 364

20 IDEM AA. AD FLORIANVM COM(ITEM) R. P. Iuxta diui Iuliani consultissimam legem[4])
ad transferendas largitionum res necessarias conpetentia iudices euectionum subsidia perfe-
1 rant[5]). Illud quoque adiectum est[6]), ne quicquam oneris uehiculis publicis cumulatius, quam
ratio fiscalis posceret, superponeretur, si quidem non amplius in singulis quibusque uehiculis,
quam binos aut ut summum ternos sedere praeceptum sit. DAT. PRID. ID. SEPT. DIVO IOVIANO
ET VARRONIANO CONSS. a. 364

21 [7]) IDEM AA. AD ARTEMIVM. Conpetenti ratione prohibemus, ne hi qui familiae prae-
sunt nouum rapinarum aut fraudium genus exerceant, ut pro rotarum tritura ac ministeriis
pecuniam ab angariarum praebitoribus poscant. Pro rotis igitur et pro angariis[8]) praebitores
dispendia nulla patiantur. DAT. III[9]) KAL. OCT. AQVIL(EIA) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO
CONSS. a. 364

22 IDEM AA. AD VOLVSIANVM PV.[10]) Cunctos iudices laudanda tua sinceritas monebit, ut
minime quosque transire patiantur, antequam seriem euectionis aspexerint[11]) et congrua sub-
1 notatione dimiserint. Sane cuiuscumque fuerit dignitatis, qui nostra interdicta calcauerit, re-
tentetur, dum super ipsius nomine ad mansuetudinem nostram querella dirigatur, cui uindicta
2 non deerit. In eos autem protinus ultio conpetens exserenda est, quos sinceritas tua pro
3(1) loco graduque militiae ibidem coherceri posse crediderit. Praeterea illud adiungimus, ut par-
hippum uel auertarium nullus accipiat, nullus inpune praesumat, nisi eum nostrae serenitatis
arbitrio aliqua necessitate cogente uir inl(ustris) magister officiorum textui euectionis addiderit.
PROLATA[12]) LITTERIS SVB DIE XII KAL. MART. ROM(AE). ACC. IIII KAL. APRIL. VENABRI[13]) CON-
SVLATV VALENTINIANI ET VALENTIS AA. a. 365 ?

23 IDEM AA. MAMERTINO PPO. Ad procurationem clabularii cursus eligendi sunt ex eo
hominum genere, qui in prouinciis codicillis comitiuae et praesidatus aut rationum epistulis
honorariis nixi ab omnium se ciuilium et publicorum officiorum ministerio remouerunt: his
tamen ab hac molestia segregatis, qui legationum reuerentia, principalium beneficiorum iudiciis
honorem ipsis principibus tradentibus sunt adepti, uel qui emeritis officiis palatinis missione
1 donati sunt. Locandi autem erunt per sing*u*las mansion*es* uel[14]) longius, sinceritas tua pro-

*R T* (*incipit u.* 19) *c.* 7 Iun.

[1]) uehantur *Mommsen* [2]) *iunge* 15, 1, 11 [3]) *c.* 7 Iun.? (*u. i.*) [4]) *c.* 13
[5]) praebeant? *Mommsen* [6]) tollendae *Mommsen* [7]) *iunge* 1, 16, 9. 6, 36, 6. 8, 3, 1
[8]) *expectes* pro ministeriis angariarum (*Mommsen*) [9]) XIII *iungendae rectius* [10]) *re uera fuit uicarius urbis* [11]) *uerba* tam iudices quam custodes publici cursus minime transire patiantur, antequam seriem euectionis adspexerint *ex hac constitutione excerpsit Iust.* 12, 50, 3 *pr.* [12]) praelata *Gothofredus* [13]) Venafri *Gothofr.* [14]) quo *inserit Mommsen*

2 cautioni *R*ᵃ in] ine *R*ᵃ 6 magnificas *R*ᵃ 9 concessiones *R* VIII k. iun. 15, 1, 11 philippopolim *R*, philippis 15, 1, 61 13 cumulatiu *R*ᵃ 17 ad] ar *R*ᵃ *post* artemium *uacuum spatium reliquit R*: *cf.* 8, 3, 1 18 faudium *R*ᵃ 22 sinceritis *R*ᵃ 25 quaerella *R* 27 cohercere *R*ᵃ 28 uel] uet *R*ᵃ 30 literis *R* consulatu (conss. *R*) ual. et. ual. aa. *insolitam formulam probabiliter ex hac*: post consulatum u. et u. aa. *factam putat Seeck* 34 ciuilium] culium *R*ᵃ 37 singalas mansionis *R*



curationem eorum existimauerit porrigendam. In quo negotio si quid neclectum secusue ge-
2 stum fuerit, ad eorum quidquid peccatum erit, crimen inuidiamque referetur. Quanto autem
tempore unusquisque iniuncti offici*i* sarcinam debeat sustinere, celsitudinis tuae arbitriis relin-
3 quimus sanciendum. Qui uiri et euectiones commeantium exactissima cura inspicere debe-
bunt et animalibus alimenta, quae fiscus noster suggerit, ministrare. DAT. VI ID. MART. ME-
D(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

24 IDEM AA. AD BVLEFORVM CONSVLAREM CAMPANIAE. Nonnull*os* id agere conpertum est,
ut, si forte de*f*ecta fuerint animalia, quae uehiculis deputata sunt, ueredorum numerum, qui
1 alteri seruiunt necessitati, ad redas quibus utuntur usurpent. Hanc licentiam per mancipes
locorum omnifariam prohiberi conueniet, ut, si quis extiterit, qui formam nostrae sanctionis ex-
cedat, cuiuscumque fuerit dignitatis, tamdiu resistere ac residere cogatur, quam diu animalia,
quibus iter peragat, reuertantur. DAT. VIIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VA-
LENTE AA. CONSS. a. 365

25 [1]) IDEM AA. AD SYMM(ACHVM) CORRECTOREM LVCANIAE ET BRITTIORVM. Conpertum
1 est usurpatione quorundam in publici cursus damna grassante ab itinere solito deuiari. Pro-
inde si quis iter faciens, cuiuscumque dignitatis fuerit militans[2]) ab itinere recto deuerterit
quingentis passibus[3]), poena in eum conpetens proferatur et ad nostram scientiam referatur.
DAT. VIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

26 IDEM AA. AD MAMERTINVM PPO. Cursus mancipes clabulari*i* ex quo genere hominum
debeant ordinari, apertissima lege[4]) decreuimus. Quorum si praedictae numerus functioni non
potuerit occurrere, curiales ad hoc m*u*nus sunt uocandi. DAT. VI KAL. MAI. VALENTINIANO
ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

27 IDEM AA. AD FORTVNATVM CONSVLAREM PANNONIAE SECVNDAE. Neque plures par-
hippos dimittendos nec emensis euectionibus dandam conmeandi cuiquam facultatem grauitas
tua cognoscat. In eo autem ne admonitionem quidem adhibendam putamus, ut a nullo om-
nino cursus publicus *s*ine euectionis auctoritate moueatur. DAT. V KAL. IVN. MED(IOLANO)
VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

28 IDEM AA. AD PROBVM PPO. Quod iam Gallis prodest[5]), ad Illyricum etiam Italiaeque
regiones conuenit redundare, ut non amplius reda quam mille pondo subuectet, angariae mille
quingenta suffici*a*nt, ueredo ultra triginta nullus inponat. DIRECTA V KAL. IAN. SIRMIO VA-
LENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 368

29 IDEM AA. AD DOMNVM CONSVLAREM SICILIAE. Ii tantum parhippum praesumant, qui-
bus nos ipsi in euectione quam facimus ueredum cum parhippo tribui iusserimus. Si quis
uero citra nostrae adnotationis indultum id licenter exegerit, seuerissimae subiaceat ultioni.
DAT. IIII NON. DEC. TRIVERIS[6]) POST CONSVLATVM LVPICINI ET IOVINI VV. CC. a. 367. 368

30 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD VIVENTIVM PPO. Perspicue san-
xeramus[7]), ut in carpentis redarum mensuram subditam nullus excederet, nemo amplius redae
quam mille pondo, angariae quam mille quingenta, ueredo quam triginta auderet inponere.
1 Ideoque ad inl(ustres) magistros equitum et peditum scribta porreximus, ut per loca, quae
huiuscemodi obseruationis excubiis munienda sunt, sollicitos protectores diligentesque consti-
tuant, quo idem et mensuram uehic[*u*]lorum et uim onerum semper inspiciant nihilque fieri

*R*

[1]) § 1 = *Iust.* 12, 50, 5 [2]) Si quis per publicum cursum iter faciens cuiuscumque dignitatis uel militiae *Iust.* [3]) quingentis passibus *om. Iust.* [4]) *c.* 23
[5]) *cf. c.* 17 [6]) accepta … *ins., ut data sit anno* 367 (*Gothofr.*) [7]) *c.* 17 *et* 28

3 officiis *R* 7 nonnullus *R* 8 defecta] *Cuiacius*, detecta *R* 9 alteriu *R*ᵃ 14 corrector. *R* 19 clabulariis *R* 20 functioni … curiales ad hoc munus] *Cuiacius*, functio … curialis ad hoc minus *R* 26 sine] *Cuiacius*, fine *R* 30 sufficiant] *Gothofredus*. sufficiat *R* 32 hii *R* 33 parhippum *R* 36 perspicuae (perspuae *R*ᵃ) sancxeramus *R* 37 sumditam *R*ᵃ 39 per] pe *R*ᵃ

contra haec iura patiantur. Quin etiam quotienscum[*que*] aliquis fuerit inuentus excessisse legem uel uehiculi enormitate uel ponderis, quemlibet locum, quamcumque ille protulerit [1]) dignitatem, quidquid ultra mensuram esse constiterit, aput se protector qui insolentiam deprehenderit retentabit, donec super eo qui interdicta contempserit ad clementiam nostram relatio dirigatur. DAT. VIIII KAL. OCT. VALENTINIANO ET VALENTE II AA. CONSS. a. 368

31 [2]) IDEM AAA. AD CATAFRONIVM VICARIVM ITALIAE. Nec mulionibus nec carpentariis nec mulomedicis cursui publico deputatis mercedem a quoquam sinceritas tua fuerit [3]) ministrari, cum iuxta publicam dispositionem annonas et uestem, quam [4]) isdem credimus posse sufficere, consequantur. ET CETERA. DAT. XVIII KAL. SEPTEMB. TRIVERIS VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS. a. 370

32 [5]) IDEM AAA. AD AMPELIVM *PV.* Euectionum copiam senatui, cum proficiscendi ad nos
1 necessitas fuerit, serenitas nostra largita est. Nam si adclamationibus populi Romani nostri aliisque antiquis et sollennibus rebus concessa iugitas inlibata seruatur, prouincialibus etiam, quando e re esse censerent [6]), euectionum copia non negata est, ut ad nos sumpta euectione contendant: quanto magis huius arbitrii his facultas est deferenda, quos collegii merito uidere frequentius cupimus? DAT. III [7]) ID. DEC. TRIVER(IS) GRATIANO A. II ET PROBO CONSS. a. 371

33 [I]DEM AAA. AD CONSTANTIVM. Euectionum emittendarum etiam per ceteras prouincias dumtaxat in translationem uestium tua sinceritas habeat facultatem, ut, si forte in itinere uicarius non [8]) fuerit, cum uestes eaedem transferuntur, tarditas nulla generetur: certe ubi idem uicarius forte morabitur, aut dimittet tuas aut alias ipse renouabit. Et hoc quidem eo constituitur exemplo, quo aurum argentumque transfertur, in quo utique nullum euectionibus tuis adfertur obstaculum, quominus id quod transmissum fuerit ad loca statuta perueniat.
1 Eaedem autem uestes militares usque ad ea loca sunt transferendae, ubi ipsi milites sunt constituti. Neque enim paulo [9]) deuerticulo abducendi sunt ab excubiis sibi pro publica utilitate
2 commissis. Tales igitur uestes a prouinciis dirigantur, quae, priusquam mouentur, inspectione grauitatis tuae displicere non possint. DAT. VI ID. IVL. ROBORE GRATIANO A. III ET EQVITIO VC. CONSS. a. 374

34 [10]) IDEM [11]) AAA. AD HESBERIVM PPO. [12]) Quia [13]) in omnibus aliis prouinciis ueredorum pars quarta reparatur [14]), in proconsulari prouincia tantum detur, quantum necessitas postulauerit, et quidquid absumptum non fuerit, hoc nec pro debito habeatur nec a prouincialibus postuletur. Non dubitamus autem plus quam quartam ad reparationem necessariam non esse
1 iumentorum [15]). Praeterea in singulis mutationibus arbitramur ternis ueredis muliones sin-
2 gulos posse sufficere. Nam ut stabula [16]) inpensis publicis extruantur, contra rationem est,
3 cum prouincialium sumptu [14]) citius arbitremur et utilius adparanda [17]). Iam uero mancipum non ab ordine nec a magistratibus accipienda uidentur obsequia, sed ab officio proconsulari,

*R T* (*incipit u.* 19 tarditas)

[1]) praetulerit *Gothofr.* [2]) *iunge* 11, 10, 2 [3]) faciat *Cuiacius*, siuerit *Gothofr.* [4]) quas *Mommsen* [5]) *pr.* = *Iust.* 12, 50, 6: *iunge* 9, 16, 10 [6]) censemus (*Mommsen*)? [7]) VIII 9, 16, 10 [8]) non *delet Mommsen* [9]) ullo *Mommsen* [10]) *pr.* § 2 = *Iust.* 12, 50, 7 [11]) imppp. Ualens Gratianus et Ualentinianus *requiritur* [12]) procons. Africae? *cf.* 1, 32, 20 [13]) quamquam *Mommsen* [14]) in quorum locis stabula constituta sunt *ins. Iust.* [15]) In omnibus prouinciis ueredorum pars quarta reparetur *reliquis omissis Iust.* [16]) stabula autem ut *Iust.* [17]) apparanda et utilius *Iust.*, *qui addit*: tam publico quam his, quos stercus animalium pro suo solacio habere concedimus

2 inormitate (*sic*) *R* quamlibet *R* 3 depraehenderit *R* 6 ne carpentariis *R*a 8 hisdem *R* 11 pu.] *Iust. cum* 9, 16, 32, *om. R* 15 quando *R* 17 emittendarum] et mittendarum *R* 19 eadem *R* 20 demittet *T* alias] talias *R*a renouauit *R* constituitur] *T*, constitur *R* 21 quo ... in quo *om. R*1 euectionis *T* 22 perueniant *T* 23 eadem *RT* uestes] *R*, uestr *uel* uestres *T*a, uest *uel* uestes *T*b transferendae] *R*, ferendae *T* 25 conmissi *T* uestes *om. T* 27 uc. *om. T* 28 ppo.] *R Iust.*, npo. *T* 29 pars] pars pi *T*a reparetur *T* 30 absumptum] *RT*a adsumptum *T*b fuerit] *T*, habuerit *R* 32 in sinsingulis *R* mulionis in singulos *T* 34 apparanda *T* pancipum *R* 35 ab] ob *R*



qui missione donantur, uel ex aliis officiis, quos idoneos atque emeritos esse constiterit. Non enim inprobabilis haec dispositio est, cum et in suburbicariis regionibus haec consuetudo seruetur. DAT. III KAL. MART. TRIVERIS GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS. a. 377

35 [1]) IMPPP. VALENS GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD AVXONIVM PPO. A nullo umquam oppido aut frequenti ciuitate, mansione denique adque uico uno die ultra quinque ueredorum numerus moueatur, ac si quis eorum, qui praepositi uocantur aut mancipes, publico denique cursui nomine aliquo praesunt, hunc quem praescribsimus modum patiatur excedi, seuerissime sinceritatis tuae auctoritate conpescetur, aut militans exauctorationem subibit aut decurio uel manceps relegatione annua plectetur: ii autem, qui suprascribtum numerum supergredi molientur, cuiuscumque sint honoris aut nominis, quinque argenti libris in unius
1 ueredi usurpatioue multentur. Si tamen necessitas maior coegerit, super sollemnem numerum iubemus admitti, quos aut sacras litteras ferre constiterit aut habere in euectionibus adnotatum: ut aliqua de causa instantius ire iubeantur, quod uel spectabilis uiri officiorum magistri uel sinceritatis tuae litteris oportebit adscribi, ut exsistet [2]) euidens causa, quae prae-
2 scribtum legis excedat. In uehiculis etiam hac uolumus ratione moderari, ne supra assium [3]) numero reda moueatur. Quod facinus sublimis auctoritas tua si contra uetitum cernat admitti, pro motu suo seueritate cohibebit. DAT. XII KAL. MAI. TRIVERIS VALENTE VI ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 378

36 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SYAGRIVM PPO. Mancipibus supra lustrale tempus cura non immineat mancipatus: nec intra triginta dies [4]) amplius cuiquam liceat ex mutatione discedere. Quod si quis supra praescribtum numerum dierum ab statione quam receperit excesserit, capitali animaduersione puniatur. Idcirco enim quinquennio deuoluto eos honorem perfectissimatus manere praecipimus omniumque aliarum necessitatum inmunitate fouemus, ut tempus procurationis inpositae sollerti fide et integritate succedant [5]). DAT. III KAL. MART. TRIV(ERIS) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS. a. 381

37 IDEM AAA. AD PALLADIVM P(RAE)F(ECTVM) AVG(VSTALEM). Eum, qui sagum hippocomorum notabili populatione [6]) uoluerit usurpare uel scindere, cuiuslibet fuerit dignitatis, sine aliqua exceptione iubeas detineri, ut cum de eius nomine relatio fuerit destinata, quid super eius contumacia statuendum sit, opportunius aestimemus. DAT. PRID. ID. MAI. [7]) CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

38 IDEM AAA. FLORO PPO. Proficiscente uicario triginta asini, ueredi decem tantummodo moueantur: quinquaginta librarum auri dispendio eius officio, si haec fuerint contempta, non
1 inmerito subiugando. Illud etiam similiter obseruetur, ne quis faciendae euectionis sibi uindicet facultatem. DAT. VIII KAL. MAI [7]) CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

*R T* (*desinit u.* 18 *in* conss.)

[1]) *in Iust.* 12, 50, 8 *inscriptio cum subscriptione et poena in principio extremo proposita transierunt* [2]) extet (*Gothofredus*)? [3]) duum *Gothofredus*, IIII axium *Mommsen* [4]) die *inserit Gothofredus* [5]) *expectes* subeant (*Gothofredus*) [6]) spoliatione (*ad c.* 50) *Gothofredus* [7]) *secundum dies ordo c.* 37. 38 *inuerti debuit*

1 meritos *T* 2 subur[bi]cariis *T*, cubicularіis *R* 4 auxonium] *T* ausonium *R* 5 adque] *R*, *om. T* 8 seuerissimae *R* exauctorationem] *T*, exauctoritatem *R* 9 hii *RT* autem] *R*, etiam *T* 12 aut h.] *R*, ita ut h. *T* uectionibus *R* 13 ire *om. T*a iubereantur *T*a spectalibus *uel* specta[**]libus *T* 14 exsistet *R*, exisset *T* 15 uolum[—] *R* ne] *R*, *om. T* supra assium numero] *RT*: supra duum numerum *uel* supra adsignatum numerum *temptat Gothofredus*, supra IIII axium numerum *Mommsen* 16 ficinus *R* si *om. R* 17 moto *R* siueritatem *T* triueri *R*, tr[—] *T* 20 supra inlustrale *R*, *Iust.* super lustrale *T* 21 prescribtum *R* dierum *om. T* ab] *T*, enim ad *R* 22 puniantur *T* quenquennio *R*a 23 honorom *T*? omniumque ... fouemus *om. T* 24 inmunitate *R* 25 triu. *T*, *om. R* 27 uolueris *T* dignitates *T* 28 nonine *T* destinari *T* 29 statuendaum *R*a oportunius *T* constantinopoli] *R*, *om. T* 31 uicario] uic. *T* 32 quinquaginta] *R*, *om. T*

39 IDEM AAA. FLORO PPO. Quisquis seu ciuili seu militari deposita dignitate aget otium,
non prius usquam fiducia euectionum prodeat, quam editis causis, nostra maiestate consulta,
1 utendi itidem cursus publici acceperit potestatem. Reliquos uero, etiamsi expresserint tali
tenore copiam latius euagandi, a fructu furtiuae impetrationis arcemus. DAT. XVII KAL. AVG.
CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.
a. 382

40 [1]) IDEM AAA. FLORO PPO. Iudicibus faciendae euectionis copiam denegamus, cum id
nostro numini et uestris tantum sit potestatibus reseruandum [2]). His enim tantum ambulandi
facultatem iudices ex suo arbitrio praebituri sunt, quos in transmissione largitionalium titu-
lorum [3]) prosecutores uiderint constitutos: scituri, si definitionem nostram excesserint, se qui-
1 dem uiginti quinque auri libris, officium [4]) uero quinquaginta esse multandos. [5]) Sane ut
etiam [6]) agendi itineris possit esse moderatio, seni [7]) ueredi, singulae etiam redae [8]) per dies
singulos [9]) dimittantur. DAT. X KAL. AVG. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

41 [10]) IDEM AAA. FILAGRIO COMITI ORIENTIS. Capitalis periculi acerbitate proposita euec-
tionum contractus asinorumque merces et ementis et distrahentis poena prohibemus [11]). PP.
BERYTO. DAT. XII KAL. OCT. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.
a. 382

42 IDEM AAA. CONSTANTIANO VICARIO DIOECESEOS PONTICAE. Reparationis conlatione ab
officialium persona submota idoneos mancipes constitutos quinquenii tempus implere praeci-
pimus. DAT. III KAL. IAN. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.
a. 382

43 IDEM AAA. AD NEOTERIVM PPO. Qnibus ius ante non fuit euectionum, abstinentia,
quibus fuit, faciendarum moderatione rei publicae prosciant [12]) in(lustres) enim uiri militiae
equestris ac pedestris magistri, qui hac usurpatione caruerunt, multo in posterum patientius
abstinebunt, cum et amantes rei publicae sint et circa communes utilitates nostris sibi anim-
aduertant moribus esse uiuendum. DAT. KAL. FEB. RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS. a. 384 [13])

44 [14]) IDEM AAA. CYNEGIO PPO. Nullus euectione utatur priuatus, tametsi ualuerit impe-
trare, exceptis his, quos sublimissimae administrationis inlustrauit indeptio et quos magistri
equitum ac peditum pompa sublimat: qui tamen omnes in actu ipso positi rei publicae pro-
uiderunt, non hi, quos honorarii tantum nominis suffragia prosequuntur: sub hac uidelicet
definitione, ut, cum semel ad propria uel optata peruenerint, utendae eiusdem euectionis non
habeant facultatem, nisi consulta iterum clementia nostra geminae isdem beneficium detulerit
largitatis, etiam *cum* administratione deposita ad larem proprium reuertuntur. DAT. VI NON.
MART. CONSTANTINOPOLI RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.
a. 384

45 [15]) IDEM AAA. CYNEGIO PPO. Nullus numerum amplius quam singulas uel binas an-
garias secundum prius nostrae praeceptum [16]) serenitatis usurpet. DAT. IIII ID. APRIL. CON-
STANTINOPOLI RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.
a. 384

*R T* (*desinit in* 24 impetrare)

[1]) *pr.* = *Iust.* 12, 50, 9 [2]) cum id tantum nostro numini et tuae sedi nec non uiro illustri magistro officiorum sit reseruandum, cum neque praefecto urbi neque magistris militum neque ducibus neque uicariis nec cuiquam alii praeter memoratas duas potestates hoc a nobis concessum sit *Iust.* [3]) transmissione publicarum functionum *Iust.* [4]) officia *Iust.* [5]) § 1 = *Iust.* 12, 50, 8, *cf. p.* 280 *not.* 1 [6]) sane ut etiam] *Iust.* [7]) deni *Iust.* [8]) singulae etiam redae *om. Iust.* [9]) ex utraque parte *ins. Iust.* [10]) *Iust.* 12, 50, 10 [11]) Grauissimae poenae acerbitate ... quoque publicorum merces ... distrahentis coercitione prohibemus *Iust.* [12]) *exspectes fere* abstineant (*sic Gothofredus*): prospiciant *Mommsen* [13]) post consulatum Richomeris et Clearchi *Seeck Regesten* 72 [14]) *Iust.* 12, 50, 11 [15]) *iunge* 7, 1, 12 [16]) *non extat*

2 usquam] *R*, quam *T* edictis *R* 3 publicus *T* expraesserint *RT* 4 ternore *T* euangandi *R*a, euandi *T* fructiuae *R* aremus *R*a XVII] *R*, XVIII *T* 5 constp. *R*b, conspp. *R*a 9 constitutus *R* 11 possint *R* moderatiu *R*a 13 acer-uitate *R* 15 byrito *R* 16 constan-tianus *R*a (*emend. R*2?) dioceseos *R* 19 abtinentiam *R*a 20 prociant *R*a, prospi-ciant *Mommsen* 23 ricomere et clearco *R* 26 sublimi *scribere coepit*, *mox* sublimat *de-dit R* 28 euectiones *R*a 29 hisdem *R* 30 cum] *scripsi*, cu *R*, si *Cuiacius* 31 ri-comere et clearco *R* 32 numerum *uidetur pro* numerorum *usurpatum* 34 clearco *R*a



46 IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. CYNEGIO [1]) PPO. Diuersorum
officiorum ueterani mancipatum debitum cursui publico repraesentent, etiamsi post contra
uim legis [2]) aliquam indepti sint dignitatem aut per suffragium ad curiarum honorarium patro-
natum aut ad societatem consortiumque Laurentum aut ad decuriae Herculeae suffragium [3])
1 adspirasse doceantu(r). In his uero, qui non terrena, sed caelestia priuilegia quaesiuerunt,
hoc custodiendum esse sancimus, ut, si quemquam ex huiusmodi genere hominum iam tenet
religio sacrosancta eiusque operam non potest accipere mancipatus, facultates memorati cursus
publicus consequatur. DAT. V ID. APRIL. MED(IOLANO) ARCADIO A. I ET BAVTONE VC. CONSS.
a. 385

47 [4]) IDEM AAA. CYNEGIO PPO. Redae mille librarum onus inponi debet, carro sescentarum
nec amplius, addito eo, ut aurum ceteraeque species largitionales non ad libidinem prosecu-
torum uel susceptorum, sed aptis oneri ac ponderi uehiculis deferantur. Quibus utique non
licebit sub capitalis exitii minis quicquam oneris priuati secus quam lex nostra [5]) praescribit
inponere, neque alios mercede subuehendos [6]) uelut proposita licitatione conducere, exceptis
1 his, quos necessitas prosecutionis adiunxerit. Et quoniam ueredorum quoque cura pari ra-
tione tractanda est, sexaginta libras sella cum frenis, triginta quinque uero [7]) auerta non trans-
eat, ea condicione, ut, si quis praescribta moderaminis imperatorii libramenta transscenderit,
eius sella in frusta caedatur, auerta uero fisci uiribus deputetur [8]). DAT. XV KAL. IVL. CON-
STANTINOPOLI ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS.
a. 385

48 IDEM AAA. CYNEGIO PPO. Si aurum sacrarum largitionum uel argentum ad comitatum
nostrum destinatur, una reda quingentis auri libris, mille uero argenti, si uero priuatarum,
1 auri trecentis, quingentis uero argenti lib(ris) oneretur. Sint praeterea duo palatini prosecu-
tores singularum redarum cum tribus serui(s), habentes quinquagenarum librarum auertas et
saga, quibus par erit eos pro itineris necessitate muniri, ita ut, si quid ultra praescribtum
2(1) nostrae serenitatis inuentum fuerit, ad comitatum nostrum protinus dirigatur. Lineae [9]) uel
amictoria, quibus hactenus onerari redae solebant, nec [10]) ulterius redis, sed angariis uel naui-
bus dirigantur, et si alicubi repertae fuerint huiusmodi species, thensauris eius urbis in qua
deprehensae fuerint deputentur, per angarias, ubi facultas fuerit, destinandae: reliquae uero
delicatae uestes, sed et linteamen amictorium nostrorum usibus necessarium redis sub mille
librarum ponderatione mittantur. DAT. IIII NON. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO N. P. ET
EVODIO VC. CONSS.
a. 386

49 IDEM AAA. CAESARIO MAGISTRO OFFICIORVM. Ii qui prouinciis praesunt inspectis euec-
tionibus ex quacumque parte uenientium ad uehiculorum uicem comites quattuor ueredos
cum parhippo, tribunos militum ternos mouere permittant, ceteros domesticos protectores et
agentes in rebus binis uti tantummodo patiantur. DAT. III NON. SEPT. VALENTIAE [11]) TIMASIO
ET PROMOTO CONSS. [12]).
a. 389

*R T* (*fol.* 24 *incipit u.* 34 itum ternos)

[1]) Neoterius *Gothofredus* [2]) *cf. c.* 45 [3]) suffragio *Mommsen* [4]) § 1 = *Iust.* 12, 50, 12 [5]) *non extat* [6]) neque aliorum merces mercede subuehendas? [7]) triginta quinque uero] sexaginta itidem *Iust.* [8]) exceptis auri centenariis, quae necesse est ab hippocomis in solitis sacculis reportari *addit Iust.* [9]) lintea? *Mommsen* [10]) ne (*Gothofredus*)? [11]) Melantiade *Gothofredus* [12]) *Caesarius mag. off. sub Theodosio et locus ducunt ad a.* 386, *cf.* 11, 1, 22. 12, 1, 113

1 ualen.t.ianus *R sic* nynegio *R* 2 re-praesent *R* 3 legis] *Cuiacius*, lelis *R* 5 ce-lestia *R* 7 sacrosancteiusque *R* accepere *R*a 11 lituidinem *R* prosecutorum] *Cuiacius*, proseculorum *R* 15 adiuncxerit *R* 16 tractanda *R*a 18 frustra *R cum libris Iust.* 21 quinquentis *R*a 24 praescrib-tum] *Gothofredus*, perscribtum *R* 26 ac-tenus *R* 27 huiusmodis *R*a 28 depra-e-hensae *R* 29 amictorium] *Cuiacius*, amic-torum *R* usibus] *R*b, ubus *R*a 30 consp. *R*a, constp. *R*b 32 hii *R* 35 uinis *T* ualentinae *R*a

50 [1]) IDEM AAA. PPO. Non patimur hippocomos per eos qui ueredis uterentur indigna spo-
1 liatione uexari, si quidem nonnulli ueredarii saga eorundem dicantur auferre. Quocirca per
omnes iudices et curiosos miserabilis remoueatur iniuria, scientibus cunctis, quod, si obser-
uata non fuerit nostra sanctio, non solum damna resarcire, uerum etiam notam et multam
qui neglexerit subire cogetur[2]), ut his retentis, qui fuerint detecti hippocomis saga abstu-
lisse, super eorum nominibus ad nostram clementiam referatur. PP. XV KAL. IVL. TRIVERIS
VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS. a. 390

51 [3]) IDEM AAA. [4]) POTAMIO PRAEF(ECTO) AVG(VSTALI). Publici cursus exhibitio antiqua
ex consuetudine inducta curialibus uiritim per curias debet pensata locorum hominum facul-
tatum qualitate distribui[5]). DAT. III KAL. AVG. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. II ET RVFINO
CONSS. a. 392

52 [6]) IDEM AAA.[3]) RVFINO PPO. Faciendarum euectionum licentiam in excidium publici
cursus a comitibus Aegyptiaci limitis usurpatam sublimis magnitudo tua auctoritate huius
legis inhibebit. DAT. VII KAL. AVG. CONSTANTINOPOLI DN. THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO
VC. CONSS. a. 393

53 [7]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. DEXTRO PPO. Quia conperimus quosdam animalia
publica subtraxisse, ea per inquisitionem mulionum et mancipum uolumus redhiberi: adque
ideo per muliones et mancipes, nisi animalia perducta fuerint, diligenti inquisitioni et plenae
cognitioni locus non negetur, et cum manifesta ratione deprehenderit inlicita usurpatione cur-
sum publicum fuisse uexatum, in quadruplum superductorum animalium pretium inferri cen-
1 semus. Et ne idem etiam in futurum admittatur, praecipimus, ut, si qui uel per unam mu-
tationem ueredum mulamue aut bouem[8]) superducendum esse crediderit, memoratam fisci ui-
ribus[9]). DAT. XV KAL. APRIL. MEDIOLANO OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

54 IDEM AA. DEXTRO PPO. Meminimus euectiones inlustribus uiris honori potius quam
usui detulisse. Ne igitur cursus publicus pereat, hac lege sancimus, ne quis sibi deinceps
cursum publicum priuatus usurpet, nisi cum aut a nobis euocatur aut a clementiae nostrae
1 ueneratione discedit. Si quis ergo posthac contra uetitum sibi cursum publicum inlicita te-
meritate praesumpserit, motum in se nostrae mansuetudinis excitabit. ET CETERA. DAT. VI
KAL. MAI. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

55 IDEM AA. FLORENTINO PV. Duorum ueredorum euectiones te praesumpsisse propria
relatione signasti. Cuius facti ueniam indulgemus, sed nihil tale posthac nec usurpari uolu-

*RT*

[1]) *Iust.* 12, 50, 13 [2]) uel praecidere *addit Iust.*: *datam esse ad ppo. Galliarum subscriptio docet*: *u. i.* [3]) impp. Theodosius et Honorius AA. *requiritur* [4]) *Iust.* 12, 50, 14 [5]) Publici cursus exhibitio secundum locorum consuetudinem uel curialibus uel cohortalibus debet committi uel his, qui suo periculo ab eminentissima praefectura sub competenti cautela excipiunt *Iust.* [6]) *iunge* 13, 3, 15 [7]) § 1 *inde a u.* 21 si = *Iust.* 12, 50, 15 [8]) mulame aut bouem *om. Iust.* [9]) in quadruplum superductorum animalium pretium fisci uiribus inferat *Iust.*

1 ppo.] *RT*, floro pp. *Iust.* (*O*) hippocomos] in hippoc. *R*, ippoc. *T* ueredes *R* 2 nonnullis *R* ueredaris ***(aga) *T* eorum *Iust.* 3 miserabiles remoueantnr *T* 4 nostri *R* uerum *bis R* 5 quod] ut *Iust.* (*KI*), *om. Iust.* (*O*) qui] *R*, que *T* necglexerit *R* cogatur *T* 6 defertur *T* 7 neotherio *T* 8 praef. aug. *R*, pffo augli *T* 9 consuetudine] *R*, [con]ductione *T* 10 constantinopoli] *R*, *dm. T* a *om. T* 12 excidium] *R*, exci*** *T* (*non* excidium) 13 a *om. T* aug.] *T* cum 13, 3, 15, april. *R* 14 dn. theod.] *R*, *om. T* 15 uc.] *R*, *om. T* 16 nonperimus *R*ᵃ 17 mulonum *T* 19 licita *T* 20 [fui]sses *T*ᵃ superdictorum *R*ᵃ 21 ne] *R*, *om. T* quis *Iust.* uel *om. R*ᵃ unum *R*ᵃ mutationem] *R Iust.*, notationem *T* 22 aut] *T*, at *R* 23 mediolano] *R*, med *T* prouino *T* 24 meminimus] *R*, meminisse *T* uiris] *R*, *om. T* honeris *T* 26 priuatos *R* aut a] alta *T*, aut *R* euacuatur *T* 27 beneratione discendit *T* 28 excitauit *T* 30 florentio ppo. *T* *in T, qui usque ad c.* 39 *cum numeris editionis consentit, c.* 55—59 *praemittuntur numeri* LIII—LVIII euectioneis *T* 31 ueniam] *R*ᵇ, ***m (nomin.?) *R*ᵃ indulgimus *T*



mus nec licere. DAT. XII KAL. MART. MED(IOLANO) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.
a. 396

56 [1]) IDEM AA. SIMPLICIO MAGISTRO MILITVM. Sufficiunt iudicum potestatibus euectiones,
quas a nostra serenitate uel sede inl(ustrium) praefectorum necessitatibus publicis accipiunt
1 seruituras. Insignis igitur auctoritas tua statutis nostrae clementiae sibi faciendarum euectionum
usurpatam licentiam negatam fuisse cognoscat: tunc namque metu praeceptum custodire oportet
2 iudices inferiores, cum cognouerint a potioribus custodiri. Si uero posthac eadem culpa per-
manserit, in officium auctoritatis tuae graui supplicio uindicabitur. DAT. XV KAL. IAN. CON-
STANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

57 IDEM AA. REMISTHEO DVCI ARMENIAE. Repetitia lege sancimus, ne experientiae tuae
post hoc prorsus sit licentia aut euectiones facere aut sine euectionibus nostris facultatem
1 cursus publici uindicare. Cuius rei temeritatem si posthac laudabilitas tua crediderit esse
repetendam, scias a te X lib(ras) auri, X etiam ab officio quod tuis iussionibus obsecundat
protinus exigendas: his[2]) tantummodo utendi cursus publici facultate concessa[3]), qui legati
de diuersis gentibus ad nostram clementiam properare festinant. DAT. VI KAL. MART. CON-
STANTINOPOLI CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

58 [4]) IDEM AA. VINCENTIO PPO. Si quis mulionem mutationibus deputatum uel sollicita-
tione uel receptione subtraxerit, per singula capita humana X libras argenti inferre cogatur[5]).
Et ne sollicitatoribus et occultatoribus sit ullum in aliqua excusatione perfugium, nec mutari
quemquam per conpensationis simulationem uel absolui sub aetatis aut debilitatis alicuius
2 obtentu licebit. Ideoque iudex, qui sibi hoc uindicauerit, ut seruum publicum liberet, unam
lib(ram) auri per homines singulos, officium quoque eius, si legem supprimendo consenserit,
3 simili poena multetur. Haec in futurum mansuetudo nostra constituit: in praeteritum autem
hoc statuisse sufficiat, ut, si muliones publici repperti fuerint, licet senes aut debiles, cum
uxoribus suis et omni peculio adque agnatione retrahantur. ET CETERA. DAT. XII KAL. MART.
MED(IOLANO) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. a. 398

59 [6]) IDEM AA. MESSALAE PPO. Si quispiam paraueredum aut parangariam non ostensa
euectione, quae tamen pro publica facta sit necessitate, praesumpserit, periculo curatoris siue
defensoris et principalium ciuitatum ad ordinarium iudicem dirigatur, singulas lib(ras) auri per
1 singulos paraueredos uel parangarias fisci uiribus inlaturus. Qua in parte si rector prouinciae
adque officium eius conludium praebere uoluerit, duplum ex suis bonis nouerit exigendum.
DAT. XV KAL. DEC. STILICHONE ET AVRELIANO CONSVLIBVS a. 400

*R*`*T* (*desinit u.* 28 fact): *c.* 59 *integram tradit Br.* (*NMGE*).

[1]) *fortasse iungenda est* 6, 4, 28 [2]) § 1 *inde a u.* 14 his = *Iust.* 12, 50, 16 [3]) facultas concessa est *Iust.* [4]) *pr.* = *Iust.* 12, 50, 17: *iunge* 7, 14, 1 [5]) Nemo mulionem m. d. uel per sollicitationem uel per receptionem subtrahere audeat, decem libras argenti poenae nomine inferre reformidans *Iust.* [6]) *cf. not.* 1

3 simplicio] simulicio *T* 4 a *om. T* sede] *R*, rede *T* 5 seruitaras *R* tua]**a *R*ᵃ? (*Mommsen*) statutis] ***utis *R*ᵃ? 6 usurpata *T* tunc] *R*, tum *T* namque] numqua *R*ᵃ 7 cognouerit *T* custodiri sintue—hac (sint uero posthac?) *T*, cosdirin (*uel* cusdirin) uero posthac *R* 8 XV] *R*, V *T*, X 6, 4, 28 10 armoeniae *T* 11 prossus *T* 13 etiam] *R*, iam *T* 14 exigenda *R* ligati *R* 15 gentibus] *Iust.*, generibus *R*, legibus *T* VI] *T*, V *R* 18 X] *R*, decem *T* 19 in aliqua] in aliqua in *T* 20 [simu]lationis *T* debitatis *R* 22 legem] legem gesserit *T* 24 repperti *R* 25 XII] XI 7, 14, 1 26 a.] aa. *T* et eutychiano] eucherio *T* 27 idem aa.] *RTE*, imp. constantin. a. *M*, impp. arcad. et honor. ac. *NG* missale *NG* per a[ngari]am *TG*, parangaria *N* 28 effectione *N* necessitatem *N* periculum *N*, id periculo *G* sine defensoris *bis R*ᵃ 29 principalium cipalium *R* 30 paraueredus *E*ᵃ, ueredos *M* perangarias *G* inlaturos *RNGE* 31 ex bonis suis duplum *G* uoluerint *G* exegendum *R*ᵃ 32 auriliano *NG*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

HAEC LEX INTERPRETATIONE NON INDIGET [1]).

60 [2]) IDEM AA. MESSALAE PPO. Animalia publica dum longe maiore ac periniquo pretio
1 pabula aestimantur per mancipes adque apparitores, aperte uexantur. Ne id contingat, subli-
mitas tua disponat, ut neque pabula mutationibus desint neque prouinciales ultra quam iusti-
tiae sinit ratio praegrauentur. DAT. V KAL. DEC. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO
CONSS. a. 400

61 IDEM AA. VINCENTIO PPO. Macrobium inlicita praesumptione euectiones fecisse constitit [3]),
1 cum necessitas publica non flagitaret, quique multam temeritatis excepit. Ne autem idem
in futurum contingat, sublimitas tua uicarios admonebit atque eorum officia interminatione
proposita, ut ab huiusmodi usurpatione nouerint abstinendum. DAT. V ID. DEC. MED(IO-
LANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

62 IDEM AA. CAESARIO PPO. Usurpationem cursus publici penitus iussimus amputari, sci-
licet ut excepta magnitudine tua praesumendi uelocis et clabularii cursus nullus habet pote-
1 statem. Quod si quis iudicum uel contemptus uel ignorantiae uitio scita nostri numinis te-
meranda censuerit, unium [4]) quoque officium quod ei paret sciat se triginta lib(ris) auri esse
multandum. DAT. III NON. FEB. CONSTANTINOPOLI VINCENTIO ET FRAVITO CONSS. a. 401

63 [5]) IDEM AA. PROVINCIALIBVS PROVINCIAE PROCONSVLARIS. Quoniam multos perspeximus
inlicita praesumptione parauereдos uel parangarias postulare, hac lege sancimus, ut nulli dein-
ceps usurpandi licentia concedatur, nisi in causa publica uel manifestis euectionibus destinato.
Si quis contra fecerit, una lib(ra) auri multetur. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. APRIL. ME-
D(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS. a. 401

64 [6]) IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. SEPTIMINO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE).
Comperimus prouinciales et pabula et pecuniam pro equorum cursualium sollemni ratione
1 conferre et extrinsecus [7]) parauereдorum onere praegrauari. Prouinciarum igitur rectores pro-
curent, ne umquam cursus publicus ueniat in querellam et occasio deceptionis curiales [8]) ani-
malia indebita praestare conpellat. DAT. VII KAL. APRIL. RAV(ENNA) DN. THEODOSIO A. I ET
RVMORIDO CONSS. a. 403

65 IDEM AAA. HADRIANO PPO. Per stationes singulas idoneos mancipes uolumus conlocari,
amotis ne deinceps usurpantium praesumptionibus adteratur. DAT. IIII KAL. MART. ROM(AE)
HONORIO A. VI ET ARISTAENETO CONSS. a. 404

66 [9]) IDEM AAA. ANTHEMIO PPO. Nemo ducum ingressus semel prouinciam suam post-
modum itineribus faciendis cursu adque angariis ipse siue suum utatur officium, sed expe-
1 ditionem militarem iumentis propriis exsequantur. De cohortalinis etiam officiis eadem lege
sancimus, ne quis ex his per prouinciam suam discurrens ueredo uti conetur in posterum,
2 cum sacra prohibitum sanctione cognoscant. Quod si quis ducum uel apparitorum uel cohor-

*R T* (*incipit u.* 14 q[ue] offi[ciu]m, *desinit in* 29 praesumptionibus)

[1]) *in E haec interpretatio extat*: Si quis ueredum aut parauereдum aut parangariam non ostensa publica euectione presumserit, singulas libras auri per singulos ueredos siue parauereдos uel parangarias detentus a principalibus uel defensoribus et a iudice ciuitatis fisci uiribus cogatur exsoluere: et si iudex ille, defensor uel principales aliquo conludio quae sunt praecepta implere uel exigere fortasse neglexerint, de suo proprio quae exigere praesumptorem noluerunt, in duplum fisci uiribus reddantur [2]) *Iust.* 12, 50, 18: *iungendae sunt* 1, 5, 13. 2, 14, 1. 10, 3, 5. 11, 26, 2, *fortasse etiam c.* 59 [3]) *cf.* 16, 10, 15 § 1 [4]) *expectes fere talia* grauissimam nostrae auctoritatis coercitionem incurret, una [5]) *iunge* 7, 4, 26. 11, 1, 29 [6]) *Iust.* 12, 50, 19: *iunge* 13, 1, 19 [7]) etiam *ins. Iust.* [8]) uel prouinciales *ins. Iust.* [9]) *Iust.* 12, 50, 20

5 v] XV *Iust.* (*Cui.*) *cum c.* 59 11 auriliano *R* 12 paenitus *R* 13 clabulariis *R* 14 ignorantie *R* 15 scita] si ita *R*a parit *T* ***ta *R* 16 constantinopoli] *R*, *om. T* 21 uicentio *R*a (*emend. man. altera ?*), uinc. *T* 22 arcadius] arcadius et *R*a septimino] *R cum* 12, 6, 29, septimio *T cum* 13, 1, 19, septimo *Iust.* (*O*) 23 ecorum *T*, eoquorum *R* cursualim *T* 24 et *om. R* 25 quaerellam *R*, quaerelam *T* decepotiones *T* curialis *R* 26 prestare *R* dn. *om. T* 28 per] *T*, pre *R* 29 amoti]ne *T*, amotis *R*: *expectes* amotis minus aptis, ne cursus publicus *uel similia* ne] *T*, *om. R* 30 aristeneto *R* 32 suum] *Iust.*, suam *R* 33 exequantur *R*a



talium temerario animo ea quae decernimus contemnenda putauerit, per singula animalia qui-
bus usus fuerit singularum librarum auri inlatione multabitur. DAT. IIII NON. AVG. CONSTAN-
TINOPOLI DD. NN. HONORIO VII ET THEODOSIO II AA. CONSS. a. 407

## VI DE TRACTORIIS ET STATIVIS [1])

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD RVFINVM PPO. Nemini ex his, qui ex ca-
strensibus muniis absoluti ad domum redeunt post labores, tractoria praebeatur a sacro sepa-
rata iudicio, sed unusquisque in epistulis nostris, quibus ad aeui reliqui testimonium singulos
1 sequimur [2]), uiaticum conficiendi itineris consequatur. Hanc igitur sanctionem sinceritas tua
congrua auctoritate custodiat, ac si quando aliquis ex hoc genere hominum annonas popo-
scerit, imperialibus litteris sua subscriptione subiecta modum debitae praebitionis impertiat.
Sed ne quis, ut hactenus factum est, quas superfluas impetrauerit, largiatur aut uendat, ne
quis ad quaestum de hac erogatione capiendum ulterius [3]) nomen opponat [4]). EMISSA SVB DIE
VIII KAL. FEB. ROM(A) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. [5]) a. 368

2 [6]) IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO PPO. Tractoriae cum statiuis
solitis bidui tantummodo tempus accipiant. Nulli uero penitus cum necessariis [7]) praebeantur
nisi his tantummodo, qui animalia atque equos sacro usui necessarios prosequuntur: ita tamen,
ut his dimissis in tractoriarum corpore praefinitus [8]) quinque dierum numerus adscribatur, ut
nullus ultra hoc temporis spatium ad residendum in quo libitum fuerit loco copiam nanci-
scatur. DAT. VII KAL. SEPT. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS. a. 392

## VII DE DIVERSIS OFFICIIS ET APPARITORIBVS ET PROBATORIIS EORVM [9])

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD VERSENNIVM FORTVNATVM CONSVLAREM AQVARVM. Promo-
tionis ordo custodiendus est, ut primus in officio sit, qui prior fuerit in consequendo beneficio
principali. DAT. VIII ID. MART. THESSAL(ONICA) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.
a. 315

2 IDEM A. AD PHILIPPVM PPO. [10]) Officiales, quos ex diuersis officiis ex protectoribus
epistulas impetrasse constiterit, pristinae reddi iubemus militiae. DAT. III NON. NOV. ARELATO
CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS. [10]) a. 326 ?

3 [11]) IMP. CONSTANTIVS A. AD SILVANVM COM(ITEM) ET MAGISTRVM MILITVM. POST ALIA:
Uniuersi officiales diuersorum officiorum, qui ex protectoribus epistulas meruerunt, officiis pri-
stinis militiaeque reddantur nec opponant quaesitae sibi uocabulum dignitatis. DAT. VI KAL.
IVN. SIRMI LIMENIO ET CATVLLINO CONSS. a. 349

*R T* (*incipit u.* 9 ex hoc)

[1]) *Iust.* 12, 51 [2]) prosequimur *Gothofredus* [3]) alterius (*Cuiacius*)? [4]) apponat *Haenel* [5]) post cons. Val. et Val. AA. *Seeck Regesten* 71 [6]) *Iust.* 12, 51, 1 [7]) sibi personis *addit Iust.* [8]) praefinitus *om. Iust.* [9]) *cf. Iust.* 12, 59 [10]) *c.* 2 *Constantii esse et ad annum* 353 (Constantio A. VI et Constantio Caes. II conss.) *pertinere, quo Constantius Arelati moratus est, uidit Gothofredus: Philippus ppo. occurrit annis* 346—349 *et uidetur errore insertus esse* [12]) *iunge* 7, 1, 2

10 subscriptione subiecta] *RT*b, subiectione subscriptione *T*a debetae *R*a 11 actenus *RT* 12 hac] hae *R* emissa] *T*, missa *R* sub die] sud. *T* 15 paenitus *R* 16 sacros *T* prosecuntur *R*, persecuntur *Iust.* 17 praefinitis *T* 18 ultra] *R Iust.* (*I*), intra *T Iust.* (*KO*) 10 VII] *R*, VI *T* 22 a.] aa. *R* 24 thessall. *RT* 26 filippum *T* 27 arellato *T* 28 constantino] *R*, const. *T* caes.] *R*, c. *T* consulibus *R* 29 constantinus *T* militium] mil. *T*, mil. ac *R*, equitum et peditum 7, 1, 2 31 militiaequae *T* 32 sirmi] *R*, sir *T*, sirmio 7, 1, 2 catullino] *R*, catulino *T*

4 [1]) IDEM A. AD VV. CC. PPO. POST ALIA: De cohortalibus adque magistrorum equitum et peditum officialibus iubemus, ut minime de cetero ad adorandam purpuram nostram ueniant, nisi si sub armis militiam tolerauerint et omnibus expeditionibus adfuerint. DAT. PRID. ID. MAI. CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE *II* CAESARE CONSS.

a. 354

5 [2]) IDEM A. AD PPO. POST ALIA: De chartulariis magistrorum equitum et peditum si
1 quis post XXV annos obnoxius curiae fuerit reppertus, habeat priuilegium militiae. Omnes autem, qui probati fue[r]int quacumque ratione uel quocumque tempore [3]), perseuerent [i]n militia, ii dumtaxat qui ministeriales et paedagogiani et silentiarii et decuriones existunt, ita ut post quindecim annos minime ab aliquo inquietentur. ET CETERA, DAT. XV KAL. IVN. CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE CAES. II CONSS.

a. 354

6 [2]) IDEM A. AD PPO. POST ALIA: De largitionalibus comitatensibus et officialibus rationalis rerum priuatarum custodiri praecipimus, ut post uiginti et quinque annos ad curiam minime reuocentur. Hoc idem de officialibus praefectorum uicariorum obseruari sanximus.
1 De primipilaribus uero, quia cursum exhibent, anni decem obseruandi sunt. Officiales enim p(raefecti) urbi propterea, quod non exhibent primipili pastionem, post uiginti quinque annos minime persequantur. Quod sane ad logografos pertinet, prius promulgatam legem [4]) firmam esse uolumus. DAT. PRID. NON. OCT. CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE C. II CONSS.

a. 354

7 [5]) IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. [6]) AD TAVRVM PPO. Instaurata necessaria sanctione id uolumus de cetero custodiri, ne ullus quemquam iudicum probare [7]) audeat uel pro-
1 uehere. Excipimus tamen officia [8]) cursus publici sollicitudinem sustinentia: nec enim tanto
2 mumeri adminiculum denegari publica permittit utilitas [9]). Quae cum ita sint, ceteris officiis uniuersis eique, quod paret laudabili prudentiae tuae, nullus nisi nostro existente statuto debebit adscribi. DAT. VI KAL. IVN. MED(IOLANO) ACC. [10]) VIII ID. IVL. DATIANO ET CEREALE CONSS.

a. 358

8 [11]) IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM PPO. Praefecturae cornicularios, qui annis singulis ex numero deputatorum [12]) exeunt, post transactos corniculos nostram adorare purpuram uolumus: quo honore perfunctis, cum iam missionem tenuerint, liberum otium damus, ut ad susceptionem uel cuiuslibet necessitatis officium qui ex corniculario adorauerint [13]) minime deuocentur. Haec igitur missio ea habeat priuilegia, quae ueterum principum sanctiones habere constiterit [14]). DAT. III KAL. FEB. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

a. 365

---

*R T*

[1]) *fortasse iungendae sunt* c. 4—6 *et* 6, 27, 1 (VIII id. Mart.) 8, 4, 5 (prid. non. Mai) [2]) *cf. not.* 1 [3]) *nonnulla uidentur intercidisse* [4]) *non extat* [5]) *Iust.* 12, 57, 2 [6]) *requiritur* imp. Constantius A. et Iulianus C. [7]) Nullus iudicem quemquam sine sacra probatoria audiat *Iust.* [8]) prouincialia *inserit Iust.* [9]) § 2 *om. Iust.* [10]) Iun. acc. Med. (*Gothofredus*)? [11]) *pr.* = *Iust.* 12, 52, 1: *iunge* 12, 1, 70 [12]) ex numero deputatorum *om. Iust.* [13]) qui ex corn. adorauerint *om. Iust.* [14]) constituerint?

---

1 a.] aa. *R* (*non* $R^a$) māgrum aequitum *T* 3 si] *R*, *om. K* adfuerunt *T* II] I *R*, *om. T* 5 cartularis *T* aequitum *T* 6 obnoxios *T* reppertus *R* omnes] *T*, et omnes *R* 7 probati ... perseuerent] *T*, probauerint (*reliquis omissis*) *R* 8 militia hii] *R*, militiam *T* et] tt $R^a$ pedagogiani *T*, dagogiani *R* decuriones] *R* $T^b$, duceuriones $T^a$ 9 ab *om. T* 10 constante] *T* II] *T*, *om. R* 11 rationalis] *Gothofredus*, rationales *R* 12 praecepimus *R* ut] *R*, ut siquis *T* uig. et quinque *R*, XXV *T* 13 sanximus] *R*, sancimus *T* 14 quia] *R*, qui *T* enim] *R*, etenim *T* 16 minimer *T* 17 constantio] *R*, const. *T* 18 constantius] *R*, constānūs (= constantinus) *T* constans] *R*, grat. *T* 20 publicus sollicitudine *T* publici *T* 21 sunt *T* officis *T* untuersis *R* 23 iun.] *T*, ian. *R* 25 et *om. R* 28 adorauerunt *T* 29 ea habent] *R*, *** (*uel* **) habeat ea *T* ueteranum *T* principium *R* 30 ualentiniano *om. T*



9 IDEM AA. AD GERMANIANVM PPO. Qui de ordinariorum officiis iudicum uel amplitudinis tuae, exceptis his qui cornicularii honore perfuncti sunt, uel his qui secundum legem purpuram nostram adorarunt, inter protectores domesticos uel scholares militant, ad eius quod declinare temptarunt muneris functionem et ad necessitates constringantur mancipatus. DAT. VII ID. APRIL. REMIS GRATIANO ET DAGALAIFO CONSS.

a. 366

10 IDEM AA. [1]) AD VIVENTIVM PPO. Probabile et celebrandum tuae sinceritatis examen lege firmamus, quod ex officio tui culminis iners uulgus eiecisti et indignos militia diuersis
1 iussisti inhaerere muneribus. Ideoque nulli eorum, quos inl(ustris) praestantia tua propositis
2 publicauit edictis, habendi uel adipiscendi gradum alterum sit facultas. Quin etiam si quis de his umquam interdictam adfectauerit dignitatem, iniecta manu a quocumque rectore retrahatur, ut a condicione sententiae non recedat. DAT. XVI KAL. IVN. CONPLATI VALENTINIANO N. P. ET VICTORE CONSS.

a. 369

11 [2]) IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. SEVERO MAG(ISTRO) MILITVM. Si quando praefectus praetorio uel uicarius aut rector prouinciae significauerit eum, qui chartis ac ratiociniis publicis inuenitur obnoxius, ad praeposituram castri ac militum transisse, retractus illi adsignetur officio, a quo ad necessitatem praestandi ratiocinii deuocatur: tamen [3]) in reiecti uero locum is potissimum destinetur, cui meritorum adstipulentur insignia. DAT. X KAL. IAN. GRATIANO A. II ET PROBO CONSS. EMISSA AD MAGISTROS MILITVM ET COMITES ET DVCES OMNES [4]).

a. 371

12 [5]) IDEM AAA. AD IVLIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Nullum militem a quolibet numero ad stationes agendas per consulares [6]) Byzacenam et Tripolitanam prouincias destinari iubemus, sed probati in obsequiis praesidalibus, eius officii in quo parent uocabulo censeantur,
1 nec quicquam his sit cum armatae militiae nuncupatione commune. Sed et [7]) si quis forte ex his, qui in legionibus uel in numeris deputentur, gestandis armis idoneus sit, qui tamen pastui primipili neutiquam obnoxius detegatur, ei cui [8]) adscribtus est militiae indubitanter iungatur. DAT. III KAL. IVN. [9]) NASSONACI. ACC. VI KAL. DEC. MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

a. 372

13 [5]) IDEM AAA. AD ROMANVM COM(ITEM) AFRIC(AE). Numquam officiales iudicum in quolibet militum numero deputentur; probatos enim eius officii in quo parent appellatione con-
1 gruit nominari. Si qui sane in quolibet numero ex apparitoribus praesidentium nunc repperientur adscribti neque pastui primipili deteguntur obnoxii, hique armis gestandis pro statura ac robore corporis idonei sunt, reuocentur ad numeros, quibus de more hactenus deputati sunt. DAT. III KAL. IVL. MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

a. 372

14 [10]) IDEM [11]) AAA. TATIANO COM(ITI) S. L. Nullus thensaurensis uel officialis comitis thensaurorum semel deprehensus euersor quocumque pacto aut repetat militiam suam aut
1 aliam sibi requirat per ambitum dignitatem uel sese transferat ad aliam quamcumque mili-

---

*R T*

[1]) *desideratur Gratianus* [2]) *Iust.* 12, 59, 1 [3]) tamen *om. Iust. recte* [4]) emssa ... omues *om. Iust.* [5]) *c.* 12 *et* 13 *eodem die datae* (*cf. not.* 9) *argumento inter se cohaerent* [6]) per proconsularem? [7]) et *del.* (*Gothofredus*) [8]) de more hactenus *inserit Mommsen* [9]) *Iul. c.* 22 *recte* [10]) *pr.* = *Iust.* 12, 23, 2 [11]) *requiritur* imppp. Valens Gratianus et Ualentinianus

---

1 ornariorum $R^a$ 2 qui *om. T* 3 adorauerunt *T* protectores $R^a$ 4 tem[p]tauerunt *T* necessitatem con[—]gatur *T* 7 egecisti *T* 8 inherere *RT* 10 dignitatem ... retrahatur (retrahantur *R*) *om. T* 11 recedant *Cuiacius* XVI] *R*, XV *T* conplati... 12 uictore] *R*, constp. ua(lentini)ano et ualente 13 aa. *T* imppp. grat. ual. et ualentianus aaa. seu. *T* 14 uicarius] uīc *uel* ** ūic. *T* cartis *T* 15 ratiociniis ... praepositurani] *RT*[2] *Iust.*, raram $R^1$ retractatus *T* 16 praetandi $T^a$ (*uel* $R^1$) 17 loco *R* his *T* 18 II] *R*, V *T* emensa *R* 22 obsequis *R* 25 obnoxium *R* detegitur *T* indubitantur *T* uingatur $R^a$ 26 nassonaci] *R*, onnaci *T* 27 com. *RT* afric. *R* 30 hique] *R*, hiiquae *T* mori *T* actenus *RT* 33 tatiano] *Iust.*, tatianus *T*, titiano *R* officiales comites *T* 34 depraehensus *RT* 35 quocumque $R^a$ ambitu *T* sese] sene *T* militiam] pacmilitiam *T*

tiam. Sed neque ii, qui nuper thensaurorum custodiam susceperunt, scriniarii etiam comitum thensaurorum uel ceteri thensaurenses alterius militiae sperent se occasione defendi uel ad honores aliquos dignitatesue transire, sed ea perpetuo tenendos esse militia, qua sunt a principio mancipati. DAT. VIII KAL. FEB. ANTIOCHIAE GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS. a. 377

15 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SYAGRIVM PV.[1]). Qui abhinc quinquennio, desertis propriae apparitionis obsequiis, in ordines indebitos euolarunt, pristinis officiis reddantur. ET CETERA. DAT. VII ID. OCT. SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS. a. 381

16 [2]) IDEM AAA. ET ARCADIVS A. AD PRINCIPIVM PPO. Praeter eos, qui de officio eminentium potestatum numero stipendiorum et curriculis euolutis, urbique praefecti, uicariae etiam potestatis[3]) serenitatis nostrae annis singulis adtingere purpuram uenerarique praecepti sunt, nulli prorsus uel ex eo numero uel illorum certe[4]), qui prouincialia officia peregerunt, tranquillitatis nostrae muricem adorare sit liberum, omnium suffragiorum obreptione cessante. 1 Adeo autem uuumquemque ea, quibus uel sponte initiatus est uel suorum retinetur consortio maiorum, non sinimus ciuilium officiorum sacramenta defugere, ut etiam ad palatina hos adque agentum in rebus transire uetemus officia, nisi omnibus expeditis, quae eorum peragi poscit 2 ordo militiae. Si quis igitur ea quae sunt salubriter cauta uiolarit, non solum se ilico sciat esse retrahendum, uerum etiam bonorum media parte multandum ac mancipatus statim muneri subiugandum, ita ut per hoc tempus, quod hac lege praescribtum est, istius functionis muneri 3 se norit esse subdendum. Omnes itaque iudices ciuilis arbitrii tua magnificentia moneat curam his oportere inesse quam maximam, ne quis apparitionis propriae desertorem ad indebitam adspirare patiatur. Retrahi enim oportet contumacem ac legis laqueis inplicari. DAT. XIIII KAL. OCT. AQVIL(EIA) ARCADIO A. I ET BAVTONE VC. CONSS. a. 385

17 [5]) IDEM AAA. AD PRINCIPIVM PPO. Exceptores omnes iudicibus[6]) obsequentes, qui nec militiam sustinent[7]) neque a fisco ullas consequuntur annonas, absque metu nauare[8]) coeptis operam, etiamsi decuriones sint, minime prohibemus, dummodo munia propriae ciuitatis agnoscant et peracto secundum morem exceptionis officio ad propriam sibi curiam redeundum esse non nesciant. DAT. IIII ID. DEC. AQVIL(EIA) ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS. a. 385

18 [9]) IDEM AAA. ET ARCADIVS A.[10]) AD EVSIGNIVM PPO. Nullus ex his, quos claruerit militia resolutos, indebita denuo sacramenta[11]) suscipiat. Si quis autem id per obreptionem forte meruerit, quinque librarum auri multetur incommodo. DAT. PRID. ID. IVL. MED(IOLANO) HONORIO NP. ET EVODIO CONSS. a. 386

19 [12]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FLORENTINO PV. POST ALIA: Cuiuslibet iudicis apparitores, inter quos etiam praefectianos locamus, ad quamcumque aliam militam uel palatinam uel militarem ambiendo transierint, retrahendi hos copiam illis quos deseruere tribuimus, ita ut uilissima quaelibet officia ac mancipatus quoque, si modo ab his cui nati sunt ordo

---

*R T*

[1]) ppo. (*Gothofredus*)? [2]) *pr.* = *Iust.* 12, 53, 1: *iungenda* 1, 2, 9? [3]) uic. etiam potestatis *om. Iust.* [4]) uel ... certe] eorum *Iust.* [5]) *Iust.* 12, 49, 5 [6]) prouincialibus *inserit Iust.* [7]) qui nec cohortalem militiam sustinere uidentur *Iust.* [8]) dare *Iust.* [9]) *Iust.* 12, 59, 2 [10]) Imppp. Gratianus Valentinianus et Theodosius AAA. *Iust.* [11]) sine augustis adfatibus *inserit Iust.* [12]) § 1 = *Iust.* 10, 32, 48: *iunge* 2, 20. 6, 14, 2. 12, 1, 153—156 *Iust.* 3, 23, 1

---

1 hii *RT* thesaurorum *T* 2 thesaurorum uel cetheri *T* defensi *T* 4 anthiociae *R* 8 aaa. et arcad. a.] *T cum Iust.* (impppp. grat. ual. theod. et arc. aaaa.) aaa. *R*, *cf. c.* 17 *et* 18 9 eolutis *R* 10 uenerariquae *T*, uerarique *R*a 11 eo *om. T* tranquillitates *R* 13 ea] mea *T* 15 uetemus] uetemus ne (e *deletum*) *T* quae] que *T* pascit *T* 16 ea *bis T in transitu a pagina in paginam* uiolaret *R* 18 numeri *T* 19 ciuilis] *T*, ciuiles *R* 20 maximam] *R*, maxime *T* indebitum adspirasse *T* 21 centum|acem *T* leges *R*a inpleri *T* 23 idem aaa. et arcadius a. principio pp. *Iust.* 24 metu] militia metu *T*a 25 sunt *T* propria *T* 26 peractos secundum *T* 27 IIII] III 11, 16, 17 29 militia resolutos] *T Iust.*, militare solutus *R* 31 np.] *T*, nb. p. *R* euuodio *R* 32 florentio *R*a iudices *T* 34 transirint *T* hos] ho *R*a deseruet *T* 35 offici ac *T*a



1 exegerit, administrent. In quorum idem seruandum, quod in curialium successione decernimus, ut etiam si patres haec fugerint[1]), teneatur agnatio. ET CETERA. DAT. XII KAL. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS. a. 397

20 [2]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. GRACCHO PV. Quicumque apparitores ob culpam uel neglegentiam fuerint iudicato distincti, ad nullam militiam adspirandi habeant facultatem nec ex rescribto his ullus aditus reseretur, quos congruit poenae grauissimae subiugari, si contra inhibita quoque sacratissimis constitutis adspirare praesumpserint[3]). DAT. VIII KAL. AVG. RAV(ENNA) DD. NN. HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

21 [4]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HIERIO PPO. Nemo aliter ad tuae sublimitatis admittatur officium, nisi eum emissa ex sacris scriniis probatoria consecrarit. Quod et in ceteris officiis, quibus similis erat consuetudo militiae, diuerso quidem modo, sed pari diligentia sublimitas tua iubeat custodiri: sed in his quoque, id est uirorum spectabilium proconsulis Asiae, comitis Orientis, praefecti Augustalis et uicariorum, quos etiam monuimus sub 2 uiginti interminatione librarum auri[5]). Irenarchas quoque et actuarios et cornicularios tam classium urbis Constantinopolitanae quam thymelae equorumque currulium ciuitatum diuer- 3 sarum non aliter, nisi, ut consueuerat, manus sanxerit principalis[6]), praecipiat ordinari. Quin[7]) si quis talis sub tua fuerit iudicatione conuictus, profecto inritis his quae uetita contrectauit etiam congruam indignationem incurret:[8]) his retentis in suo ordine et gradu militiae, qui qualitercumque ad praesentem diem admissi sunt. ET CETERA. DAT. X KAL. IVL. NICOMEDIAE DD. NN. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

22 [9]) IDEM AA. THEOFILO PV. Nemo aliter ad tuae sublimitatis in posterum admittatur 1 officium, nisi eum emissa ex sacris scriniis probatoria consecrarit. Actuarios quoque thymelae et equorum currulium, suarios etiam et optiones per omnes regiones urbis Constantinopolitanae et alia omnia, quae uel in militia uel gradibus actibusque nutum pro sollemnitate priscae institutionis desiderant principalem, non aliter, nisi, ut consueuerat, manus sanxerit principalis, 2 praecipiat ordinari. Quin si quis talis sub tua fuerit iudicatione conuictus, profecto inritis his, quae uetita contrectauit etiam congruam indignationem incurret: his retentis uidelicet in suo ordine et gradu militiae, qui qualitercumque ad praesentem diem uidentur admissi. DAT. KAL. IVL. NICOMEDIAE THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

23 [10]) IDEM AA. ACACIO COM(ITI) S. L. Comitum thensaurorum dioeceseos prouectiones et ipsos thensaurenses uetus obseruatio principali dexterae reseruauit, nec aliter uoluit eos uel in iudicum suorum oboedientiam[11]) *uel* in committendis publicis necessitatibus habere progressum, nisi militiam eis emissa ex sacris scriniis probatoria condonasset. Quod ita esse decretum ad notitiam eorum, quibus hoc uidetur esse conueniens, peruenire tua magnitudo constituet, non absque indignatione arbitrium principale passura quorundam temeraria usurpatione diminui: his retentis uidelicet in suo ordine et gradu militiae, qui qualitercumque ad praesentem diem uidentur admissi. DAT. KAL. IVL. NICOMEDIAE DD. NN. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

---

*R T* (*desinit in* 11 diligent)

[1]) patres decesserint *Iust.* [2]) *Iust.* 12, 59, 5 [3]) contempserint *Iust.* [4]) *pr.* § 1. 3 = *Iust.* 12, 59, 6: § 2 = *Iust.* 12, 49, 7: *c.* 21—25 *argumento et tempore inter se cohaerent* [5]) In his officiis, id est ... librarum auri, nemo aliter admittatur, nisi eum emissa ex sacris scriniis probatoria consecrarit *Iust.* 12, 49, 6 *pr.* [6]) sublimitas tua *ex u.* 12 *suppl. Iust.* [7]) quod *Iust.* [8]) *seqq. om. Iust.* [9]) *cf. not.* 4 [10]) *iunge Iust.* 11, 8, 14: *cf. not.* 4 [11]) oboedientia *Seeck*

---

1 in] ina *R* successione curialium *Iust.* 2 fugerunt *T* acnitio *uel* agnitio *T* 3 et] ete *R*a 4 gracco *R* pu.] *R*, pu. pp. *Iust.* (*O*), ppo. *T* 5 distincti *T* 6 poene *T*, poena *R* 7 praesumserint *R* 8 dd. nn. *om. R* 10 probatnria *T* 11 consetudo *R*a 14 hirenarchas *R* 15 ciuitatium *R*b 16 cunsueuerat *R* sancxerit *R* 19 x *om. c.* 22. 23 21 postero *R* 25 sancxerit *R* 27 incurrat *R*a 28 uidelicet *om. c.* 21 § 3, *habet c.* 23 uidentur admissi] admissi sunt *c.* 21 29 kal.] x kal. *c.* 21 31 thensaurorenses *R*a reeruabit *R*a 32 uel *bis R* 36 uidelicet *om. c.* 21 § 3, *habet c.* 22 § 1 37 kal.] x kal. *c.* 21 XII] a. XII *T*

## VIII DE EXECVTORIBVS ET EXACTIONIBVS[1]

1 [2] IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD FLORIANVM CONSVLAREM VENETIAE. Die solis, qui dudum faustus habetur, neminem Christianum ab exactoribus uolumus conueniri, contra eos, qui id facere ausi sint, hoc nostri statuti interdicto periculum sancientes. DAT. XI KAL. MAI TRIVERIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 368? 370? 373?

2 [3] IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD POTITVM VIC(ARIVM). Quisquis fuerit exhibitus, usque ad negotii terminum ab eo, cui primum traditus fuerat, obseruari eum apparitore decernimus: si qua praesumptione fuerit haec mansuetudinis nostrae posthabita praeceptio, primiscrinio qui iussa temerauerit quinque librarum auri condemnatione multando. DAT. VIII KAL. NOV. AVXONIO ET OLYBRIO CONSS. a. 379

3 [4] IDEM AAA. AD PRINCIPIVM PPO. Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium negotiorum conuentionum quiescat intentio; debitum publicum priuatumque nullus efflagitet: ne apud ipsos quidem arbitros uel in iudiciis flagitatos uel sponte
1 delectos ulla sit agnitio iurgiorum. Et non modo notabilis, uerum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instincto rituue deflexerit. *DAT.* III NON. NOV. AQVIL(EIAE), ACC. VIII KAL. DEC. ROM(AE) HONORIO NOBILISSIMO PVERO ET EVODIO VC. CONSS. a. 386

INTERPRETATIO. Die solis, qui dominicus merito dicitur, omnium hominum actio conquiescat, ut nec priuatum nec publicum debitum requiratur, nulla iudicia neque publica neque priuata fiant. Quod qui non obseruauerit, reus sacrilegii teneatur.

4 [5] IDEM AAA. AD EVSIGNIVM PPO. Nullus apparitor amplitudinis tuae uel de officiis palatinis ad eam prouinciam, ex qua oriundus est uel in qua conlocauerit larem[6], obtentu
1 publicae necessitatis uel exsecutor priuati negotii dirigatur. Etenim officii celsitudinis tuae primiscrinius tres libras auri fisci utilitatibus sine dilatione persoluet, si statuta fuerint temerata: apparitor uero, qui huic se muneri passus est deputari, solutus militia mancipum cor-
2 pori sociabitur[7]. Haec uero poena etiam ceteris inrogata est, ut, si domesticus aut protector, strator uel[8] agens in rebus uel palatinus utriusque officii uel ad eam[9] prouinciam, in qua natus est, uel ad eam, in qua conlocarit larem, cum huiusmodi usurpatione perrexerit, matriculis quidem exemptus ipse, qui se uoluit mitti, auri libram unam fisci uiribus inferre cogetur, adiutores uero officiorum palatinorum ac numerarii comitum inlustrium uirorum siue actuarii libram fisci uiribus soluant, nisi statuta fuerint custodita. DAT. III NON. DEC. MED(IOLANO) HONORIO NOBILISSIMO PVERO ET EVODIO VC. CONSS. a. 386

---

*R et ad* 8, 8 *rubr. et c.* 3 *Br.* (*NMGE*)

1) *Iust.* 12, 60 2) = 11, 7, 10 3) *Iust.* 3, 2, 1 4) = 2, 3, 18. 11, 7, 13 5) *Iust.* 12, 59, 3 6) uel qui iam in huiusmodi officio fuerit commoratus *addit Iust.* 7) solutus ... sociabitur] militia spoliabitur *Iust.* 8) stratorue uel? (*Mommsen*) 9) eandem *Iust.*

---

1 exactoribus *NGE* 3 cristhianum *R* 7 fuerat] fuit *Iust.* cui *collocat Iust.* 8 apparitore *ante* 9 qui iussa] $R^b$, qui iusta $R^a$ 10 VIII k. nou.] *R*, k. iul. mediolani *Iust.* (*Hal.*) 11 idem aaa. (aa. *E*)] *RE*, impp. grat. (et *ins. G*) ual. et theod. aaa. *NG*, impp. ualentinianus et ualens aaa. *M* principum *E* diem *G* dominico *N* rite] *RNE cum* 11, 7, 13, recte *G*, merito *M* diximus *G*, dixerit *E* maioris *NE*, maior est *G* 12 litum *N*, litigium *E* negotiarum *E* conuentionumque *G* conquiescat *E* 13 ne] nec *M*, et ne *E* istos *G* uel in] *R*, uel e *ME cum* 11, 7, 13 (*V*), uelle *N*, uel *GE cum* 2, 3, 18 (*T*) *et* 11, 7, 13 (*T*) iudices *G* flagitatus *M? E* ponte $R^a$ 14 delictos *N*, dilectos *E*, electos *G* adgnatio $R^a$ *uel* $R^1$, agnatio *MG* et *om.* 2, 8, 18 notabiles *N* sacrilegos *N* 15 a *om. M* religiones *N* instinctio] 2, 8, 18. 11, 7, 13, instituto (-tum *Br.* (*MGE*) *R* ritumue *M*, ritumque *G*, ritibi *N*, riue *E* deflixerit *E* dat.] *NE*, pp. *RM*, pp. data *G* IIII *G*, non.] k. *G* aquileia *NE*, aquilegia *G* acc. *om. G* VIII *om. N* 16 dec. *om. G* nob. puero] *R*, nubp. *N*, nep. *M*, VIIII *E*, *om. G* euuodio *RNE*, euocio *G* uc.] uu. cc. *N*, *om. MG* 23 fisii $R^a$ 26 palatinis $R^a$ 27 larem] matriculis quidem $R^a$ (*ex u.* 17) 30 III] II *Cuiacius in Iust.* 31 euuodio *R*



5 [1] IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. DEXTRO PPO. Siue a palatinis petantur, quae sunt sacris largitionibus inferenda, siue quid res priuata nostra desideret, uel si quod subsidium publicarum necessitatum magnificentia tua per apparitionem suam arcae nomine deposcit, remota exigentium permixtione per rectorem prouinciae instantibus officiis memoratis exactionem celebrari decernimus, qui ad se intellegit uel desidiae inuidiam uel industriae gloriam pertinere. DAT. XVII KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CON[SS.] a. 395

6 [2] IDEM AA. AD PROVINCIALES ET AD PROCONSVLES[3]. Ne per diuersas prouinciarum partes aut palatinus exactor accederet aut inl(ustriu)m uirorum apparitor uagaretur uel militaris terror inferret formidinem, hac lege sancimus, ut omnis memoratis intentio ad prouinciae rectorem sit, cum eo agant, illo insistente disponente adque agnoscente suo periculo rem peragendam conpleant[4] uniuersa. DAT. XVII KAL. IVL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

7 [5] IDEM AA. ANDROMACHO PV. Quicumque e palatio nostro cuiuslibet tituli ad prouinciam[6] conmearit conpulsor exactor admonitor portitorue praecepti, agens in rebus uel palatinus uel apparitor inl(ustri)um potestatum, hoc tantum potestatis adripiat, quod mandatum curae suae specialiter adprobatur, nec quod iniunctum alteri fuit, collegii iure praesumat, ne, dum hoc sibi inuicem mutui officii licentia partiuntur, agant cuncti, quod singulis credebatur. ET CETERA. DAT. PRID. ID. IVL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS. a. 395

8 [7] IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI PPO. POST ALIA: Die sabbata ac reliquis sub tempore, quo Iudaei cultus sui reuerentiam seruant, neminem aut facere aliquid aut ulla ex parte conueniri debere praecipimus: cum fiscalibus commodis et litigiis priuatorum constet reliquos dies posse sufficere. ET CETERA. DAT. VII KAL. AVG. RAV(ENNA)[8] HONORIO VIII ET THEODOSIO III[9] AA. CONSS. a. 409

9 [10] IDEM AA. PALLADIO PPO. Siue ex praetoriano officio siue inl(ustris) comitiuae sedis largitionum, nec non et rei priuatae nostrae uel ex quacumque apparitione ad quamcumque necessitatem profligandam quis fuerit destinatus, sciat intra anni metas debere collectis ratiociniis ad proprium iudicem remeare eique suam efficaciam ostendere, quid eius instantia exactum fuerit, quidue in debitis habeatur, uel penes quos resederit, uel cuius culpa aut causa
1 in eadem prouincia fuerit derelictum. Quod si exacto spatio anni eius regionis uisceribus praedator insidens deprehensus fuerit remorari, tunc absolutus cingulo militia abicietur, prim-
2 oribus eiusdem militiae decem librarum auri multa proposita. Sin redire dissimulet[11], ligatus ferreis nexibus cura prouincialis officii sub elogio[12] ad debitum mittatur examen, nec ei liberum sit, ut hoc se priuilegio aut occasione defendat, quod sibi aliud negotium uel aliam necessitatem post iniunctam esse causetur, cum isdem licentiam auferamus in eadem prouincia

---

*R T* (*incipit u.* 5 *decernimus*)

1) *c.* 5 *et* 6 *argumento et tempore inter se cohaerent* 2) *Iust.* 12, 60, 1: *cf. not.* 5 3) et ad proconsules *om. Iust. et delet Mommsen* 4) peragant et impleant *Iust.* 5) *Iust.* 12, 60, 2: *iunge* 2, 12, 6. 7, 12, 3 6) prouincias *Iust.* 7) 2, 8, 26 *Iust.* 1, 9, 13: *iunge* 16, 8, 20 8) dd. nn. *ins.* 2, 8, 26 9) Honorio VIIII et Theodosio V (= *a.* 412) *Iust. cum* 16, 8, 20 *recte* 10) *Iust.* 12, 60, 3 11) per uices officiorum *inserit Iust.* 12) sub elogio *om. Iust.*

---

2 desiderit *R* quod] quo $R^a$ 6 XVII] *R*, XII *T* 7 prouincias *T* 8 accederet] accedatet $T^a$ sint *T* 10 insistente] *T*, insisten *R* adque] et *Iust.* conpleantur *T* prouino *T* 13 e] *R*, *a T*, ex *Iust.* (*K*), *om. Iust.* (*OI*) prouincia *T* 14 conmearit] $R^2$ (*manus altera*), mearit *T*, *om.* $R^1$, conmeauerit *Iust.* 15 apparitio *T* hoc] *R Iust.*, in hoc *T* adripiat *T* 16 nec] ne *T cum Iust.* (*O*) 17 inuicem *om. T* 18 id. iul.] non. iul. 2, 12, 6, non. iun. 7, 12, 3 19 sabbata] *RT cum lege gemina* 20 quod *T* sui] rei *T* nemineminem *R* aut ulla] ulla *R* 24 oficio *R* 26 profligandum $T^a$ 28 quiduae *T* habeatur] *T*, habetur *R Iust.* 30 praedatur *T* depraehensus *RT* absolutos *T* cingulos $T^a$ 31 eiusdem] eius *Iust.* si *Iust.* 34 hisdem *RT*

iterare[1]) exactionem. ET CETERA. DAT. X KAL. OCT. RAV(ENNA) DN. THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS. a. 416

[2]) IDEM AA. IOHANNI PPO. POST ALIA: Nullam possessionem alterius pro alienis debitis publicis siue priuatis praecipimus conueniri. ET CETERA. DAT. V ID. IVL. RAV(ENNAE) DD. NN. HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS. a. 422

## VIIII DE LVCRIS OFFICIORVM[3])

1 IMP. CONSTANTINVS A. AD PACATIANVM. Ordines decuriarum scribarum librariorum et lictoriae consularis oblatis precibus meruerunt, ut in ciuilibus causis et editionibus libellorum officiorum sollemnitate fungantur, ita ut uetusta aetate seruatum est: eo usque[4]) praerogatiua ueniente, ut militares intercessiones procul usque a liberalibus causis sese contineant. Rectores itaque quae iussimus obseruabunt. DAT. XV KAL. MAI. CONSTANTINOPOLI CONSTANTIO ET ALBINO CONSS. a. 335

2 IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SEVERVM PV. Emolumenta ceteraque conpendia, quibus magnitudinis tuae apparitio sustinetur, neque his auferri sancimus, quibus pro eiusdem officii liberalitate conlata sunt, neque in eos ueluti ex necessitate transferri futura aetate permittimus, quos huiusmodi largitate uel praemio opinantur indignos: modo ut nihil ab eo[5]) necessarii moris aut ordinis pandat antiquitas, sed uolentium potius fuisse doceatur, quam principatus ipsius adque administrationis officium. DAT. KAL. AVG. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

## X DE CONCVSSIONIBVS ADVOCATORVM SIVE APPARITORVM[3])

1 [6]) IMP. CONSTANTINVS A.[7]) PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Si quis se a ducenariis uel centenariis ac praecipue[8]) fisci aduocatis laesum esse cognoscit, adire iudicia ac[9]) probare iniuriam non moretur, ut in eum qui conuictus fuerit conpetenti seueritate uindicetur. DAT. VI ID. NOV. TRIVERIS. ACC. XV KAL. MART. CARTHAGINE CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSVLIBVS[10]) a. 315

2 [11]) IMP. CONSTANTIVS A. EVBVLIDAE VC.[12]) VICARIO AFRICAE. Praeter sollemnes et canonicas pensitationes multa a prouincialibus Afris[13]) indignissime postulantur ab officialibus et scholasticis non modo in ciuitatibus singulis, sed et mansionibus, dum ipsis et animalibus
1 eorundem alimoniae sine pretio ministrantur. [14]) Nec latet mansuetudinem nostram saepissime

*R T*

[1]) continuare *Iust.* [2]) *Iust.* 12, 60, 4: *iunge* 2, 13, 1, 2, 28, 1 [3]) *cf. Iust.* 12, 61 [4]) usque *del.* (*Seeck*) [5]) *nonnulla uidentur intercidisse* [6]) *Iust.* 12, 61, 1: *iunge* 1, 12, 1. 9, 24, 2. 10, 15, 1. 11, 1. 2. 11, 7, 1 [7]) Aeliano *inserunt leges iungendae* [8]) ac praecipue] uel *Iust.* [9]) et *Iust.* [10]) *scribi debuit* dat. VI id. Nou. Triu. Constantino A. III et Licinio III conss. acc. XV k. Mart. Carth. (*a.* 313/4): (*aliter Seeck Regesten* 78) [11]) *Iust.* 12, 61, 2 [12]) VC. *om. Iust.* [13]) Afris *om. Iust.* [14]) § 1 *om. Iust.*

1 dn. *om. T* 5 dd. nn. *om. R* ordines] *sic etiam R* 7 scribarum] *R*, scribatur *T* librarurum *R*ᵃ 8 consolaris *T* praecibus *RT* edicionibus *R*ᵃ 9 eo] *T*, ut *R* 10 ut militares] *T*, ut (u *R*ᵃ) mlititares *R* a *om. T* contineat *R* 11 obseruabunt *R*ᵃ 13 emolummenta *R*ᵃ 14 auferri] auferri prae *T*ᵃ 15 qubus *R*ᵃ 18 principiatus *R*ᵃ 22 uel] uel a *T* 23 praecipuae *T* fisi aduocatus *R* 24 conpetensti *R*ᵃ, conpetente *T* saeueritate *T*ᵇ 25 licinio] licinio c. *T* 27 constantius] *R*, constantinus *T* eubolidae *RT* uicario] uico- *RT* 28 multa a] multae *T* 29 scholasticis *R*



scholasticos ultra modum acceptis honorariis in defensione causarum omnium et annonas et sumptus accipere consuesse, quibus tantis commodis fulti itinere suam auaritiam explere nequeunt. Prouinciales itaque cuncti iudices tueantur nec iniurias inultas transire permittant. DAT. III KAL. IVL. LEONTIO ET SALLVSTIO CONSS. a. 344

3 [1]) IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. POMPEIANO PROCONSVLI AFRICAE[2]). Quotiens conpulsor arguitur in depraedatione conuictus[3]), non consulta clementia nostra poenam subeat legibus competentem. DAT. PRID. KAL. IAN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS. a. 400

4 IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. EVCHARIO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Uniuersa conpulsorum genera ex Africanis prouinciis constituimus esse pellenda, his uidelicet restitutis, quae forsitan per temeritatem sustulerant. DAT. VI ID. AVG. RAV(ENNA) DD. NN. HPNORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS. a. 412

## XI NE QVID PVBLICAE LAETITIAE NVNTII EX DESCRIBTIONE VEL AB INVITIS ACCIPIANT[4])

1 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD EVGRAMMIMVM[5]). Cum anni exordia certis inchoanda consulibus nuntiantur, a tenuioribus sportulae specie conlationis necessitas separetur, ne scilicet describtione[6]) facta pro capitatione aut iugatione quicquam isdem ueluti legitimi
1 muneris exprimatur. Iubemus tamen, ut uiri per prouincias emerito iam honore pollentes, praeterea curiales, quos his gradus honore et in conlationibus honestate functionis conuenit esse finitimos, arbitratu suo tribuant, quantum putauerint largiendum, porro tenuioribus ab
2 hac sorte iniuriosae necessitatis alienis. Quod quidem interdicti seueritate fieri uetamus in posterum, ut rectores prouinciarum uicenis auri lib(ris), porro officia quadragenis constituamus esse multanda, si quicquam pauperes hac adscribtione praebuerint, uel his extorqueri quicquam passi fuerint, aut aeque quos contra uetitum fecisse cognouerint, taciturnitate alicuius dissimulationis absoluerint. DAT. XVII KAL. IAN. CONSTANTINOPOLI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

2 IDEM AA. PROVINCIALIBVS SALVTEM DICVNT. Si quando uictoriae, si quando laetitiae publicae nuntiantur uel nouorum consulum nomina perferuntur, conlationi nullus locus, nulla
1 sit licentia nihil quisquam exigat, nihil audeat postulare. Si quis uero honoratorum sponte
2 quid offerre uoluerit, id tantum reate dandum iudicamus. Ceterum quidquid expostulatum, quidquid fuerit indictum, rector quidem prouinciae eius, in qua res ita gesta erit, duplum, quod indixerit, quodue dare coegerit, ex suo fisci uiribus pendet, officium autem quadrupli summam pro eadem necessitate persoluet. DATA III ID. IAN. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365

3 IMPPP. VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD MAMERTINVM[7]) PRAEFECTVM PRAETORIO. Si quando faustorum nuntiorum gaudia prouincialibus intimantur, quotiensque quid per terrarum orbem disseminatur, seu militum inlustres uictoriae seu strages hostium aut

*R T* (*desinit in* 4 DAT. III) *et ad* 11 *rubr. Br.* (*NMGE*)

[1]) = *Iust.* 12, 61, 3: *de iungendis cf. ad* 1, 12, 8 [2]) Pompeiano suo salutem 12, 6, 27 [3]) etiam *inserit Iust.* [4]) *cf. Iust.* 12, 63 [5]) Eugrammium *Gothofredus* [6]) discribtione *Mo.* [7]) Probum (*Gothofredus*)

1 scolasticos *R* 2 consuisse *T* conmodis *R* 3 iudices] tu[—] *T* permittat *T* 7 ian.] iun. 9, 26, 2 auriliano *R* 13 nunciis *G* 14 ab] a *R* 16 speciae *R*ᵃ 17 hisdem *R* 18 exprimitur *R* 27 quando quando] do *R* uictorin] uict. *singulari in hoc libro compendio R* 33 dato *R*ᵃ 34 aa.] augustis *R* 35 aaa.] auggg. *R* 36 quotiescumque *Cuiacius* 37 urbem *R* uictoriae] *Gothofredus*, uictorias *R* aut] *Cuiacius*, autem *R*

nostri triumphi perferuntur, uel hi quos gerimus aut deferimus consulatus, nulli publica distri-
1 butione et arbitrio iudicis munera quae uocant sportulas deputentur. Ceterum si quis iudi-
cum uim decretorum nostrorum uiolauerlt, eius rei, quae uiritim distributa fuerit et coacta,
duplicem poenam subibit, aut[1]) officium quoque qu*od* ei paruerit io quattuor partibus multa
2 exaggerata constringat. Honorati uero et urbibus suis eminentes ex arbitrio suo quantum
mens tulerit largiantur. MISSA A PPO. DIE[2]) ID. FEB. MED(IOLANO) VALENTINIANO NB. P. ET
VICTORE VC. CONSS.[3]) a. 369?

4 [4]) IMPPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. FLORO PPO. Quidquid no-
strorum umquam nuntiari coeperit prosperorum, bella si desinent, si oriuntur uictoriae, fastis
si honor datus fuerit regalium trabearum, compositae pacis si erit efferenda tranquillitás, sa-
cros ultus inhıantibns si forte populis inferemus, haec sine[5]) pretio nuntiari excipique sanci-
1 mus. Gerulum iubemus esse castissimum, iudices nummarios esse prohibemus, iudices statui-
2 mus esse sollicitos, ne turpi conludio quaeratur ex miseris pretium gaudiorum. Quod si id
sacrilega fuerit dissimulatione uiolatum, et accipientem pudoris fortunarumque manebit ex-
cidium et cogentem par poena multabit et officium triginta librarum auri uexatione quatiatur.
DAT. IIII NON. FEB. CONSTANTINOPOLI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS. a. 383

5 [6]) IMPPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. HAVE TATIANE K(ARISSIME)
N(OBIS). *Legem nostram, qua nihil ab inuitis prouincialibus gratulationis nomine exigendum
esse decreuimus, noiumus custodiri.* DAT. IIII KAL. MAI. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO
CONSS. a. 389

INTERPRETATIO. Quando gaudia publica nuntiantur, nihil inuitis prouincialibus gratulationis nomine exigatur.

## XII DE DONATIONIBVS[7])

1 [8]) IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM PV.[9]). Donatio siue directa sit siue mortis causa
instituta, siue condicionibus faciendi ac non faciendi[10]) suspensa, siue ex aliquo notato tem-
pore p*r*omissa, siue animo[11]) dantium accipieniumue sententiis quantum ius sinit cognominata,
sub hac fieri debet obseruatione[12]), ut quas leges indulgent actiones[13]) condiciones pactiones-
que contineat[14]), hisque penitus cognitis uel recipiantur, si conplacitae sunt, uel reiciantur, si
sunt molestae: ita ut minorum defensores, si per eos donationum condicio neglecta est, rei
1 amissae periculum praestent[15]). In conseribendis autem donationibus nomen donatoris, ius ac

*R Br.* (*NMG*): 11, 5 *supplet Iust.* 12, 61, 4

[1]) aut del. (*Mommsen*) [2]) pridie *Mommsen* [3]) Valentiniano et Valente conss. (365) *Seeck*: *Mamertini praefectura desiit a.* 365 [4]) *Iust.* 12, 63, 1 [5]) immodico *inserit Iust.* [6]) *iunge* 1, 15, 13 [7]) *Iust.* 8, 53 [8]) *Vatic.* 299 *Iust.* 8, 53, 25: *pr.* fin. = 3, 30, 2: *cf. Consultationem* 9, 13 [9]) ppo. *scr.* (*u. i.*) [10]) faciendi non faciendiue *Vat.* [11]) ex animo *Vat.* [12]) sub ... obseruatione] eius haec prima obseruatio est *Vat.* [13]) actiones *om. Vat.* [14]) promantur *Vat.* [15]) Sed iure re[*quisitis*] parendum erit, nec denegabitur officium, quin simul spes abici[*ntur adi*]piscendi. In*r*et*i*ri sane condicionibus indefensos minores, quoniam praestare promissa difficile est, non [*pla*]c[*u*]it quorum tamen defensores, si forte per eos in obeundis donationum off[*ici*]is, quarum cu*ra* erit recepta, neglecta utilitas minoris probabitur *et ita minor* commodis spoliabitur, rei am[*is*]sae periculum praestabunt *Vat.*; ita ut ... praestent *om. Iust.*

1 geremus $R^{a}$ 4 quod] *Gothofredus*, quae *R* 5 suo] suite $R^{a}$ 11 popullis $R^{a}$ inferimus *Iust.* 13 praetium $R^{a}$ 14 et cipietem $R^{a}$ 15 trigenta *R* 17 habe *R* $MG^{b}$, habi $NG^{a}$ tacione $G^{a}$ kar. nobis] knb. *R*, kar. nobis *N*, kn. *M*, kme *G*, 18 nostam *N* quam *G* inuentis *N* 19 custodire *G* IIII[ III *N* timotheo *G* 24 pu.] *G*, ppo. *N*, *om. Vat.* 25 condicione *Iust.* siue] ue $R^{a}$ alio *N* notato] notato ius *ML* 26 promissa] $G^{a}$ *Vat. Iust.*, permissa *RNM*, promissa est $G^{b}$ animi *N*, ex animo *Vat.* donantium *NG* accipientium *G* sinet *N* 27 hac] ha* *R* acti*nes *R* condiciones pactionesque (factionesque *R*)] condicionisque *N* 28 conteneant *N* paenitu* *R* recipiatur *N* sicut placitae *G* reiciantur] reici**(pi ?)antur $R^{a}$ 29 molestae sunt *G* minorum] mirnm *N* defensores $R^{b}$ (*sic manus altera*)? 30 admissae *RM* ius] eius *M*, prius *G* ac rem notari] prenotari *G*



rem notari oportet, neque id occulte[1]) aut per inperitos aut priuatim, sed ut tabulae aut
quodcunque aliud materiae tempus dabit uel ab ipso uel ab eo quem sors[2]) ministrauerit[3])
2 scientibus plurimis[4]) perscribatur. [5]) Et corporalis[6]) traditio subsequatur ad excludendam
uim adque inreptionem aduocata uicinitate omnibusque arbitris adhibitis, quorum postea fide
probabitur donatam rem, si est mobilis, ex uoluntate traditam donatoris, uel si inmobilis, ab-
scessu donantis nouo domino patefactam, actis etiam adnectendis, quae aput iudicem uel
magistratus conficienda sunt[7]). DAT.[8]) III NON. FEB. ROM(AE) SABINO ET RVFINO[9]) CONSS.[10]) a. 316?

INTERPRETATIO. Donatio aut directa est aut mortis causa conscribitur. Directa donatio est, ubi in praesenti res donata traditur. Mortis causa donatio est, ubi donator, dum aduiuit, rem quam donat sibi reseruat scribens: si prius mortuus fuero quam tu, res mea ad te perueniat, ut postea ad illum, cui donat, non ad heredes donantis res donata perueniat: quod si prius moriatur, cul res mortis causa donata est, res in iure permaneat donatoris. Est et alia donatio, ubi donator obligat illum cui donat, ut aliquid faciat aut non faciat, id est, si aliquid iubeat fieri, quod inpossibile iudicetur aut quod honestati contrarium uideatur: aut si id ordinet fieri, quod honestum est et possit inpleri, quia tunc infirmatur donatio, quando condiciones honesta*e et* possibilis inpletae non fuerint. Nam si inhonestae et inpossibiles condiciones ponantur, remotis condicionibus firma donatio est. Est item et alia, in qua sibi donator certum tempus possessiones reseruat. Quae tamen omnes donationes superius conprehensae si modum excesserint lege conscriptum, unde possint certae personae de inmodica donatione proponere, hoc est si quartam sibi facultatis suae donator non reseruauerit, non ualebunt. Scd praeterea illa donatio contra legem est, si quis rem in lite positam, quae repetitur, aut directo ordine donet aut condicionem contra bonos mores, hoc est causam cuiuslibet criminis, donator in donatione conscribat. Minoribus uero si quid fuerit per donationem a quocunque oblatum siue conlatum, tutores uel curatores eorum debent studere, ne quid firmitati donationis desit. Quod si eorum neglegentia donatio ad effectum perducta non fuerit, ad eorum dispendium pertinebit, ita ut quidquid minores de donatione perdiderint, curatores uel tutores illis de propria facultate restituant. In conscribendis autem donationibus hic ordo seruandus est, ut donatio nomen prius contineat donatoris uel illius cui donatur: deinde res quae donantur, siue in agris siue in mancipiis siue in quibuslibet rebus atque corporibus, nominatim in donatione conscribendae sunt, non occulte, sed publice, non priuatim uel secrete, sed ut in tabulis aut in chartis aut ubicumque legatur faeta donatio. Quam tamen donationem, si litteras nouit, donator ipse subscribat: si uero ignorat, praesentibus plurimis eligat, qui pro ipso subscribat: et hanc ipsam donationem et gestorum sollemnitas et corporalis traditio subsequatur, ita ut, si mobilia donantur, praesentibus plurimis tradantur, si uero ager

*R Br.*(*NMG*)

[1]) Post in iisdem conscribendis praecipue nomen donatoris ius a[*c re*]m notans proscriba*t*: tum utr[*um*[que iure conpleatur, neque id occulto *Vat.* [2]) sed aut tabul*ae*] his enim rebus sae[*pe*] clandestina fraus, et quae facta sunt infecta [*et*] inducta quae scripta sunt simulans, aliisque ac dehinc aliis largiendo a[*tque*] donando ac saepe ue*num*dando, multos habendi spe allectos concurr[*ere*] in expugnanda sibi proprietate impulit. tabulae itaque aut *Vat.* [3]) fors sumministrauerit *Vat.* [4]) scientibus plurimis *om. Iust.* [5]) § 2 *om. Iust. praeter finem inde* 6 ab actis [6]) perscribantur, eaeque, ut supra conprehensum est, rebus nominibus personisque distinctae sint: ac tum corporali[*s t*]raditio (in quam saepe multi talia simulando inrepentes aut *vi* corpora capientes sollemne illud ius ac uoluntarium inconcessa usurpa[*ti*]one praeripiunt) ea igitur ipsa rerum traditio praesentium aduocata uicin[*i*]tate omnibusque arbitris, quorum post fide uti liceat, conuentu plurimorum celebre[*tur*]. non enim aliter uacua iure dantis res erit, quam ea uel eius uoluntate, si est mob[*il*]is, tradatur, uel abscessu sui, si domus aut fundus aut quid eiusdem generis eri[*t*, s]edem nouo domino patefecerit. quae omnia consignare actis iudi[*ci*]s praestat, ut res multorum mentibus oculis auribus testata nullum effu[*g*]iat, cuius aut scientiam capiat aut dissimulationem tegat. quodsi [*i*]udex aberit, cui summa prouinciae commissa est, mandetur istud magistratuum actis *Vat.*, *ubi sequuntur alia* [7]) ubi hoc leges expostulant *addit Iust.* [8]) pp. *Vat.* [9]) Seuero et Rufino (*a.* 323) *Gothofredus* [10]) in foro diui [Traiani] *addunt Vat.*

1 ut] *R*, aut *edd.* tabula *MN* 3 aliud] aliquid *NG* 4 tempus] ad t. *G* ipsum *N* 3 conscribatur *G* corporales *N* 4 inreptionem] *Gothofredus*, inruptionem *NMG*: *conf. Vat. not.* 6 *u.* 3) inrepentes arbitres *N*, arbitriis *G* 5 inmobilis (inmobiles $R^{a}$, non mobilis *G* aduocatam uicinitatem *G* abscessu] ad discessum *G* 6 patefacta *N* actis] uel actis *G* 7 quae] quae ea *G* magistratos *N* rom.] *R*, roma *N*, *om. M Iust.* 12 donantis $G^{b}$, donantes *NE*, donatis $G^{a}$, donatoris *M* 20 honestae et] *E*, honestatis (—te *N*) *NMG* 31 ut] *N*, aut *M*, ut aut *G*

uel domus donatur, quod moueri non potest, ut inde donator abscedat et nouo domino pateat res donata, si tamen sibi de his rebus usumfructum donator non reseruauerit. Gesta uero donationum aut apud iudicem aut apud curiam alleganda sunt.

2 [1]) IDEM A. ACONIO [2]) CATVLLINO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Si quis in emancipatum minorem, priusquam fari possit aut habere rei quae sibi donatur affectum, Italicum siue stipendiarium [3]) fundum crediderit conferendum, omne ius conpleat instrumentis ante praemissis et inductione corporaliter impleta [4]). Quod propter adtestationem fidei [5]) per eum seruum, quem idoneum esse constiterit, transigi placuit [6]), qui eo usque in statu suo permanebit, donec is, cuius facultatibus cesserit, annos Laetoriae legis egressus legitimam compleuerit aetatem, quo tunc demum, si eius integritas ac fides fuerit conprobata, si ita sederit possidentibus, libertatis praemium consequatur. DAT. XII KAL. MAI. SERDICAE SABINO ET RVFINO CONSS. [7]) a. 316

3 IDEM A. AD CASSIVM PV. [8]). Promulgatum dudum est donationes nullo alio modo
1 firmas posse detineri, nisi apud actorum [9]) contestationem confectae fuerint. Sed quia multi aliena uel non pleno iure ad se pertinentia donantes extra patriam et prouinciam in qua possident acta conficiunt, placet, ut nulli liceat extra prouinciam laremque suum donationum instrumenta apud acta allegare, sed in quo domicilium habuerit adque possessiones constitutae sunt aput suum ordinarium iudicem uel, si eum abesse contigerit, aput curatorem munici-
2 palesue eiusdem ciuitatis. Nam si hoc praetermissum fuerit, nullam firmitatem habere donationes sancimus. DAT. KAL. MAI. ROM(AE) [10]) SABINO ET RVFINO [11]) CONSS. a. 316?

4 [12]) IDEM A. AD BASSVM PV. Iuxta diui Pii consultissimi principis instituta ualere donationes placet inter liberos et parentes, in quocumque solo et cuiuslibet rei liberalitas probabitur extitisse, licet neque mancipatio dicatur neque traditio subsecuta, sed nuda tantum uoluntas claruerit, quae non dubiam consilium teneat nec incertum, sed iudicium animi tale proferat, ut nulla quaestio uoluntatis possit inrepere: et conlata inter ceteras exceptas Cinciae legi personas obtinere propriam firmitatem, siue mancipationis decursa fuerit sollemnitas uel
1 certe res tradita doceatur. Quam legem ad lites uolumus pertinere, quocumque [13]) tempore iussionis nostrae inueniuntur esse suspensae et quae post futurae sunt, ne transacta negotia refricentur. DAT. [14]) NON. OCT. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS. a. 319

5 [15]) IDEM A. AD SEVERVM COM(ITEM) HISPANIARVM. Data iam pridem lege statuimus [16]), ut donationes interueniente actorum testificatione conficiantur. Quod uel maxime inter necessarias coniunctissimasque personas conuenit custodiri, si quidem clandestinis ac domesticis fraudibus facile quiduis pro negotii opportunitate confingi potest, uel id quod uere gestum est
1 aboleri. Cum igitur ne liberos quidem ac parentes lex nostra ab actorum confectione secernat, id, quod, necessario super donationibus apud acta conficiendis iam pridem statuimus, uniuersos teneat [17]), saluo tamen iuris priuilegio, quod liberis et parentibus suffragatur, scilicet ne traditionis uel mancipationis sollemnitas sit necessaria. DAT. IIII NON. MAI. CONSTANTINOPOLI DALMATIO ET ZENOFILO CONSS. a. 333

6 IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD CELSINVM. A uenerabili parente nostro statutum est [18]) inritas donationes esse, quae actorum indicia non haberent, nec segnius etiam lenitudinis nostrae cura succedit. DAT. VIIII KAL. IAN. MARCELLINO ET PROBINO CONSS. a. 341

*R*

1) *Iust.* 8, 53, 26 2) *rectius* Aconi, *cf. C. I. L.* VIII, 5 14453 3) Italicum siue stipendiarium *om. Iust.* 4) et ind. corp. impleta *om. Iust.* 5) quod p. a. fidei *om. Iust.* 6) ut per eum infanti adquiratur *continuatur Iust. reliquis omissis* 7) Gallicano et Basso conss. (*a.* 317) *Gothofredus collata* 9, 10, 1 *fortasse iungenda* 8) *secundum Chronographum a.* 354 *Cassius neque hoc neque proximis annis pu. fuit, sed ex die III id. Iul. in id. Aug. anni* 318 *uices pu. gessit* 9) apud acta per *Mommsen* 10) pp. *Gothofredus* 11) *cf. not.* 6 12) *iungenda* 9, 10, 3? Seuero et Rufino (*a.* 323) *Mommsen* 13) quaecumque *scr.* 14) pp. 9, 10, 3 15) *Iust.* 8, 53, 27: *iunge* 11, 39, 2 16) *c.* 1, *cf. c.* 3 17) *seqq. om. Iust,* 18) *c.* 1. 3. 5

13 possi *R* confaectae $R^{a}$ contestatione $R^{b}$ *uel* $R^{2}$ 14 prounciam $R^{a}$ *uel* $R^{1}$ 20 principes *R* 21 et] at *Gothofredus* 32 oportunitate *R* 39 signius *R*: setius *Mommsen*



7 IDEM AA. [1]) AD ORFITVM PV. Cum genitoris mei scitis [2]) euidenter expressum sit nullam donationem inter extraneos firmam esse, si ei traditionis uideatur deesse sollemnitas, et idem huiusmodi necessitatem liberis tantum ac parentibus relaxarit, in omnibus deinceps obseruari negotiis oportebit, ut donatio inter extraneos minus firma iudicetur, si iure mancipatio et traditio non fuerit impleta. DAT. VIII KAL. MAI. ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS. a. 355

8 [3]) IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AVRELIANO PPO. Donationes debere sortiri perpetuam firmitatem, quas corporalis traditio fuerit subsecuta [4]), sancimus, ne usufructus exceptio pro traditione possit intellegi. Qui enim post liberalitatem re donata perfrui concupiscit, hoc sibi quo uoluerit modo, consignata uidelicet possessione debet praecipuum custodire, ne
1 inperfecta uacillet donatio. Gestorum quoque confectionem siue ante traditionem siue post traditionem fieri oportebit, ut instrumentum, quo continetur munificentia, aput acta publicetur, in hac quidem urbe aput magistrum census, in prouinciis uero aput prouinciarum rectores, uel si praesto non fuerint, aput magistratus municipales, uel si ciuitas ea uel oppidum, in quo donatio celebratur, non habeat magistratus, apud defensorem plebis, in qualibet ciuitate fuerit repertus: curatores eni[m] ciuitatum ab huiuscemodi negotio temperare debebunt, ne
1a tanta res eorum concidat uilitate. Sed iam allegatas apud curatores donationes et gesta confecta ualere necesse est, in posterum omnibus quae statuta sunt obseruandis, quoniam, si
2 quid fuerit praetermissum, nullius momenti uidebitur esse donatio. Gesta autem confici super rebus etiam alibi conlocatis ubicumque sufficiet, ita ut traditio corporalis in locis, ubi res donata consistit, omni modo celebretur. DAT. X KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI DD. NN. HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS. a. 415

9 [5]) IDEM AA. MONAXIO PPO. Legis a nobis paulo ante latae [6]) cetera quidem cautio necessaria nobis admodum uisa est, sublata uero in donationibus species traditionis, quam olim retentio ususfructus induxerat, non sine magna ratione desiderata est, cum obseruationem iuris contrahere potius quam propagare debeamus. Ideoque ius pristinum renouamus, ut, quisquis rem aliquam donando uel in dotem dando [7]) usumfructum eius retinuerit, etiamsi stipulatus non fuerit, eam continuo tradidisse credatur, ne [8]) quid amplius requiratur, quo magis uideatur facta traditio, sed omni modo idem sit in his causis usumfructum retinere, quod tradere. DAT. PRID. ID. MART. CONSTANTINOPOLI DN. HONORIO A. XI ET CONSTANTIO VC. II CONSS. a. 417

INTERPRETATIO. Quicumque de rebus propriis seruato usufructu cuilibet aliquid quacumque donatione contulerit uel in dotem dederit, et sibi usumfructum reseruet, rem tradidisse cognoscitur, quia reseruatio usufructus, etiam si stipulatio inserta non fuerit, pro traditione habetur.

*R et ad* 14 *rubr.* *Br.* (*NMGE*) *Burg.* 1, 1

1) *requiritur* imp. Constantius A. 2) *c.* 4 3) § 2 = *Iust.* 8, 53, 27: *cf. Burg.* 22, 4 *Ed. Theod.* 52. 53 4) agnoscentes *uel simile quid suppl.* 5) *inde a* 25 quisquis = *Iust.* 8, 53, 28: *cf. Burg.* 22, 5 6) *c.* 8 7) uel uendendo *addit Iust.* 8) nec *Beck*

1 genetoris *R* 3 relaxarit] *Mommsen,* relaxauit *R* 7 tratiitio $R^{a}$ 10 pos traditionem *R* 13 presto *R* magistratos *R* 19 sufficit *Iust.* 22 idem] *RO,* impp. honorius et theodosius *NMG*, idem aa. honorius et theod. imp. *E,* ad maximum *G* ppu. *G* legis] *RO,* leges *NMGE* 24 retentatio *M* indulserat *G* cum] ergo cum *G* obseruatione *NG* 25 ius] in *E* reuocamus $G^{t}$ 26 usufructum *RN* dando] donando *E* 27 usufructum *N* fuit *Iust.* idem] id est *G* usufructum *N* quod] quam *G* 29 dn.] dno. *G, om. NE* constantino *M* uu. cc. *N* II *om. NGE Iust.* (*V*)

# XIII DE REVOCANDIS DONATIONIBVS[1]

1 [2]) IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD PHILIPPVM PPO. Liceat matribus, si impios
1 filios probare se posse confidunt, publice adire iudicia. Matrem autem ingenuam liberam[3])
libertam libertinam, cui scilicet ciuitatis Romanae iura quaesita sunt, ita ut queri antiquo iure
poterant, accipi audirique decernimus; itemque filios filias ingenuos ingenuas, libertos li-
2 bertas, libertinos libertinas, ciues pari condicione Romanos. Secludimus mulierem, quae in
secundi matrimonii foedus innubserit et unius tantum matrimonii mulieribus reuocandarum
3 donationum pro dimidia parte decernimus facultatem. Hic autem, qui a matre inpietatis ar-
guitur, quidquid ex eo, quod titulo donationis tenet, eo die, quo controuersiae qualecumque
4 principium iussu iudicantis datur, habere repperitur, huius dimidium uicto eripiatur[4]). Ceterum
quae ante adhuc matre pacifica iure perfecta sunt et ante inchoatum coeptumque iurgium uen-
5(1) dita donata mutata in dotem data ceterisque causis legitime alienata, minime reuocamus. Ac-
tionem uero matris ita personalem esse uolumus, ut uindicationis tantum habeat effectum nec
6 in heredem detur nec tribuatur heredi. Quare de ceteris uel alterius status uel portentuosae
uilitatis abiectaeque pudicitiae[5]) satis etiam tacite cautum putamus. Quis est enim, qui his
aliquid arbitretur tribuendum esse, cum etiam illis, quae iure, secundas tamen contraxerunt
nubtias, nihil ex his priuilegiis tributum esse uellemus? DAT. XII KAL. OCT. LIMENIO ET CA-
TVLLINO CONSS. a. 349

2 [6]) IDEM AA. AD PHILIPPVM PPO. Aui nostri pro patribus firma lege[7]) sanxerunt, ut, si
quid patres in liberos munificentiae titulo contulissent, si eos impios in iudicio declarassent,
omne id esset reuocandum, ne pietatis praemium apud scelestos et flagitiosos animos per-
maneret. DAT. XII KA. OCT. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS. a. 349

INTERPRETATIO. Donatio in emancipato filio a patre facta, si laesum pater se esse probauerit, reuocatur. Hic de iure requirendum de reuocandis donationibus.

3 [8]) IDEM AA.[9]) AD ORFITVM PL. Si umquam libertis patronus filios non habens bona
omnia uel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus et postea susceperit liberos,
totum quidquid largitus fuerit reuertatur in eiusdem donatoris arbitrio ac dicione mansurum.
DAT. V KAL. APRIL. ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS. a. 355

INTERPRETATIO. Si quis filios non habens bona sua uel partem bonorum libertis donauerit, si is qui donauerat filios postea habuerit, donationes in libertis factas ad integrum uacuantur,

4 [10]) IDEM AA. AD ORFITVM PV. Si quis forsitan filiorum maternam munificentiam couse-

*R et ad c.* 2—4 *Br.* (*NMGE*)

[1]) *Iust.* 8, 55 [2]) *Iust.* 8, 55, 7 (*omissis pr.* § 1) *iunge c.* 2 *et* 3, 13, 1 [3]) liberam *delet Gothofredus* [4]) His solis matribus, quae nen in secundi matrimonii foedus nupserint, sed unius tantum matrimonii sunt, reuocandarum donationum, quas in filios fecerint, ita decernimus facultatem, si eos ingratos circa se esse ostenderint. quidquid igitur is, qui a m. imp. arguitur, ex tit. don. ... datur, matri cogatur reddere *Iust.* [5]) de ceteris autem, quae portentuosae uil. abi, pudicitiae sunt *Iust.* [6]) *iunge c.* 1 *et* 3, 13, 1: *cf. Burg.* 1, 1 [7]) *non extat* [8]) *Iust.* 8, 55, 8 [9]) *requiritur* imp. Constantius A. [10]) *cf. Burg.* 1, 2

1 *in pag.* 116v *codicis R scriptura fere euanida ab alia manu* (*R*² ?) *superinducta est* quaeri *R* 5 libertos] liberos *R*a 7 unus *R*a 10 repperitur *R* eriiatur *R* 12 mutat *R*¹: *a suppleuit R*² ? 13 nec in] (*sic*) *R*a, neec in *mox correctum in* neec in *R*² 17 liminio *R* 19 idem] impp. constant (*sic M*, constantinus *NGE*) et constans *Br.* ppo.] po. *N*, pfu. *G* ausi *G* sancxerunt *R*, sancxerant *M* 20 impius *M*a declarasset *N* 21 esse *MGE* reuocando *N* ne] nec *G* impietatis *E* praemio *N*, praemia *E*, *MP ante emend.* sceleratos *G*, celeratos *E* flegitiosus *E* 22 liminio *R*a *NMGE* catulino *NME*, catelino *G* 25 aa.] augg. *N* orfetum *N*, ofidum *G*a pu.] *R*, ppo. *NE*, pfu. *G* si quisquam *G* libertus *N* paternos *G* filius *R* 26 facultatis *M* fuit *N* denotatione *N* 27 reuocatur *M* eiudem *E*a ditionem *N*, dictione *ML*, conditionem *E* 28 arbetione *M* 32 orfetum *N* pu.] *RM Burg.*, ppu. urb. *G*, ppo. *NE* quis] quis** *E*a, quis ae *E*b fortasse materna munificentia *G*



cutus in matrem impius detegitur, non iam dimidiam portionem, ut ante fuerat iussum, rei
1 donatae, sed omnem substantiam proprietatis amittat. Matres uero, quae in secundas conue-
2 nerint nubtias, reposcere uetamus a filiis, quae earum deceperint largitate. Quin etiam iden-
tidem commonemus alia omnia iuxta prioris legis[1]) tenorem debere seruari. DAT. VIIII KAL. 4
IVL. SIRMIO DATIANO ET CEREALE CONSS. a. 358

INTERPRETATIO. Si quis filius donatione matris aliquid fuerit consecutus et eam postmodum laeserit, probatis in iudicio laesionis causis donationem mater, si uoluerit, id integrum reuocabit. Quod si mater haec, quae filio donauit, ad secundas nuptias transierit, contra donationem per quamcumque occasionem ueniendi nullam habeat potestatem, seruatis de reliquo legibus, quae sub titulo de secundis nuptiis continentur.

5 [2]) IMPPP. THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS AAA. VICTORIO PROCONSVLI ASIAE. Ma-
ritus donationes, quas instabiles esse testatur, formata legibus repetat actione. DAT. V KAL.
IVL. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS. a. 393

6 [3]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM. POST ALIA: Donationem
circa filium filiamue, nepotem neptemue, pronepotem proneptemue emancipationis tempore[4])
celebratam pater seu auus uel proauus reuocare non poterit nisi edoctis manifestis(simis
caus)is, quibus eam personam, in quam conlata (dona)tio est, contra ipsam uenire pietatem, et
1 ex causis, quae legibus continentur fuisse constabit ingratam. Quas tamen causas in cogni-
tione discuti oportebit et nostro admitti iudicio, cum hoc inter partes conpetenti uisum fuerit
cognitori. Alias iubemus non audiri parentis querellas. ET CETERA. DAT. VII ID. NOV. RA-
V(ENNA) DD. NN. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

INTERPRETATIO. Si quis filio filiae, nepoti ex filio, uel pronepoti ex nepote emancipationis tempore aliquid donauerit, id nisi probatis in iudicio manifestis offensarum causis reuocare non poterit.

# XIIII (*Br.* VIII) DE INGRATIS LIBERIS[5])

1 [6]) IMPPP. VAENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PRAETEXTATVM PV. Filios[7])
contumaces, qui patres[8]) uel acerbitate conuicii uel cuiuscumque atrocis iniuriae dolore pul-
sassent, leges emancipatione rescissa damno libertatis inmeritae multare uolnerunt. DAT. XV
KAL. SEPT. AMBIANIS LVPICINO ET IOVINO CONSS. a. 367

INTERPRETATIO. Filii emancipati, si iniuriam patri grauem, quae probari possit, intulerint et conuicti fuerint hoc fecisse, rescissa emancipatione in familiam reuocantur.

[*finis tituli XIIII desideratur*]

*R et ad* 13, 4. 6. 14 *rubr. Br.* (*NMGE*)

[1]) *c.* 1 [2]) *iunge* 2, 12, 4 [3]) *pr.* = *Iust.* 8, 55, 9: *de iungendis cf. et ad* 4, 1, 1 [4]) emancipationis tempore] emancipatos *Iust.* [5]) *Iust.* 8, 49 [6]) *Iust.* 8, 49, 1 [7]) et filias ceterosque liberos *addit Iust.* [8]) parentes *Iust.*

1 in matrem] et matri *G* detegetur *NE* 2 uenerint *M* 3 largitatem *N* idemtidem *M*, idem *G* 4 commoneamus *G* alia] eaque *G*t leges *N* VIII *GE* 5 donatiano *G* cereale] creados *E* 12 formate *R*a ligibus *R* 14 ualentianus *R* aa.] aug. *N* post ‖ post *R*a aliam *N* 15 filiamue] familiamue *E* nepotem] potem *R* neptemuel *NME* pronepotem *om. NE* proneptemue] proneptem *GE* mancipationis *M*, et mancipatiouis *G* 16 celebratam (—ta *E*)] *RN*, *Iust.*, deliberatam *M* pater] partem *N* poterunt *ME* doctis *ME*a mis caus *euanuerunt in R* 17 eam] in eam *E* qua *N* dona *euanida in R* ipsa *N* 18 ingrata *NE* cognitionem *E* 19 oportebat *N* amitti *GE* inter] in *N* conpetentis *E* 20 alias] **alias *L*a parentes *NE*b, parentum *G* quarellas *R* VIII *N*, VI *G Iust.* (*L*), *Iust.* (*Hal.*) id.] kl. *N* 21 dd. nn.] dn. *M*, *om. G* ualens *G* II *om. GE* aa. *om. E* 26 pu.] *RM*, ppo. *NE*, ppo. (ppu. *G*b) urb. *G* 27 patris *E*a aceruitate *R* pulsaueriut *G* 28 leges] *Iust.*, legis *libri* mancipatione *R* excissa *M* damno] dana *R*a inmerita *E*, inmerito *G* uoluantur *G* XV] *RNM*, XII *Iust.*, V *GE* 29 sept.] decemb. *N* ambiantes *E* 30 iniurio *N*, iulino *E*, taciano *G*

# [XV] (*Br.* VIII) DE HIS, QVAE ADMINISTRANTIBVS VEL PVBLICVM OFFICIVM GERENTIBVS DISTRACTA SVNT VEL DONATA[1]

1 , . . . . . . . . , [2]) Agrippina d(ixit): Τῷ τόπῳ ἐκείνῳ οὐκέτι ἐπάρχει. Constantinus A. d(ixit): Sed iure continetur, ne quis in administratione constitutus aliquid compararet, unde quidem nihil interest, an in suo pago an in alieno comparauit, cum constet contra ius eundem comparasse. Et adiecit: ignoratis fiscale effici totum, quidquid administrantes comparauerint? Agrippina dixit: Τοῦ τόπου ἐκείνου πραιπόσιτοσ οὐκ ἦν. ἐγὼ ἠγόρασα παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ἴδε αἱ ὠναί. Constantinus A. d(ixit): Recipient a uenditore Codia et Agrippina conpetens pretium.

2 [3]) IDEM A. AD VERONICIANVM VIC(ARIVM) ASIAE. POST ALIA: Damus prouincialibus facultatem, ut, quicunque sibi a numerariis, qui diuersis rectoribus obsecuuntur, conquesti fuerint aliquas uenditiones extortas, inritas inanesque efficiant et male uendita ad uenditoris dominium reuertantur, amissione etiam pretii inlicitatis ac detestandis emptoribus puniendis. DAT. XIIII KAL. IVN. OPTATO ET PAVLINO CONSS. a. 334

HAEC LEX expositionem non indiget.

3 IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD IOVINVM PV. Princeps cornicularius commentariensis numerarius et ordinarii per singula officia possessionum adque aedium nec non etiam mancipiorum comparationem sciant sibi esse praeclusam. Siue igitur in ipsis prouinciis, in quibus memorata officia sustinere noscuntur, constiterit eos esse progenitos seu in aliis, omni modo a praedictis conparationibus per prouincias in quibus militant temperare debebunt.
1 Solas tamen res paternas memoratos mercari posse praecipimus, ita ut apud rectorem prouinciae non minoribus pretiis, quam ratio aequitatis exposcit, uenditio celebratur. DAT. III ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS. a. 364

4 [4]) IDEM AA. SENECAE[5]). POST ALIA: Uim illius legis[6]) aspicito eique pareto, qua proxime constitutum est, ut publicum munus agitantes nihil in suscepto mercarentur officio. DAT. V KAL. IVL.[7]) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 365?

5 [8]) IDEM AA. AD PROBVM PPO. Omnis se turpibus nundinis administrator abstineat. Idem sibi altior iudex, idem mediae dignitatis, idem quicumque uel minimus putet esse praescribtum.
1 Nemo in prouincia quam tuetur, donec in eadem commorabitur, aliquid comparandi sumat adfectum: similiter administrantium socii adque participes: quaedam enim uniuscuiusque portio
2 uidetur adsessor. Patronos etiam fisci ab his contractibus iubemus inhiberi et qui principatum officiorum gerunt seu corniculum quique commentariensium nomine exosa miseris claustra custodiunt: tabularios quoque prouinciarum et urbium singularum pari condicione

*R* (*folio uno deperdito periit finis tituli* 14 *cum tituli* 15 *initio rubrica*); *ad* 14. 15 *rubr.* 2 *Br.* (*NMGE*)

[1]) *cf. Iust.* 1, 53 [2]) *inscriptio ad similitudinem* 11, 39. 5. 1, 22, 4. 4, 20, 3 (*Iust.* 10, 48, 2) *fere talis restituenda est*: Pars actorum habitorum apud imp. Constantinum consulatu . . . in consistorio [3]) *iunge* 8, 1, 4 [4]) *iunge* 1, 29, 2 [5]) defensoris *addit* 1, 29, 2 [6]) *c.* 3? [7]) Tyr∗ *inserit* 1, 29, 2 [8]) *Th.* 8, 15, 5

2 publicum officium] *NGE, cum Nou. Val.* 32, officium publicum *M* gerentibus *om. N* distracta[ tradita *M* 3 uel] *index N*, uel officinm *N* uel don. sunt *E* uel donata *om. H* 4 οὐκ ἐπαγάρχει] *Gothofr.*, ουκετιαταρχει *R* 9 ἐγώ] ετω *R* ητορασα *R* ἀδελφοῦ] *Cuiacius*, αδεαφο *R* ἴδε] ειδε *R* pretium] 11 idem] *R*, imp. constant. *Br.* ueronicianum] *RHM*, uerotinianum *E*, uerocianum *NG* uic] ut *G*[t] facultatem] potestatem *G* 12 sibi] siue *N* cumquesti *G*[t] 13 immeritas *G*[t] inanisque *E* efficiantur *GE* ad] a *E* uenditore *G*[a] dominum *D* 14 missionem *E* inlicistas *N* detestantibus *E* 15 XIII *NE* ian. *GE*, ∗∗∗ *R*[a] 17 cornicularíis *R*[a] 19 sibi] sibi ibi *Mommsen* 19 praelusam *R* 21 temporare *R* 26 agitates *R*[b] 28 omni *R*[a] 30 donet *R*[a]? 32 patronus *R*, patronis *Cuiacius*



3 constringimus; identidem[1]) numerarii praefecturae uel uicariae potestatis obseruent. Praeterea officiales adque municipes, qui exactiones quascumque susceperint, eos etiam, quibus uel discussionis indago uel negotium censuale mandatur, insuper principales, a quibus distributionum
4(2) omnium forma procedit, curatores etiam lex ista contineat. Uerum si qui ex his medio numeris sui tempore uel priuatim aliquid emisse uel publice detegetur, in inritum gesta reuocentur, comparatores autem contra in[terdi]cta∗∗∗∗mati non modo his, quae per semet ips[os uel per al]iam fuerint empta personam, siue agri sint si[ue domu]s siue mancipia seu quae-
5 cumque mobilia, sed etiam ea pecuniae taxatione quam dederint exuantur. Nec ullus inquirat, utrum ciuiliter rem actam constet an turbide. Nec obsit propria reposcenti uel uenditio interiecta uel largitas uel mentio ulla legati: nam utcumque in alterum res fuerit a conparatore translata, quam emi in officio non oportuit, liberum corporis persequendi praestamus arbitrium.
6(3) Adiungimus autem, ut, si domini corporum uenditorem, postquam emptores coeperint esse priuati, quinquennio integro in repetitione cessauerint, continuo sibi fiscus usurpet, quae contra hoc uetitum uendita docebuntur. DAT. III NON. AVG. SIRMIO[2]) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS. a. 366. 370. 373

6 [3]) IMPP. GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. FLORO PPO.[4]) Quicumque administranti prouinciam prouinciasue adque indifferenter sub quoquo apice potestatis quid donauerit, repetendi usque ad quintum annum proximum, ex quo idem priuatus esse coeperit,
1 habeat facultatem. Adque hoc scito nostro non unam iudicis personam conprehendimus, sed latius studio prouisionis excurrimus. Siue igitur ei siue eius uxori, filio filiaeue, nepoti nepti et deinceps in infinitum, indifferenter emancipato an in sacris agenti, patri matri, fratri sorori, socero socrui et qui in consilio erit domesticoue coacta quis, seu palam ui adhibita seu clam et latenter inposita, prompserit largitate[5]), eam non secus repetere queat intra ea quae praescribsimus tempora, ac si de iure ipsius nullo uel inchoatae alienationis titulo recessisset, ita ut ad repetendam possessionem ne denuntiatione quidem opus sit, sed sufficiat apud iudicem cuius ea de re notio erit docuisse tempus, quo liberalitas sit parata[6]), quo patefacto non secus ad eundem possessio cum fructibus reuertatur, ac si ex eius numquam iure migrasset.
2 Donatoris autem heredibus similem relinquimus actionem, si donator eo tempore obierit, quo adhuc in potestate is degerit, cuius obtentu uidetur expressa donatio. Sin autem donator superstes fuit, quamdiu[7]) is abierit potestate, tum heredum extinguimus actionem, maxime cum donator non stantem ab initio donationem taciturnitatis suae uideatur firmasse consensu. DAT. XV KAL. IVL. THESSAL(ONICAE) GRATIANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSVLIBVS a. 380

7 [8]) IDEM AAA. FLORO PPO. Numerarii nihil emant, nihil contrahant. ET CETERA. DAT. XVIII KAL. OCT. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS. a. 382

8 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. CAESARIO PPO. Omnes, quos olim legum forma complectitur, amplissimae etiam potestate nihil administrationis suae tempore aut emptionis aut donationis titulo consequantur. DAT. III ID. IVL. CONSTANTINOPOLI CAESARIO ET ATTICO VV. CC. CONSS. a. 397

*R*: *Th.* 8, 15, 7

[1]) itidem? [2]) *constitutio non data Sirmio est, sed aut accepta aut inde directa a Probo ppo.* [3]) *iunge* 8, 15, 6 [4]) magistrum officiorum *scr.*, *cf.* 6, 27, 3 [5]) coactam . . . largitatem *Gothofredus* [6]) patrata *Gothofredus* [7]) quando *Mommsen* [8]) *iunge* 8, 1, 13: *cf. ad* 3, 5, 11

4 procedit *R*[a] *uel R*[1] 9 turpide *Cuiacius*, ∗∗∗bide *R* 10 fuit *R*[a] 11 prestamus *R* 14 dat.] pp.? (*Mommsen*) 17 indifferentes *R* 19 conpraehendimus *R* 20 nepti (nept∗i *R*[a]) nepoti *R* 21 indifferenter] *Gothofredus*, indifferenter *R* matri patri *R* 22 coactam] *Gothofredus*, coacta *R* 23 ea] *R*, *om. edd.* perscribsimus *R*[a] 28 donatur *R* 31 stantem] *Cuiacius*, statem *R* taciturnitates *R* 32 thessall? *R*

## XVI DE INFIRMANDIS POENIS CAELIBATVS ET ORBITATIS[1]

1 [2]) IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. Qui iure ueteri caelibas habebantur, imminentibus legum terroribus liberentur adque ita uiuant, ac si numero maritorum matrimonii foedere fulcirentur, sitque omnibus aequa condicio capessendi, quod quisque mereatur. Nec uero
1 quisquam orbus habeatur: propria huic homini damna non noceant. Quam rem et circa feminas aestimamus earumque ceruicibus imposita iuris imperia, uelut quaedam iuga soluimus
2 promiscue omnibus. Uerum huius beneficii maritis et uxoribus inter se usurpatio non patebit, quorum fallaces plerumque blanditiae uix etiam opposito iuris rigore cohibentur, sed maneat inter istas personas legum prisca auctorita[s]. DAT. PRID. KAL. FEB. SERDIKAE. PP. KAL. APRIL. ROM(AE) CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTIO C. CONSS. a. 320

## XVII DE IVRE LIBERORVM[3]

1 IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD CAESARIVM PPO. Sancimus, ut sit in petendo iure liberorum sine definitione temporis licentia supplicandi nec inplorantum preces aetas uel tempus impediat, sed sola miseris ad poscendum auxilium sufficiat desperatio liberorum. DAT. VII ID. MAI. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS. a. 396

2 [4]) IMPPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ISIDORO PV. In perpetuum hac lege decernimus[5]) inter uirum et uxorem rationem cessam ex lege Papia decimarum et quamuis non interueniant liberi, ex suis quoque eos solidum capere testamentis, nisi forte lex alia minuenerit
1 derelicta. Tantum igitur post haec maritus uel uxor sibi inuicem derelinquant, quantum superstes amor exegerit. DAT. PRID. NON. SEPT. VARANE VC. CONS. a. 410

3 [6]) IDEM AA. ISODORO PV. Nemo post haec a nobis ius liberorum petat, quod simul hac lege detulimus. ET CETERA. DAT. PRID. NON. SEPT. VARANE VC. CONS. a. 410

4 [7]) IDEM AA. IOHANNI PPO. POST ALIA: Quod impetratum ius conmunium liberorum superstite Catullino clarissimo uiro minus allegatum esse cognoscitur, nec succedenti obesse permittimus nec ulli umquam in simili causa statuimus nociturum. ET CETERA. DAT. XIII KAL. MART. RAVENNA HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.[8]) a. 412

## XVIII DE MATERNIS BONIS ET MATERNI GENERIS[9]) ET CRETIONE SVBLATA[10])

1 IMP. CONSTANTINVS A. CONSVLIBVS PRAETORIBVS TRIBVNIS PLEBIS SENATVI SALVTEM DICIT. Placuit salua reuerentia et pietate sacris nominibus debita, ut potestas quidem et ius

*R et ad u.* 28—31 *Br.* 8, 18, 1 (*NMGE*)

1) *Iust.* 8, 57  2) *pr.* § 1 = *Iust.* 8, 57, 1: *iunge* 3, 2, 1. 4, 11, 3. 11, 7, 3
3) *Iust.* 8, 58  4) *iunge c.* 2 *et* 3 *cum* 1, 2, 11a  5) in p. h. lege *omissis* decernimus *post* 9 derelicta *collocat Iust.*  6) *Iust.* 8, 57, 2  7) *iunge* 1, 2, 12. 2, 19, 6 *Iust.* 6, 23, 19
8) post consulatum Honorii VIIII et Theodosii V AA. *cum legibus iungendis scr.*
9) *Iust.* 8, 58  10) et cret. subl. *om. Iust.*

3 celibes *R*  5 quod] *Iust.*, quo *R*  10 auctorita* *R*  14 praeces *R*  19 alia minuerit] *R cum Iust.* (*CM*), aliam inuenerit *Iust.* ($R^a$)  25 succedendi *R*  30 senatui] et senatu *E*  31 reuerentiae *E*  pietate *HE* dicens *E*  debitum *EM*  ut] in $G^t$  et ius] ius $E^b$



fruendi res liberorum suorum in sacris constitutorum in maternis dumtaxat facultatibus penes
1 patres maneat, destituendorum autem liberorum eis licentia derogetur. Cesset itaque in maternis dumtaxat successionibus commentum cretionis et res, quae ex matris successione fuerint ad filios deuolutae, ita sint in patrum potestate adque dominio, ut fruendi pontificium habeant, alienandi eis licentia derogetur. Nam maternum patrimonium, quod filiis in potestate constitutis obuenerit, cum patre mortuo sui iuris fuerint, praecipuum habere eos et sine cuius-
2 quam consortio placuit. Quod si pater suum filium patremfamilias uidere desiderans eum emancipauerit, repraesentare ei maternam debebit substantiam, ita ut filius accepto munere libertatis reique suae dominus effectus, ne uideatur ingratus, tertiam partem custoditae sibi rei numeris causa parente offerat, aestimatione, si res diuidi coeperint, uirorum bonorum arbitrio permittenda, quam tertiam alienare quoque pater, si hoc malurit, habebit liberam potes-
3 tatem. Ante emancipationem autem parentes, penes quos maternarum rerum utendi fruendique potestas est, omnem debent tuendae rei diligentiam adhibere et quod iure filiis debetur in examine poscere et sumptus ex fructibus inpigre facere et litem inferentibus resistere adque ita omnia agere, tamquam solidum perfectumque dominium et personam gerant legitimam, ita ut, si quando rem alienare uoluerint, emptor uel is cui res donatur obseruet, ne quam partem earum rerum, quas alienari pohibitum est, sciens accipiat uel ignorans. Docere enim pater debet proprii iuris eam rem esse quam donat aut distrahit: et emptori, si uelit, sponsorem aut fideiussorem licebit accipere, quia nullam poterit praescribtionem opponere filiis quandoque rem suam uindicantibus. DAT. XV KAL. AVG. AQUIL(EIAE): RECITATA APVD VETTIVM RVFINVM PV. IN SENATV NON. SEPT. CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS. a. 319. 315[1])

INTERPRETATIO. Legis istius reliqua pars in aliis legibus continetur: hoc tantum de reliquis legibus plus habet, ut patres, qui filiorum res gubernare iussi sunt, negotia eorum summo studio et integritate agere procurent, ut nihil per neglegentiam eorum filiis pereat, sed fructus rerum maternarum sine aliqua neglegentia redigi uel uendi faciant, ut ex tempore competenti, sicut lex nouella[2]) dicit, portiones suas filii sine aliqua inminutione percipiant, res filiorum patribus alienare non liceat, hoc est nec uendere nec donare. Quod si fortasse praesumpserint, emptor uel qui donator accesserit grandi se sollicitudine et cura custodiant, ne filiorum res a patre conparatas aut donatas accipiant aut scientes aut etiam nescientes, sed conpellant patrem, qui uenditor uel donator fuerit et filiorum res in sua retinet potestate, ut probet suum esse, quod tradidit. Etiam ut suspicionem suam possit abstergere, fideiussorem a patre uenditore percipiat, qui obligatione rerum suarum damnum emptori non faciat, quia defuncto patre licet filiis res suas a quibuscumque persouis, siue uenditae siue douatae a patre fuerint, in suum dominium reuocare.

2 IDEM A. IVLIO SEVERO. Cum ad patrem aliquid ex materna successione interposita cretione peruenerit et ad liberos maternarum rerum successiones defluxerint, ita eas haberi placet in parentum potestate, ut dominium tantum possessionis usurpent, alienandi uero licentiam

1) *Vettius Rufinus fuit pu. a.* 315—316, *cf. Chronica min. I p.* 67  2) *Nou. Theod.* 14

1 sacri $R^a$  3 successionibus] facultatibus $BG^v$  conuentum *M*  craitionis $G^b$, cretionis tempore *E*  4 adque dominio *om. Iust.*  5 abalienandi *N*  nam] nam si *E*  6 obueniret *N*  sui] cui *E*  fuerit *M*  praecipium $R^a$, praecipuam $G^vE$, precium $G_t$ pro cum ab sine] ei *E*  7 ptium *om. G*, um $G^t$  filium *om. G*  patrifamilias *N*  desiderenta *N*  8 representare *R*  ei *om.* $N^a$  materna *N*  debebit] *RHc*, debet *NG*, habebit *M*  9 libertates *N*  dominos *R*  custodiri *E*  10 muneres $R^b M^a$  aestimationem $G^a$  11 permittendam $NG^a$, aermittendae $G^b$  12 emancipatione *MN*  penes] poene *E*, *om. R*  fruendique] fruentique tantum *Iust.*  13 debent] habebant $E^t$  diligentia *N*  14 poscere] per se uel per procuratorem poscere *Iust.*  sumptos *NE*  ex] et *ME*  impigre] integre *N*, integra re $G^v$, in pignore *E*  facere] facile *M*  15 gerent *M*  ita om. *M*  16 alienare] alienam emere $G^t$  uoluerit *M*  donantur, datur *E*  17 alienantur *NE*  sciens. *del.* ? (*Mommsen*)  18 quam] quaquam *E*, cum *M*  et *om. BG*  uellet *N*  sponsorem aut *om. Iust.*  19 licebit] docebit $G^t$  quia] postea *E*  prescribtionem *R*, perscribtionem *GE*  filiis *om. B*  20 quandoquidem *NE*  XV] V *GE*  recitata aquil. *BG*  uittium prn. *N*, ricium ppo. *G*, uettium pfu. *E*  21 non. *om. G*  v]II *BC*, VI *O*, *om. MG*  c.] uc. *M*, cesare non. *om. BC*: *cf. Iust.*: *Mommsen propter Vettium Rufinum a.* 315 *pro* 319 *restituit*

facultatemque non habeant, ut, cum aetates legitimae liberorum ad emancipationem parentes inuitauerint et patres familias uidere liberos suos uoluerint, tertiam partem maternorum bonorum eis filii tamquam muneris causa offerant: quam si suscipiendam patres putauerint, faciendae diuisionis arbitrium permitti oportebit iustitiae bonorum uirorum, per quos facta diuisione tertiam partem oblatam parentes ita accipiant, u[t alienandae quoque eius par]tis habeant facultatem, s[i modo ullus potuerit inue]niri, cui placeat hanc am[plecti licentiam, cum omni] modo filios conducat adn[iti, ut pio sedulitatis affec]tu mereantur accipere eam quam [pa]tri[bus dederint] portionem. DAT. VII ID. SEPT. MED(IOLANO): ACC.[1]) NON. OCT. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS. a. 319

INTERPRETATIO. Materna bona filiorum defuncta uxore pater ita possideat, ut usumfructum de his habeat: sed quantum aut quamdiu habeat, lex nouella[2]) constituit: distrahendi tamen aut donandi ex his nullam pater habeat potestatem. Sane si filium mortua matre emancipauerit, de bonis maternis, id est de emancipati filii portione ipse filius muneris causa de maternis bonis tertiam offerat portionem: quae tamen in ipsius proprietate mansura est ita, ut eam pater bonis uiris diuidentibus consequatur. Si tamen tantum patris nomen ad hoc adduci potuerit, ut rem filiorum inpia cupiditate suscipiat aut aliis derelinquat: studere tamen filios decet, ut id, quod parentibus causa emancipationis obtulerint, seruitio et pietate recipiant.

3 [3])IDEM A. AD SEVERVM COM(ITEM) HISPANIARVM. Insinuatum est quosdam patres principaiis coniugii copulatione desistutos in perniciem filiorum ultra misericordiam sanguinis properare et receptis deinceps aliis matrimoniis maiorem sibi in rebus filiorum uindicare personam: qui, quoniam in his ususfructuarii remansisse uidentur, usurpare ea ac peruertere confidunt, ut per hoc his, qui in orbitate remanserunt, nulla nec possidendi nec litigandi tribuatur
1 occasio. Ideoque placet, ne quis pater receptis deinceps matrimoniis earum rerum, quae prioris coniugis fuerunt, sibi ius defendendum existimet, nisi tutelae uice, donec minores probata aetate esse uideantur: his autem moderatio nostra cuncta iube[t] seruari adque restitui. PP.[4]) III KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI OPTA[TO] ET PAVLINO CONSS. a. 334

4 [5])IMP. CONSTANTIVS A. AD DIONYSIVM. Cretionis o[*bser*]uantiam praecipimus remoueri, per qua[*m filii pa-*]triae potestati subiecti res ex materna h[*ereditate*] uel ex diuersis successionibus ad se deuo[*lutas ante-*]hac his in quorum potestate fuerant a[*dquirebant*][6]), ut intra sextum annum facultates a[*d eos peruenientes itemque*] ut intra [s]extum annum facultates a[*d eos deuolutas*] [*patres eorum iure suo adquir*]ant. Sed si quidem superstites [*patribus filii non fuerint*], si intra praefinitum tempus [*defuncti sunt, bona, quae ex*] materna hereditate uel ge[*neris materni facultatibus ad i*]psos deuoluta sunt, ad proximos [*maternos perti*]neant, quoniam priorem nostram iussionem, quae sine temporis distinctione filiorum successiones ad patres iusserit[7]) pertinere, aequitatis ratio corrigi persuasit.
1 Si quis uero ex paterno genere uel amicis paternis quacumque ratione[8]) reliquerit, id simili iustitiae moderamine ad patrem aut ad patris genus pertineat, ut ex utraque familia manantes
2 facultates singulis quibuscumque cessisse potius quam adeptae esse uideantur. Post emensum

*R (uncinis his [ ] inclusa perierunt in R): ad c. 2 Br. (NMGE)*

[1]) Sept. acc. Mediolano? (*Gothofredus*) [2]) *Nou. Theod.* 14 [3]) *iunge* 4, 1, 1a (*Iust.* 6, 9, 8) [4]) data? (*Gothofredus*) [5]) *ad Constantinum imperatorem et ad annum* 328 *retrahit Seeck Regesten* 40?: *cf. Savigny-Zeitschrift R. A.* 37, 88 *seqq.* [6]) Cretionum obseruantia remota, per quam ... adquirebant, praecipimus *expectes* [7]) iussit *uel* iusserat *scr.* [8]) deuolutum *ins.*

32 *litteras* ut sed *legerunt Vesme et ego, uitium spatium uacuum relictum est* 44 ad- *item* 34 si 35 *post* fil *propter membranae* epta *errore Cuiacius*



uero sextum aetatis suae annum adaeque sine eiusdem cretionis necessitate delatas sibi qualicumque successionis genere facultates ad eos in quorum potestate sunt iure patrio transmittant. PP. PRID. ID. MART. HELIOPOLI CONSTANTIO A. II ET CONSTANTE CONSS. a. 339

5 [1])IDEM A. AD LEONTIVM COM(ITEM) OR(IENTIS). Qui se patris negat heredem, defuncti aui[2]) suscipere facultates non potest, maxime emancipatus, nisi per bonorum possessionem
1 ad hu[i]usmodi beneficium peruenerit. Et quod maternus [a]uus relinquit, patri adquiritur, et si legatum fideicommi[ss]umue esset[3]) solutum, bonorum patris effectum [est. Qu]od si
2 fideicommissi dies legatiue iam cesserat, [ad here]des patris petitio deuoluta est. Si uero filius[familias] ab auo suo materno heres ostenditur insti[tutus, patre] cernere iubente filioque cernente persona [*filii media h*]ereditas peruenit ad patrem: dudum si quidem placuisse f. . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . [*lon*]gi temporis[4]), in heredi . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
inefficax esset ad que patrib[*b*]*us* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . in sollemnita[s cretionis adq]
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . excepta caus[a maternorum] . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
3 bere certiss]imum est, in quibus uis ac uocabulum] cretionis exp[ulsum est.[5]) Nec uero dubitari potest, si, pri]us quam lega]ti uel fideicommissi cederet dies, aut iussu] patris diceret c[rectionem[6]), propriae potestatis effectus] est, arbitrio s[uo eundem hanc sibi potuisse conquirere.] DAT. VIII ID. A[PRIL. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.] a. 349

6 [7])IMPPP. GRATI[TENVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA.] AD HESP[ERIVM PPO. Quemadmodum maternas fa]cultat[es uenditione uel donatione transscribere in] alias p[ersonas patribus non licet, ita ea, quae pater ma]tris ac [mater quaeque auus matris aut auia nepotibus]
1 pron[epotibusue donauerint siue ab intestato relique]rin[t, patribus alienare non liceat. Delatae uero ab ex]tra[neis siue ex transuersa linea facultates, praeterquam ab his necessitudinibus, quas locuti sumus, patribus conferant, quidquid filiis positis in eorum potestate datulerint. DAT. PRID. KAL. AVG. ACC. IIII KAL. SEPT.[8]) AVXONIO ET OLYBRIO VV. CC. CONSS. a. 379

INTERPRETATIO. Pater uxore mortua filiorum bona ita possidebit, ut ex his ei nec uendere aliquid liceat nec donare nec quolibet alio ordine alienare: similiter et quaecumque aui uel proaui materni nepotibus neptibus, pronepotibus proneptibusue donauerint uel fortasse reliquerint, in alias personas transferre patri quolibet ordine non licebit. Sane si quid extraneorum donatione uel munere filiis in familia positis facultatis accesserit, uel alii parentes, quam qui supra nominati sunt, contulerint, id totum patribus adquiratur, ut faciendi ex hoc quod uoluerint habeant potestatem.

7 [9])IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FLORENTINO PV. Quidquid auus auia proauus proauia[10]) nepoti nepti pronepti cuiuslibet tituli largitate contulerint, id est testamento fideicommisso legato codicillo donatione uel etiam intestati successione[11]), pater filio filiaeue integra illibataque custodia, *ut* uendere donare relinquere alteri aut[12]) obligare[13]) non possit[14]), ut, [quemadmodum ipse super] his licentiam totius potes[tatis amittit, defuncto eo filiaeue prae-
1 cipua con[putentur nec ab illis, qui ex patr]e sunt, consortibus[15]) [uindicentur. Supplicandi etiam in] futurum contra [haec licentiam submouemus. ET C]ETERA. DAT. ID. OCT. [MEDIOLANO OLYBRIO ET PROBINO CONSS.] a. 395

*R (uncinis [ ] inclusa perierunt)*

[1]) *pr.* = *Iust.* 6, 14, 3: § 3 = *Iust.* 6, 30, 15 [2]) Qui se patris post auum intestatum defuncti negat heredem, mortui aui paterni *Iust.* [3]) est? [4]) *cf. Iust.* 3, 31, 10 *et Zeitschrift der Savigny-Stiftung R. A. XXXVII p.* 97 [5]) § 3 = *Iust.* 6, 3, 15 [6]) Non est dubium, si, priusquam filius iussu patris adierit hereditatem *Iust.* [7]) *iunge Iust.* 6, 32, 4 [8]) d. III k. Aug. Mediolano *Iust.* [9]) *pr.* = *Iust.* 6, 60, 2 *Consultatio* 7a, 3 (*usque ad u.* 18 custodia) [10]) ex materna linea uenientes *addit Iust.* [11]) suiuslibet ... successione] testamento fideic. lig. donatioue uel alio quoliber titulo largitionis uel etiam int. duccessione contulerint *Iust.* [12]) aut *om. Iust.* [13]) sicut nec materna bona *inserit Iust.* [14]) usufructu dumtaxat ad eum uertinente, ita *inserit Iust.* [15]) coheredes *Iust.*

3 constantii a. et constante c. conss. *Iust.* *anno* 320 *uel* 326, *cf. c.* 9 *eod.* (*a.* 326) 6, 9, 8 (*Hal.*): *Iustiniani uidentur cogitasse de*

INTERPRETATIO. Quidquid ad nepotes uel pronepotes auorum uel auiarum maternarum munere uel testamento uel successione aut qnalibet scriptura peruenerit, id praecipuum, hoc est proprium post patris obitum uindicabunt, neque in coheredum communione mittendum est, quod auorum expressis nominatisque personis maternorum fuerit largitate collatum.

8 [1]) [IMPPP. ARCADIVS HONORIVS ET THEODOS]IVS AAA. ANTHE[MIO PPO. Certis annorum
interu]allis in bonorum [possessione maternae hereditati]s a patre poscen[da aut successione
amplectenda in]fantis filii aeta[tem nostrae auctVritate praescribim]us, ut, siue matu[rius siue
ta[rius siue tardius filius tandi sumat au]spicia, intra [septem annos aetatis eius pater aut
bo]norum pos[sessionem imploret aut qualibet actis test]atione [successionem amplectatur: hac
uero ae]tate finita, [filius edicti beneficium petat uel de succes]sione sus[cipienda suum ex-
ponat uoluntatem: dum tame]n intra [annum ad inpetrandam bonorum possess]ionem [praescri-
1 btum uterque de possessione ampl]ecten[da suum prodat arbitrium. Cretionum autem scru-
pulosam solemnitatem, siue materna fifiofamilias siue alia quaedam deferatur hereditas [2]), hac
lege emendari penitus amputarique [3]) decernimus. DAT. XVI KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI
DD. NN. HONORIO VII ET THEODOSIO II AA. CONSS. a. 407

9 [4]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM VRBIS ROMAE. POST ALIA:
Si uxor intestata defecerit superstitibus eommunibus filiis in patria potestate degentibus, utitur
maritus prisco beneficio iuris ac legum circa usumfructum retinendum, quamdiu filii in pote-
state consistunt, aut in praebenda filiis libertate circa trientem sibi ex Constantinianae legis [5])
1 beneficio conquirendum. Si uero uiua matre emancipati sunt filii, tunc demum, quoniam [6])
omni commodo destituitur pater nec retinet usumfructum, uirilis ei inter filios, seu unus seu
2 plures sunt, ususfructus [7]) tribuimus portionis. Si uero mulier moriens alios ex filiis eman-
cipatos a patre, alios in patria potestate dimiserit, in casu dispari utitur maritus defunctae be-
neficio, quod casui utrique praescribsimus, id est circa eorum quidem portionem, quos adhuc
in sacris retinet, usumfructum ex legum auctoritate retinebit et praemium delatae, cum uolet,
emancipationis accipiet, in eorum uero parte, quos exisse de potestate uiua matre constiterit,
3 usumfructum uirilis inter eos portionis secundum praescribta percipiet. In nepotibus etiam
uel neptibus hoc obseruandum esse censemus, ut maritus, qui uxore mortus *non* extantibus
filiis cum solis nepotibus uel neptibus ex hac lege ad emolumentum uocandus est, si unus uel
una pluresue nepotes ex filio uno uel pluribus, qui in potestate defecerunt, procreati sunt,
3a hoc iure utatur, quod de filiis constitutum est. Nam licet hoc nouum praesens lex constituat
in nepotes, non est tamen ab re, ut in hoc casu deteriores esse uepotibus filii non sinantur.
3b Habeat igitur auus ueniens cum nepotibus in potestate durantibus usumfructum bonorum om-
3c nium, quae ex defunctae auiae successione delata sunt. Cum uero his quoque libertatem
emancipatioue largitur, similiter et ab ipsis, sicut de filiis constitutum est, trientem pro prae-
mio [8]) manumissionis accipiat, uel si ex pluribus alteros manumittit alteros retinet, ex parte
4 manumissorum trientem [9]), ex purte uero in potestate manentium retineat usumfructum. Quod
si nepotes sint neptesue aut ex emancipato filio aut ex filia procreati aut ab ipso in [10]) sacris
4a auia uiuente dimissi, idem auus uirilis cum ipsis portionis habeat usumfructum. Si uero ex
nepotibus neptibusue tempore, quo in auiae successione*m* uocantur, alii in aui sunt potestate,
id est mariti defunctae, alii sui iuris sint, circa personam quidem eorum, qui in potestate con-
sistunt, et in ususfructu consequendo et in triente ex [11]) emancipationis praemio conquirendo
ratio supra dicta seruetur: in his uero, qui sui iuris sunt, facultas capiendi ususfructus uirilis
5 inter eos portionis habeatur. Eadem autem et de pronepotibus sexus utriusque sancimus,
manente definitione, quae de singulis sancita est, si filii sint pariter ac nepotes. ET CETERA.
DAT. VII ID. NOV. RAVENNA DD. NN. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

*R* (*hodie desinit in u.* 5 [*ex*]*tra*: *ad c.* 6 *Br.* (*NMG* [*G iterat c.* 6 *post* 9 *uitiosus*] *E*)

[1]) § 1 = *Iust.* 6, 30, 17 [2]) sine materia ... hereditas *om. Iust.* [3]) emendari (amandari *scr.*) penitus amputarique] penitus amputari *Iust.* [4]) § 1—5 = *Iust.* 6, 60, 3: *de iungendis cf. ad* 4, 1, 1 [5]) *c.* 1 *s. t.* [6]) ... si uiuane matre em. s. filii et postea mater decesserit, quoniam *Iust.* [7]) *idem Iust.*: usumfructum *Haenel* [8]) trientem pro praemio] praemium *Iust.* [9]) trientem] legitimum praemium *Iust.* [10]) in *cum Iust. del.* (*u. i.*) [11]) VIII *Iust.*



INTERPRETATIO. Uxor si superstite marito defecerit et omnes filios in patris potestate dimiserit, pater de maternis filiorum bonis usumfructum habeat usque ad illud tempus, quod lex nouella constituit. Quod si post matris obitum filios uel filium pater emancipauerit, de eorum portionibus, quos liberos facit, trientem a filiis pro conlata libertate percipiat iuri suo perpetuo uindicandum. Quod si superstite matre pater filium uel filios emancipauerit, quia non potest matre uiua de filiorum portionibus uindicare tertiam portionem, necesse erit, ut post matrs obitum, si superstes pater fuerit, a singulis emancipatis filiis uirilem, id est de uno mdiam, de duobus tertiam, de tribus quartam percipiat portionem in usumfructum quo usque aduixerit possidendam. Quod si aliqui filii uiua matre a patre emancipati fuerint et aliqui fortasse non fuerint, circa emancipatos uel non emancipatos eadem, quae superius conprehensa est, a patre forma seruetur. Quod si mortua uxore filii non fuerint et nepotes uel neptes ex filiis auus paternus habuerit, qui omnes in aui potestate consistunt, eadem, quae de filiis, et circa nepotes in omnibus forma seruetur. At uero si aliquos ex ipsis nepotibus auus emancipare uoluerit, tertiam similiter, sicut et de filiorum partibus, accipiat portionem: nam et de pronepotibus similiter obsearari lex ista constituit.

10 [1]) IDEM AA. AD SENATVM. POST ALIA: Si sine liberis uuus uel una moriatur e filiis et
superstitem fratrem uel fratres, sororem uel sorores et patrem relinquat, siue is emancipatus
siue in potestate defecerit, eius portionem, quam ex bonis maternis uel undeunde iure quae-
1 siuerit, pater sine dubio consequatur iugi dominio possidendam. Quod si nouercam superdu-
xerit, ea quidem, quae filius defunctus extrinsecus adquisierat, sibi habeat pater et perpetuo
iure dominii possideat, bonorum uero ex matris patrimonio filio qui defunctus est quaesiturum
solum usumfructum retentet, ad alios filios ex eodem matrimonio natos post eius obitum pro-
prietate reditura. Et si ante mortem filii domum secundis nubtiis occupauit, similem causam
sequatur, ut filio extrinsecus adquisita perpetuo iure possideat, maternarum autem rerum eius
2 solum usumfructum retente*t*. Quod si filius filiaue extantibus liberis adhuc positis [2]) in pote-
state defecerint, portionis eorum totius solum usumfructum morientis retentet nepotibus, id
est defuncti filiis, proprietate seruata. Si uero nepotes tempore mortis [3]) maternae extra aui
sint potestatem, ipsi ilico in patris sui matrisue successionem uocentur. ET CETERA. DAT.
VII [4]) ID. NOV. RAV(ENNA) DD. NN. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

INTERPRETATIO. Si amissa matre, patre superstite unus uel una de filiis siue emancipatus seu non emancipatus sine filiis moriatur, pater mortuo filio in totam illius portionem iure succedit. Quod si aliam uxorem duxerit, haec, quae de maternis bonis mortuus filius derelinquit, pater usufructuario tantum ordine possidebit; post eius obitum ad fratres mortui, ex eodem matrimonio natos quod ille de maternis bonis habuit reuertatur. Aliunde uero filio qui moritur adquisita in proprietate patria residebunt. Quod si filius uel filia uiuo patre habentes filios moriantur, pater res nepotum sicut filiorum iure usufructuario retinebit. Si uero hi qui moriuntur emancipatus uel emancipata moriantur, in portionibus eorum in integrum filii sui sine ulla aui potestate succedunt.

# XVIIII DE BONIS QVAE FILIIS FAMILIAS EX MATRIMONIO ADQVIRVNTVR [5])

1 [6]) IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM. POST ALIA: Cum uenerando leges [7]) uetuerint patribus iure potestatis adquiri, quidquid eorum filiis auus auia proauus proauia a linea materna uenientes quocumque titulo contulissent, hoc quoque conuenit obseruari, ut, quioquid uel uxor marito non emancipato uel maritus uxori in potestate positae quocumque titulo uel iure contulerit seu transmiserit, hoc patri nullatenus adquiratur: atque ideo in eius tantum, cui delatum est, iure durabit. ET CETERA. DAT. VII ID. NOV. RAV(ENNA) DD. NN. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS. a. 426

*Br.* (*NMG*)

[1]) *de iungendis cf. ad* 4, 1, 1 [2]) positis *Gothofredus* [3]) paternae uel *inserendum* [4]) VII] *BGE*, VIII *HNM* [5]) *cf. Iust.* 6, 61 [6]) *iunge* 4, 1, 1 *et quae ibi laudantur* [7]) 8, 18, 1 *sqq.*

INTERPRETATIO. Sicut id, quod auus uel auia materna nepotibus pronepotibus positis in patris potestate donauerint, patri non adquiritur, ita et quidquid maritus uxori uel uxor marito in patris potestate posttis donauerint aut testamto dimiserint, id ad patris dominium minime pertinebit, sed hoc sibi filii ad integrum uindicabunt.

2 [1]) IDEM AA. HIERIO PP. Constitutionis nouae capitulum clariore interpretatione sancimus, ut. quae per filios nepotes pronepotes itemque filias neptes proneptes, quamuis in potestate sint, minime adquiri deereuimus a marito uel uxore quocumque titulo collata siue ultima uoluntate transmissa, nullus ad id quoque pertinere existimet, quod ab ipso parente datum uel ante nuptias donationis causa pro una ex memoratis personis praestitum fuerat, ut minime ad eum, si casus tulerit, reuertatur (prospiciendum est enim, ne hac iniecta formidine parentum circa liberos munificentia retardetur): sed ut his potestatis iure ad parentes reuersis cetera, quae ex substantia speciali coniugis ad superstitem deuenerunt, quamuis idem in sacris sit, fructu tamen solo atqne usu parentibus deputato, dominium ei qui a coniuge uel quae meruit reseruetur, parente pro emancipationis etiam beneficio, si uoluerit, sicut in maternis rebus uel quae per eandem lineam ueniunt, praemium habituro. DAT. X KAL. MART. FELICE ET TAVRO CONSS. a. 428

---

*Br.* (*NMG*): 9, 2 *supplet Iust.* 6, 60, 2

[1]) *de iungendis cf. ad* 2, 3, 1

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI URBINO • CARLO BO •

# Codex Theodosianus

Recognovit

**Paulus Krueger**

Fasc. 1: Liber 1—6

Gr.-Lex. 8 (IV u. 235 S.) 1923. Geh. M. 12.—

---

# Heidelberger Index zum Theodosianus

Hergestellt unter der Leitung

von

**Otto Gradenwitz**

Groß-Folio. (292 S.) 1925. Geh. M. 60.—

---

# Theodosiani libri XVI

cum constitutionibus Sirmondianis et Leges novellae ad Theodosianum pertinentes consilio et auctoritate academiae litterarum regiae Borussicae

ediderunt

**Th. Mommsen et Paulus Meyer**

Volumen I:

Theodosiani libri XVI cum constitutionibus Sirmondianis edidit adsumpto apparatu P. Kruegeri Th. Mommsen. Pars 1 et 2

Mit 6 Tafeln in Mappe

4° (CCCLXXX u. 931 S.) 1904. Geh. M. 50.—

Volumen II:

Leges novellae ad Theodosianum pertinentes
edidit adiutore Th. Mommseno Paulus M. Meyer

4° (CXII u. 219 S.) 1905. Geh. M. 12.—

---

**Weidmannsche Buchhandlung, Berlin SW 68**


Gedruckt in der Dieterichschen Universitäts-Buchdruckerei (W. Fr. Kaestner) ...